R. 7116

# COMMENTARIVS ANALYTICVS, DE RENOVATIONE EMPHYTEVTICA, TAM IN FORO VERSANTIBVS, QVAM ETIAM GYMNASTIS, & Christianæ Reipub. vtiliſsimus.

*Auctore, Franciſco de Caldas Pereira, Iureconſulto, Luſitano, Regioq; Magiſtratu.*

¶ Ampliſsimo viro Sacriq; Palatii præfecto Maximo, D. Paulo Alphonſo, ſtudioſorum mœcenati optimo conſecratus.

¶ *Habes candide lector, adamuſsim explicatam vniuerſam fere renouationis emphyteuticæ materiam, in qua quantum elaborauerim, ſynceri pectoris literati facile iudicabunt. Nihil apud nos, vel frequentius, vel vſitatius, & in tribunalibus, & ſupremis prætoriis, quàm renouationis diſputatio. Iam deinceps exultabunt rerum emphyteuticarum poſseſsores, quorum [illegible] tanquam ſuprema naufragii tabula ſ[illegible] renouationis beneficium.*

DE LA LIBRERIA DEL REAL COLEGIO MAYOR Fundado de Santa Cruz, y Santa Catalina. E. 2º. C. 37 N. 7.

VLYSSIPPONE,
Excudebat Emmanuel de Lyra Typog. Anno, 1585.
Cum facultate ſupremi Conſilii ſanctæ & Generalis Inquiſitionis.

R. 7116

# COMMENTARIVS ANALYTICVS, DE RENOVATIONE EMPHYTEVTICA, TAM IN FORO VERSANTIBVS, QVAM ETIAM GYMNASTIS, & Chriſtianæ Reipub. vtiliſsimus.

*Auctore, Franciſco de Caldas Pereira, Iureconſulto, Luſitano, Regioq́ Magiſtratu.*

del Colegio M.r de S.t Cruz de V.da

¶ Ampliſsimo viro Sacriq; Palatii præfecto Maximo, D. Paulo Alphonſo, ſtudioſorum mœcenati optimo conſecratus.

¶ *Habes hic candide lector, adamuſsim explicatam vniuerſam fere renouationis emphyteuticæ materiam; in qua quantum elaborauerim, ſynceri pectoris literati facile iudicabunt. Nihil apud nos, vel frequentius, vel vſitatius, & in tribunalibus, & ſupremis prætoriis, quàm renouationis diſputatio. Iam deinceps exultabunt rerum emphyteuticarum poſseſsores, ... tanquàm ſuprema naufragii tabula ſi... renouationis beneficium.*

DE LA LIBRERIA DEL REAL COLEGIO MAYOR de Santa Cruz, y Santa Catalina. E. 2.° C. 37 N. 7.

VLYSSIPPONE,

Excudebat Emmanuel de Lyra Typog. Anno, 1585.

Cum facultate ſupremi Conſilii ſanctæ & Generalis Inquiſitionis.

VIDI de mandato Illuſtriſsimi, & Reuerendiſsimi domini Archiepiſcopi Vlyſsipponenſis, Inquiſitoris generalis digniſsimi, Commentarium hunc Analyticum, de Renouatione emphyteutica, &c. & nihil habet ſanctæ Romanæ eccleſiæ contrarium, aut Reipublicæ offenſiuũ, quarè ad vtilitatem legentium tutò poterit prælo committi, 6. die Auguſti. 1584.

Fr. Bartholomæus Ferreira.

¶ Viſta a informação, podeſe imprimir, & depois de impreſſo tornara a eſta meſa com o original, pera ſe conferir com elle, & ſe lhe dar licença pera correr. Em Lisboa, 19. de Feuereiro, de 85.

Manoel de Coadros. Iorge Sarrão. Antonio de Mendoça.

EV ELREI. Faço ſaber aos q̃ eſt meu Aluara virem, que auendo reſpeito ao q̃ na petição atras eſcripta diz o Doctor Fráciſco de Caldas Pereira, & por lhe fazer merce, ey por bem & me praz, q̃ elle poſſa imprimir, o liuro de q̃ na dita petição faz menção, & por tempo de dez annos imprimidor nem liureiro algum, nem outra peſſoa, de qualquer qualidade que ſeja, não poſſa imprimir, nem vender, em todos meus Reinos, & ſenhorios, nem trazer de fora delles o dito liuro, ſaluo aquelles liureiros & peſſoas, q̃ pera iſſo teuerem ſeu poder, & licẽça. E qualquer imprimidor, liureiro, ou peſſoa, que durando o dito tempo, imprimir ou vender o dito liuro nos ditos meus Reinos, & ſenhorios, ou o trouxer de fora delles, ſem licença do dito Franciſco de Caldas Pereira, perdera pera elle todos os volumes que aſsi imprimir, & vender, ou de fora trouxer, & alem diſſo encorerá em pena de cincoenta cruzados, ametade pera a minha Camara, & a outra ametade pera quem o accuſar. E mando a todas minhas juſtiças, a que o conhecimento diſto perteencer, que lhe cumprao & guardem, & fação inteiramente cumprir & guardar eſte Aluara como ſe nelle contem, o qual ey por bem que valha, & tenha força & vigor, [illegible] feito em meu nome, por mim aſsinada, & paſſada por minha Chancellaria, [illegible] do 2. liuro, tit. 20 que o contrairo diſpoem. Ambroſio Daguiar o fez, em L[illegible] de Dezembro, de M. D. LXXXI. Roque Vieyra o fez eſcreuer.

REY.

# AMPLISSIMO, ET SACRI PALATII PRÆFECTO MAXIMO, D. PAVLO ALPHONSO, CATHOLICÆ MAIESTATIS CONSILIARIO DIGNISSIMO, ET BONARVM LITERARVM MOECENATI OPtimo. Franciſcus de Caldas Pereira, I. C. Luſitanus,

SALVTEM,

DESIDERABAT, & quaſi ſuo iure poſtulabat, vir ampliſsime, eximiarum virtutum tuarum admiratio, & ſingularis eruditio, vt poſt Commentarios noſtros de in integrum reſtitutione minorum, quos nuper Sereniſsimo principi Alberto conſecrauimus, mox profeſsionis noſtræ, quaſi veterani, decurſis operibus actionum mearum, propter ſingularem, & admirabilem animum, & propenſam volũtatis ſignificationem, quam ſemper erga me oſtendiſti, tibi ſecundum ingenii noſtri partum, dedicaremus. Ea eſt enim tui nominis gloria, ea eruditionis, & prudentiæ peruulgata opinio, vt ab omnibus ſtudioſis præclara literarum teſtimonia & illuſtria monumenta, quibus nullam iacturam temporum iniquitas, nullam perniciem calamitas, nullam obliuionem ęternitas afferre valeat, expoſcere videãtur. In publicis nanq; vel priuatis actionibus, in rebuſq; agẽdis, vel adminiſtrãdis, adeò cõſilio, ac prudentia polles, vt meritò Fabiũ illum Romanum ęques, vel potiùs antecellas. Iam verò vtriuſq; iuris, ac veræ iuſtitiæ obſeruantia, ipſi Ariſtidi te parem fecit, bonarumq; artium diſciplina ampliſsimis legumlatoribus, quibus priſtina ſecula, illuſtrata ſunt, adæquauit. Vt interim omittam, ſublimes animi tui dotes, ac ornamenta, quæ in te Natura parens, copioſa manu effudit, ac elargita eſt. Non dicam quàm grauiter ſupremo togatorum patrum Senatui, ſacri palatii præſis, ac ſuſceptæ dignitatis habenas regas, ac modereris, vt meritò illud poeticum canere poſsimus.

*Gaudent iuga: lora tenentur,*
*Solerti, correpta manu: quadriga magiſtri,*
*Sentit onus, &c.*

Non immeritò igitur, te omnes literati diligunt, omnis nobilitas intuetur, omnis Luſitania laude, & prædicatione celebrat. Ampliſsimum hoc vrbis docilium, te patrem patriæ, prædicat, Reipublicæ maximum conſeruatorem, incolumitatis publicæ protectorem, ac defenſorem eximium. Bonarum literarum ſtudioſi tuo beneficio, ad honorifica reipublicæ munia, magiſtratuſq; quotidie adſpirant, ac graſſantur: nouis indies incrementis exultant, ac in tua fide, liberalitate, fauore, miſericordiaq; conquieſcunt. Prodiens in publicum populi congratulantis, audis ſemper lætas, ac fauſtas acclamationes, & vulgi iucundæ voces fauſta tibi ominantis, aures tuas circumſtrepunt. Quis verò, non mirabitur, tam reconditam diuini, cuiuſdam pectoris doctrinam, tam abſolutam religionem, tam ſyncceram,

vereq; Chriſtianam pietatem, cum vera modeſtia coniunctam, ſub tam ſereno vultu deliteſcentem? Iam verò poſt emeritam, in ſacris iuris pontificii ſtudiis, ſub grauiſsimorum profeſſorum diſciplina, glorioſam lauream, (nequicquam ex prioris tuæ vitæ actionibus, ſilentio prætermittam) ſtatim in Regiam aulam accerſitus, à ſereniſsima, atque Auguſtiſsima Regina Catherina, Caroli Quinti inuictiſsimi Romanorum Imperatoris, ſorore, vnà cum Enrico Infante Cardinale; interim dum Sebaſtianus Rex, infans & puer adhuc, inter crepundia, & cunabula obrepens, paulatim adoleſceret, Regnum hoc ampliſsimum, per plures annos, adeò ſumma cum laude, & fructu prudentiſsimè gubernaſti, vt diffluentes ciuium mores, ad ſeueriorem vitæ diſciplinam, & inſtitutum reformaueris, ac ſalutaribus præceptis, legibusq; deuinxeris, ipſamq; rempublicam optima viuendi ratione, conſilioque ſtabilieris. Cum verò iam Sebaſtianus Rex pubes factus, Regales inſulas, ſceptrumq; apprehendiſſet, tàm excelſum ſemper, ac ſublimem, apud eum honoris gradū obtinuiſti, vt quicquid ad bene, fœliciterq; gubernandā, regendam, cōſeruandāq; rēpublicā ſpectaret, tàm in pace, quàm in bello, atq; etiā in difficillimis huius Luſitanici Regni temporibus, in quibus de ciuium ſalute, atque incolumitate agendum foret, nihil ille citra tui grauiſsimi conſilii votum, admirabiliſq; prudentiæ, ſententiam gereret, aut adminiſtraret. Adeò illi ſemper præſtò fuit, tua erga illum ſpectata, & explorata fides, integritas cōſilii, in omnibusq; rerum gerendarum actionibus, ſagax, & multiplex experientia. Cum autem Sebaſtianus Rex, tanquàm Barbarici Regni præda, triſtiſsimo Luſitanici nominis fato, apud Aphricæ oras occubuiſſet, ipſeq; Regiam aulam deſerere deſtinares, & ampliſsimi Magiſtratus dignitatem abdicare, vt diuinarum rerum contemplationi liberiùs vacares, & te ad illam piam, veram, diuinamq; ſapientiam, quaſi ad portum aliquem tutiſſimum conferres, viamq; conſequendæ immortalitatis præmunires, quaſi numine aliquo afflante, adhuc in terris agens, de alterius ſeculi longè fœliciori vita ſollicitus, ſacellum nobiliſsimum, è pario marmore, & iaſpide fabrefactum, in ſanctiſsimo Diui Vincentii, templo cum maximo tuo ſumptu, conſtruxiſti, vbi interim dum viueres, longe à Reipublicæ negociis, remotus, eò quaſi feriatis corporis ſenſibus, in animæ quietem, ac tranquillitatem ſecederes, vt cum vita mortalitati cederet, ibidem oſſa tua, in Chriſto, molliter cubarent, ac ſuauiter requieſcerent. Sed cum eximia virtus tua, intra angulum, & frugaliſsimas vitæ auguſtias, obliuioni mancipata, deliteſcere, & in obſcuro iacere non poſset, quin ſui vbiq; admirabilem fulgorem effunderet, ac claritatē excitaret, Enricus Rex Chriãniſsimus, cum vniuerſa Luſitania, in orbitate, & ſqualore iaceret triſtiſsimo, & funeſtiſsimo, interempti Sebaſtiani Regis, caſu afflicta: videretq; populum ſeditioſum, & in tyrannidē erectum, immoderatoq; conturbandæ Reipublicæ deſyderio, mirabiliter flagrantē, obuiā ire contendens tot malis, quæ prudētiſsimus Rex euentura, animo præſagiebat, te diu in hoc trāquillo vitæ ſtatu, & cōditione, quā contēptis ampliſsimis honoribꝰ ſpōte elegeras, permanere nō paſſus, te pręclariſsimarū rerū, negociis pręfecit, & quoniā imbecilles religioſiſsimi ſenis vires, tantū onus ferre nō poterāt, demū in tuos humeros, totiꝰ regni molē, pōdusq; reclinauit. Tu verò ampliſsimè vir, cū iure debitā Philippo

Regum

Regum omnium maximo, ac potentiſsimo, regni ſucceſsionem probè intelligeres, nihil aliud tam enixè elaboraſti, quàm vt ei regnum citra controuerſiam, hæreditario iure debitum, tranquillum, ac quietum, tanquàm ſartum tectum, abſque vlla ſanguinis effuſione, & belli tumultu, D. Enrico ſuperſtite, pacificè traderetur. Timebas enim populares ſeditiones, ac tumultus, quos euenturos ſuſpicabaris, propter inſolentiam vulgi, audaciamque populi, cui iam à morte Sebaſtiani ſitis inſatiabilis, affectandæ libertatis, & Reipub. perdendæ ſtudium, aderat, bellaq; inteſtina, cœdes, rapinæ, diſcordiaq; ciuilis, grata fuerant. Quamobrèm, inter tot rerum difficultates, & cogitationū fluctus, cum animi anxius Rex religioſiſsimus ſtatū Regni, & turbulentos ciuium mores, ſedare, vulgusq;, quod maximè nouarum rerum ſtudioſum cernebat, pacificare conaretur, verè Chriſtiana pietate auctor fuiſti, vt idem Rex, excellentiſs. Brigantię Ducem, & D. Antonium, fide publica interpoſita (nequicquam aduerſus patrię ſalutem, regniq; incolumitatem molirentur) ſolemnis ſacramenti religione obſtringeret: quòd gubernatoribus, quos ipſe elegerat, & eorum ſententiæ, & rei iudicatæ parerēt, vt ſi fidem interpoſitam temere violaſſent, patriæ hoſtes, ac parricidæ, atque tyranni haberentur: perduellionisq; ſententiam ſuſtinerent, adeò vt quicquid per ipſos gubernatores factum, decretumuè foret, id ſanctum omni æuo, inuiolabileq; obſeruaretur. Hoc negocium, hac tua prudentia, hoc conſilio admirabili, hisq; fœderibus ſtabilitum, Chriſtianiſsimi Regis animum mitigauit, ac demulſit: popularemq; coniurationem, magnopere concuſsit, ac labefactauit, & factioſorum hominum conatus repreſsit, ac diſturbauit. Defuncto Enrico, cum Gubernatoribus, tuo cōſilio, prudentiaq; labentē Luſitaniæ ſtatum, collapſamq; regni Maieſtatē fulſiſti, atq; conſeruaſti, & in ſumma comitiorū perturbatione, & tumultu, tanq̃; pacis arbiter, in varias partes diuiſum, & cōuulſum, Nobilitatis, ipſiusq; eccleſiaſtici ordinis ſtatū ſummo cum vitæ, ac dignitatis tuę, periculo reuocaſti, & in fide retinuiſti, ac catholicæ Maieſtatis, partes ſtrenuè defendiſti. Cum autē priuatis odiis, exacerbata popularis multitudo, ſpe nouādarum rerum arrecta, ſublato legum metu, iure ſuo, quodammodo omnia vindicaret, nimiaq; licentia exultaret, & ipſa plebs aduerſus nobilitatem conſpiraret, variæq; diſſentiones, inter Luſitanos, qui iiſdem legibus inſtituti, eademq; iuris ſocietate deuincti erant, orirentur, vt periculum foret, eam contentionem, plerasq; huius regni ciuitates gloria, & diuturna fœlicitate florentes, depopulaturam, Regięq; dignitatis ſtatum immutaturam, tu vir ampliſsimè, vnus ante alios, meritam ſeruatæ patriæ laudem feres, & tunc maximè tuæ æternæ laudis gloria florebit, cum ſeculi præſentis inuidia, virtutis comes, mortalitatia liquando ceſſerit. Quamobrèm, cum ipſe ita te geras, vt dignus ſis, qui clariſsimis omnium ſcriptorum præconiis, prædiceris, atque ornatiſsimis omnium annalium monumētis orneris, monuit me vetus mea erga te pietas, vt quando ego virtutes tuas, hac breui epiſtola complecti non poſſem, hunc noſtrum commētarium, Reipublicę Chriſtianæ, adeò vtilem, & neceſſarium, in tuo clariſsimo, atque ampliſsimo nomine publicarem, vt ipſe intelligeres, quantum, ex virtute, prudentia, vigilantiaq; tibi dignitatis eſt additū, tantùm ad veterem meam ergatè obſeruantiam, atque officium acceſsiſſe: meque ſi maiora pro tua illuſtranda, atque amplificanda dignitate, præſtare potuiſſem, libenter, vel cum grauiſsimo rerum mearū detrimento ſuſceptutū fuiſſe. Sed iā receptui canamus.

 Accipe

Accipe igitur, Præſes digniſsimè, Commentarium de Renouatione emphyteutica, hyberni temporis lucubrationes, opus nouum, à nemine hactenus elaboratum, munus certè literarium perexiguum, non auro, gemmiſq; pretioſum, ſed quale ſummo bonarum artium antiſtiti, & ſtudioſorum nobiliſsimo Mœcenati, à ſapientiæ ſectatoribus paſsim offerri, ac miſsitari conſueuit, hoc nomine multò pluris æſtimandum, quantò ſapientia, auro, gemmiſq; pretioſior eſt. Vale, clariſsimum Luſitaniæ ornamentum, & me hominem tui ſtudioſiſsimũ, tuiq; nominis ad immortalitatẽ propagãdi, deſiderio mirabiliter flagrantẽ, ab inuidorũ morſibus, & calumniantiũ obtrectationibus, iuuare, defendere, ac tueri non deſiſtas, vt ſemper conſueuiſti: noſque conabimur, quantum fieri poſsit, vt nomen tuum illuſtre, ab obliuiõis tenebris exemptum, ſempiterniſq; literarum monumentis conſecratum, & peremni æuo vigeat, & à temporis iniuria noſtrarũ lucubrationum beneficio, in omnem poſteritatem vindicetur. Vale.

Vlyſsippone, 22. die Menſis Februarii, 1585.

INDEX

# INDEX COPIOSISSIMVS, RERVM OMNIVM MEMORABILIVM, QVÆ IN HOC TRACTATV CONTINENTVR.

## A,

ABBATIBVS duobus contendẽtibus ſuper abbatia, creditores pro debitis monaſterii, ſeu prædeceſſoris, cõtra quẽcunque prætendentem, pñt agere, q.7.n 9.fol. 48.verſo.col.2.

ACTVS preſummitur factus ex cauſa neceſſaria, q.2.n.6.fol.8.col.1.ad fi.

ACQuirere, qui ſibi vult, debet ire ad domũ creditoris, q.6.n.4.fol.37.verſ.col.2

ADVERSARIVS, cum non reperitur, iudex adeundus eſt, corã quo proteſtatio fiat, q.6.n.16.fol.40.col.1.

ADIECTVS nõ cenſetur eſſe in obligatione, q.18.n.5.fol.155.col.1.

ALTERATIO, vel mutatio cẽſus vel canonis, nõ inducit nouũ cõtractũ, ſeu renouationem, q.4.n.8.fo.19.verſo.col. 1.

Alteratio canonis, qñ fit ad maius dñi præiudicium, conditio dñi deterior fit, & tunc dicitur alteratũ ſubſtãtiale emphyteuſis, q.4.n.9.fol.19.verſo, col.2.

AMICI, procurator, aut vicinus, requirendi ſunt, ſi dñs abſens domũ certam nõ reliquit, q.6.nu.6.fol.38.col.1.

Amici requirendi ſunt, qñ quis reipublicæ cauſa abeſt, q.6.n.7.fol.38.col.2.

ANNALE ſilentiũ, habet vim repudiationis, q.5.n.12.fol.28.verſo, col.2.

ANNI tẽpus ad petendã renouationẽ, quarè fuerit præſtitutũ, q.15.n.5 f.30.col.1

Anno elapſo ad petendã renouationẽ, dñs emphyteuſim, cuicunq; velit, poterit, concedere, & de ea quẽcunq; inueſtire, & renouare, etiã abſque alia voluntatis declaratione, q.5.n.16.fol.30.col.1.

Anni lapſus, ad petendã renouationẽ, non nocet qñ aliqua iuſta cauſa, vel impedimentũ, nõ petentẽ renouationẽ, ſeu inueſtiturã excuſaret, q.5.n.23.fo.32.col.2.

Anni lapſus ad petendã renouationem, non currit ignoranti, rem eſſe emphyteuticam, etſi propter ignorantiam, intra tẽpus à lege præfinitũ, renouationem non petierit, q.5.n.25.fol.33.col.2.

Anni lapſus ad petendam renouationẽ, non nocet militi, cui ius cõcedit annũ, & menſem, nu.24.q.5.fol 33.col.2.

Annus ad petendã renouationẽ, à principio eſt vtilis ignorãti, poſt ſcientiã verò cõtinuus, q.5.n.26.fol.33.verſo, col.1.

Annus ad petendã renouationẽ, currit hæredi, qñ apparet penes illũ fuiſſe inueſtituras, ſeu inſtrumenta emphyteutica, vel alios titulos prædeceſſorum ſuorum, vel aliter de ſcientia probaretur, q.5.num. 28.fol.34.col.2.

Annus ad petendam renouationem, nõ currit, ſi poſt annum lapſum, dñs penſionem recipiat, q.5.n.30.fol.34.verſo, col. 1.

Anni, tempus, & diei, ad petendã renouationem nõ currit, qñ emphyteuta, emphyteuſim non poſsidebat, ſed erat penes tertium, q.5.nu.32.fol.35.col.1.

Anni lapſus ad petendã renouationem non nocet, ſi emphyteuta dñm non inueniat, à quo renouationẽ poſtulare debeat, q.6.n.2.fol.37.col.1.

Anni lapſus, nõ aufert renouationis beneficium, ſi is qui renouationẽ petere debuit, infra annũ moriatur, quo caſu filius, ſeu heres, habet integrũ annũ, ad petendã renouationẽ, q.6.n.18.fol.40.verſo, col.2.

Annus ad petendam renouationẽ, non currit filio ignoranti, mortem patris, per cuius obitum emphyteuſis, expirauit, ac finita eſt, q.6 n.21.fol 41.verſo, col.2.

Anni lapſus, ad petẽdam renouationẽ, non nocet, qñ cõtrouerſia eſt inter duos, quorum vterq; ſe dñm aſſerit, & ad ſe emphyteuſim pertinere contendit: differtur enim tunc renouationis petitio, quouſq; aliquis dñorũ cõtendentium obtinuerit, q.7.n.8.fol.48.verſo, col.1.

Annalis temporis lapſus, propter grauẽ inimicitiã, minimè excuſat emphyteutã, ſeu vaſallum, ſi illi abſq; timore dñm, adire pſſunt, q.7.n.24.fol.52.col 2.

Annus ad petendã renouationẽ, an minui, vel coarctari poſsit, ex pacto ab initio cõceſsiõis, per dñm adiecto, q.11.n.1 fo.82.

Anni præſcriptio, interrũpitur per citationem, & litem motam, q.20.n.9.fol.171. verſo, col.2.

AFFECtata abſentia, inimicitia, impedimentum, ignorantia, q.7.nu. 16.fol. 50. verſo, col.2. & n.18.fol.51.col.1.& 2.

Agnatio vltimi poſſeſſoris, & nõ primi acquirẽtis, eſt conſideranda, q.9. n. 33. fol. 71.verſo, col.1.

AVCTORItate propria, nemini licet rem ſuã vindicare, q.11.n.7.fol.83.verſo.

# Index.

ALIENARE non dicitur, qui ſemel alienata concedit, reformando contractum, ſeu renouationem, q.11.n.30.fol.89.col.1.

Alienationis ꝓhibitio, intelligitur de ſola alienatione prima, non verò de renouatione emphyteutica, quæ ex vi antiquæ conceſsionis, & tituli, ſeu inueſtituræ, & præcedentis contractus obligatione celebratur. q.11.n.32.fol.89.verſ. col.1.

Alienationis ꝓhibitio, vide infra prohibitio alienationis.

Alienationis verbo emphyteutica, cõceſsio continetur. q. 16. num. 3. fol. 126. verſo, col.1.

Alienatio non excedit vitã alienãtis, q.16.n.20.fol.129.col.2.

Alienatio bonorum maioratus, vide infra, verbo, maioratus.

Alienans nulliter dicit de nullitate, q.16.nu.32.& ibi quòd pater alienans, nulliter poteſt de nullitate agere, fol.131. verſo, col.1.

Alienatio à poſſeſſore maioratus facta, eo viuente, dumtaxat tenet, nec interim rem ipſam, ab emente euincere poteſt, q.16.nu.35.fol.132. col.2.

Alienatio neceſſaria, nunquàm cenſetur interdicta, ſecus in voluntaria, q. 16. nu.40 fol.133.verſo, col.1.

Alienatio facta contra prohibitionem teſtatoris, facit alienantẽ in pœnam incidere, licèt ex actu nullo pœna non incurratur, q. 16.nu.41.fol 133.verſo.col 2.

Alienans contra prohibitionem, reuocare alienationem non poteſt, ſed admittitur ſequens in gradu, q.16.num.41. fol.126.col. 1.

Alienatio legalis iure legitimo, prohibita nõ cenſetur, & ſic ab inteſtato, & per mortem monachi, alienatio legalis nõ impeditur, q.19.nu.22.fol.169.col.2.

Alienatio legalis, per contractum, impediri poteſt, & quæ in hoc vtilis clauſula, q.19.n.23.fol.169.col.2.

Alienatio, bona fide facta, eſt perpetua, ſi vinculum contrahentes ignorabant, & vtriuſque contrahentis ignorãtia requiritur, q.16.n.69.fol.142.col.1.

ALTERNATIVE obligatus eligere, cui renouet emphyteuſim, ex duobus poteſt vnum eligere, quem velit, q.18.nu.34 fol.161.col.1.

Alternatiuæ promiſsionis, natura eſt, vt licèt vtrunque ſit in obligatione, vnũ tamen ſit in obligationis ſolutione, ibid. fol.161.col.1.& 2.

Alternatiuà) in rebus alternatiuè, debitis altera præciſè peti non poteſt, niſi qñ conſtaret alteram eſſe peremptam, q. 18. num.41.fol.163.col.2.

B,

BARTOLI doctrina, in l.1.§. permittitur, ff. de aq.quot. & æſt. examinata, q 9.nu.1.fol.64.verſo.

BENEFICII viuentis impetratio reprobata eſt. q.5.n,5.fol.26.col.2.

Beneficium viuentis poteſt impetrari, de conſenſu poſſeſſoris, q.5. nu. 3. fol. 26. verſo, col.1.

Beneficia eccleſiaſtica, antequàm vacent concedi, vel promitti non poſſunt, q 5.nu.5.fol.27.col.1.

Beneficium, viuente poſſeſſore, reſeruari poteſt, & illi reſignandi facultas auferri per Papam, q.5.n.5.fol.27.col.1.

Beneficiarius in domo beneficii citandus eſt, ſi beneficiũ reſidentiam requirat, quoniam ibi domicilium conſtituere cenſetur, q.6.n.12.fol.39.col.2.

Beneficiariis duobus litigantibus, ſuper beneficio, creditores pro debitis prædeceſſoris, contra quemcunque prætendentem poſſunt agere, q.7.nũm.9.fol.48. verſo, col.2.

Beneficium ſeculare, qualiter intelligatur, & quãtum temporis neceſſarium ſit, q 15.nu.21.fol.118.col 1.

Beneficium non curatum, præſummitur ex poſſeſsione quadragennaria, & vltimus ſtatus beneficii conſiderandus eſt, q.15.num.21 fol.117.verſo, col.2.

Beneficium manuale, non efficitur irreuocabile, ex eo, ꝙ prælatus diu permiſit, illud penes aliquem manere, q. 15. nu. 42.fol.123.col.1.

Beneficiarius ſolitus, habere certos coadiutores, eos remouere poteſt, licèt, per tempus longiſsimum illos habuerit, & paſſus fuerit, q.15.n.43.fol.123 col.1.

BONA empta, ex pecunia redacta, ex venditione bonorum emphyteuticorum, in locum emphyteuſis venditę ſubrogantur, & antiquæ emphyteuſis naturã retinent, q.3.n.13.fol.13.





BREVITAS temporis facit præſummi, ea quæ mox ſequuta ſunt, in primo actu fuiſſe cogitata, eumq; ipſum, ob ea fuiſſe factum, q.3.nu.14.fol.14.col.1.

C,

CAPITVLA, & collegia, ſtatuta facere non poſſunt cõtra bonos mores, q 11.n.28.fol,88.verſo, col.2.

Capitulum, ſeu collegium, poteſt tollere ſtatuta, etiam iurata, q.11.nu. 29. fol. 89.col.1.

CADVCITAS, ex non ſolutione canonis prouenıens, tacitè ex repetitione canonis cenſetur remiſſa. q. 2. num. 5. fol.7.verſo, col.2.

CANONICVS ſi probet infirmitatem, non ſufficit, vt habeat diſtributiones quotidianas, niſi appareat, quòd infirmitas fuit cauſa, non intereſſentiæ diuinis, q.5.n.23 fol.33.col.1.ad fi.

CANONIS defectus, etiam filiis, in inueſtitura comprehenſis nocet, q. 9. num.4.fol.65.col.2 in prin.

CITANDVS, quandò ſit procurator, vide infra, verbo, Procurator.

Citatio amicorum, vide ſupra verbo, Amici.

Citatio in domicilio procuratoris, qñ facienda eſt, q.6.n.9.fol.38.verſo, col.2.

Citandus, ſi habeat plura domicilia, in quibus habitet, inſpiciendum eſt illud, quod frequentius habitare conſueuit, q. 6.nu.11.fol.39.col.1.

Citandus ibi dominus eſt, ac requirendus, vbi cum familia tempore citationis degit, q.6.nu.11.fol.39.col.2.

CLAVSVLA manus iniectionis, ſeu conuentio, quòd liceat manum rei, inücere, in limine cõtractus appoſita, ſimplicis poſſeſsionis, naturalis penes ſucceſſorem vltimi emphyteutæ exiſtentis reuerſionem ad dominum directum, operatur, n. 4.q.9.fol.74.col. 2.

Clauſula, vt finita emphyteuſi, filii, vel deſcendẽtes vltimi poſſeſſoris rei emphyteuticæ, renouationem petere non poſſint, vllo modo non tollit renouationis beneficium, q.11.nu.14.fol.85. verſo, col. 1.& num.21.

Clauſula, quòd in euentum alienationis, ſtatim maioriæ, vel ſaltem rei alienatæ dominium, & ius transferatur in proximiorem, aliàs ſucceſſurũ, vtiliſsimã eſt, q.6.nu.34.fol.132.col.1.

Clauſula, Remittimus tibi culpam, reſtituimus feudum, & de nouo concedimus, an conſtituat nouum feudum, q. 4. num.14.fol.20.verſo, col.1.ad fi.

Clauſula, Liberum, & expeditum, quid importet appoſitum in cõtractu emphyteutico, q.8.n.10.fol.59.verſo, col.1.

Clauſulæ adiectæ in contractu emphyteutico, quantumcunque exuberãtes, renouationis beneficium excludere nõ poſſunt, q.8.nu.18.fol.61.verſo.col.2.

Clauſula, quòd finita emphyteuſi, ſeu generatione, res liberè reuertatur ad dominum, & liceat ei apprehendere poſſeſſionem, propria auctoritate, illa manus iniectio retenta à domino directo, initio contractus operatur, quòd ipſofacto omnis poſſeſsio, & etiam domini vim ab ipſius vltimi poſſeſſoris, hærede, vel à quouis alio penitus euellatur, q. 10.num.4. fol.74.

CONTRACTVS emphyteuticus, ſcripturam requirit.q.2.nu.2.fol.7. col.1.in prin.

Commiſſum primi emphyteutæ, nocet ſecundo, q.13.num.46.fol.108.col.2.

CONCESSA ad tẽpus, poſt illud ſunt ꝓhibita, q.8.n.15.fol.60.verſo.col. 1.

Conceſsio noua efficitur, & conſtituituitur ob noua pacta; & ex alteratione primæ inueſtituræ, & ex mutatione formæ antiquarum conceſsionum, q. 4. nu. 8,fol.19.col.2.

Conceſsio prima eſt attendenda, quæ mutari non dicitur, nec eius natura alterari per renouationem factam, ex neceſſitate quadam oriente ex pacto de renouando, appoſito in prima conceſsione. q.4.num.8.fol.19.verſo, col.1.

Conceſsio noua facta, non dicitur ex alteratione qualitatis, & accidentis, ſecus ſi mutaretur, aut alteraretur forma circa ſubſtantiam, q.4.nu.9.fol.19.verſo, col.1. ad finem.

Conceſsio ſimplex de re emphyteuticua, cum pacto do renouando, de 29. in 29.annos, vel alio certo tempore, perpetuò, parit actionem ad renouandum perſonalem, quæ finito tempore conceſsionis, infra triginta annos proponi poteſt. q.5.num.19.fol.30.verſo, col.1.ad fin.

Conceſsionis qualitas inſpicienda eſt, ad quam ſi ſoli hæredes admittantur, in petenda renouatione, non admittentur agnati, niſi hæredes ſint, ſecus ſi tantum deſcendentes, vel agnatos admittat, q. 9. nu. 19. fol. 68. verſo, col. 1.

Conſuetudo ad renouationem impetrandam, plurimum habet roboris, & momenti, q 5. nu. 5 fol. 27. col. 1.

CESSIO) natura ceſsionis vtilis dominii eſt ſola volũtate, & rei traditione traſferri, q 13 nu. 13. fol. 101. verſo, col. 1.

COLONVS finita fundi locatione an per dominum expelli poſsit, qui iurauit conductorem, ſeu colonum, non expellere, ſed iterum ad tantundem temporis, relocare promiſit, q. 11. nu. 33. fol. 89. col. 2.

Colonus, ſi habet bona obligata, ꝓ obſeruatione locationis, poteſt rem locatam retinere loco pignoris, donec ſibi ſoluatur, ꝙ ei debetur, q. 12. n. 22. fol. 96. col. 1.

Colonus, ob melioramenta expelli nõ poteſt, q. 15. nu. 24. fol. 118. verſo. col. 2.

Colonum longiſsimi temporis diuturnitas, tuetur in poſſeſsione, q. 15. num. 27. fol. 119.

Colonus eccleſiæ, remoueri ab emphyteuta non poteſt, q. 15. n. 29. fol. 119. verſo, col. 2.

Coloniæ ius præſcribitur triginta annis, ibidem.

Colonus reſpiciens emphyteutam immediatè, non eccleſiam, rem emphyteuticam melioranſ, & expendens in vtilitatẽ emphyteutæ, illius negocium gerere videtur. q. 15. nu. 34. fol. 120. verſo. col. 2.

Colonus eccleſiæ à particulari ſucceſſore, remoueri non poteſt, q. 15. nu. 35. fol. 120. verſo. col. 2.

Colonus ex poſſeſsione 30. annorum, acquirit ius quoddam perpetuæ coloniæ, ne quo modo à poſſeſsione expellatur, q. 15. n. 40. fol. 122. col. 1.

Colonia nõ præſcribitur aduerſus Baldum, q. 15. n. 41. fol. 122. col. 2.

Coloni detentores ſunt, non poſſeſſores, nec præſcriptionem allegare poſſunt, q. 15. n. 41. fol. 122. verſo, col. 1.

Colonus videtur reconducere eandem rem, cum qualitatibus primæ conductionis, q. 15. n. 44. fol. 123. verſo, col. 1.

Coloni hæres non poteſt præſcribere, niſi interuertat poſſeſsionem, q. 15. nu. 45. fol. eodem.

Coloniæ, quando de initio tituli conſtat, poſſeſsio negatur. q. 15. nu. 46. fol. 122. verſo. col. 2.

Coloniæ perpetuæ, contractus non eſt in vſu in his regnis, nec alibi, nec ad vitam coloni, poteſt defendi locatio, q. 15. num. 47. fol. 124. col. 2.

Coloniam perpetuam præſcribi poſſe, an Baldus dixerit, q. 15. nu. 48. fol. 124 col. 2. in fi. & ſeq.

Colonus rei vindicatione cõueniri poteſt, q. 15. nu. 48. fol. 124. verſo, col. 1.

Colonus ſe tuetur, ſi alleget coloniam perpetuam, q. 15. nu. 49. fol. eod. col. 1.

Colonia perpetua inducitur adinſtar emphyteuſis, ex poſſeſsione 30. annorum, q. 15. num. 49. fol. 124. verſo. col. 2.

Colono ad longum tempus, ſtare non tenetur maioratus ſucceſſor, q. 16. num. 18. fol. 129. col. 1.

Colonus, quando contentio eſt inter duos, ſuper fundo, poteſt vtrique penſionem denegare, offerre tamen ſe daturum illi, qui obtinebit, q. 7. n. 11. fol. 49. verſo, col. 2. in prin.

COMmendatores, ſeu præceptores ordinum militarium bona ſuarum commẽdarum, concedendi in emphyteuſim, facultatem non habent, niſi eis ſit indulta, à magno Magiſtro, q. 16. n. 13. fol. 128. col. 2.

CONuentio & pactum, circa melioramenta rei emphyteuticæ, multum operatur, q. 8. n. 9. fol. 59. col. 2.

CONtrahentium voluntas, & lex contractus ſequenda eſt, q. 11. nu. 2. fol. 82.

Contractus per ſententiam iudicis, vel præſidis roboratus, tranſmiſſa ſententia, & obligatione recepta, ſub illius ſubſcriptione, & ſigillo per Chancellariam ratione ſigilli, habet paratam executionem, q. 11. nu. 4. fol. 83.

Cõtractus emphyteuticus, eſt legitima conuentio, tanquàm à iure ciuili adinuẽtus, & excogitatus. q. 9. n. 19. fol. 86. verſo.

CONditio, vel modus, ſi non adimpleatur, donatio reuocatur, q. 11. num. 3. fol. 83. col. 1.

Conductor, quando promiſit in fine locationis, relaxare liberè rem locatam, vacuam, & expeditam, & renunciauit omni legum beneficio, & iuris auxilio, eo caſu renunciatio, refertur ad auxilia, & beneficia



ficia, licèt non expreſſa, q. 11. n. 20. fol. 87. col. 1.

Conductor, ſi faciat apponi pactum in cõtractu locationis (quòd locans promittit nõ alienare fundum, intra tempus locationis, & pro hoc obligat dictum fundum ſpecialiter) emptor cõductorem, expellere non poteſt, q. 12. n. 18. fol. 95. col. 1.

CONSENſus tacitus, non ſufficit in contractu, qui ſcripturam requirit, q. 2. n. 3. fol. 7. col. 2.

Conſenſus domini, & aliæ ſolemnitates, in prima conceſsione adhibitæ, certi temporis, actuſq; limitationem cõcernũt, nec vlterius prorogari poſſunt, q. 14. nu. 3. fol. 111. col. 1.

Conſenſus filii, paternæ alternationi adhibitus, & contractus ſubſcriptio, alienationem validam reddit, & filio nocet, ne quo modo filius illi contraire valeat, q. 16. n. 45. fol. 134. verſo, col. 1.

CVLPA poſſeſſoris, ſi ipſummet excludit, multò magis & eius ſucceſſorem, qui nullum ius habet, q. 9. n. 7. fol. 65. verſo, col. 2.

D.

DATVM nõ videtur, quod ab illo donatur, qui de iure donare non poteſt, q. 7. nu. 36. fol. 53. verſo, col. 1.

DECISIO Gammæ. 297. examinata, q. 15. nu. 31. fol. 120 col. 1.

Deciſio Gammæ, q. 26. nu. 5. diſcuſſa, q. 15. nu. 40. fol. 122. col. 1.

DENVNciatio, quando ad domum fieri debeat, q. 6. nu. 3. fol. 37. verſo, col. 1.

Denunciatio ad domum fieri debet, nõ ſolùm in ciuilibus, ſed etiam in criminalibus, vbicunque reus latitat, q. 6. nu. 3. ibidem, fol. 37. verſo, col. 1.

DIES interpellat pro homine, quando ſeruitiũ debetur certo die, q. 11. n. 5. fo. 82. verſo, col. 2.

DICTIO taxatiua, adiecta diſpoſitioni hominis expreſſę, facit ceſſare tacitam diſpoſitionem legalem, q. 11. nu. 15. fol. 86. col. 2.

Diſpoſitio, quando fit alicuius cõtẽplatione, licèt expreſsè verba ad illum non dirigantur, tamen illi acquiritur emolumentum, & ei competit actio, q. 17. nu. 17. fol. 147.

DILIgentior, & vigilantior, præferendus eſt, & potius ius habet, q. 17 num. 19. fol. 147. verſo, col. 1.

DIVISIO bonorum, comparatur emtioni, q. 16. n. 48. fol. 135. col. 2.

DOMInus, ſi poſt reuocationem, procuratorem agere paſſus ſit, inducitur nouum mãdatum. q. 2. n. 4. fol. 7. verſo, col. 1.

Dominus tenetur recipere, & admittere nouum emphyteutã, in quem per primum emphyteutam, ſeu poſſeſſorem fuit tranſlatum ius emphyteuticum, & huic nouo, & recẽti emphyteutæ renouationem, & nouam inueſtituram facere tenetur, q. 2. n. 12. fol. 9. col. 1. ad fin.

Dominus in renouatione emphyteuſis non poteſt immutare formam antiquitùs inſtitutam in præiudicium alterius, q. 3. n 7. fol. 12.

Dominus, ſi declarauit ſe velle vti commiſſo, & vaſallum eſſe priuatũ, ita vt feudum ipſo iure committatur, deinde caducitatem, & felloniam remiſit, & vaſallum inueſtiuit, vel emphyteuſim renouauit, an feudum, vel emphyteuſis, noua eſſe cẽſeantur, q. 4. nu. 4. fol. 17. verſo. col. 2.

Dominus, ſi durante conceſsione emphyteutica agat contra poſſeſsorem, ſeu tertium rem detinentem, exceptione de iure emphyteutæ, repelli poteſt, q. 4. nu. 17. verſo, col. 1.

Dominus non poteſt in præiudicium eius, cui ius eſt quæſitum, alteri inueſtituram concedere, nec alterum admittere, q. 5. n. 2. fol. 26.

Dominus poteſt agere contra vaſallum ad ſeruitium actione ex ſtipulatu, vel cõdictione ex moribus, q. 5. n. 8. fol. 27. verſo ad fin. col. 2.

Dominus elapſo anno, præfixo ad petendam renouationem, emphyteuſim cuicunq; velit, concedere poteſt, q. 5. nu. 16. fol. 30. col. 1.

Dominus poſt annum, ſi recipiat vaſallum, ad ſolita ſeruitia, & ad obedientiam, & ſic elapſo tempore, ad petendam renouationem, caducitatem, & culpam remiſiſſe videtur, q. 5. nu. 30 fol. 34 verſo, col. 2.

Dominus poſt lapſum anni, ad petendam renouationem, recuperando penſionem, & vaſallum ad ſolita ſeruitia, tacitè videtur iuri expellendi renunciaſſe. q. 5. num. 31. fol. 35. col. 1.

Dominus directus, ſi durante tempore pe-

petendæ renouationis, alii extraneo emphyteuſim concederet, tunc vſque ad 30. annos facultas petendæ renouationis, durat extranea perſona inueſtita, q. 5. num. 34. fol. 35. verſo, col. 2.

Dominus, cui intra annum denunciatio faciēda eſt, vt emphyteuſim renouet, ſi latitet, & ſe abſcondat, denunciatio ad domum fieri debet, q. 6. n. 3. fol. 37. verſo, col. 1.

Dominus, ſi præſens non ſit, ſed aliò domicilium trāſtulerit, eò loci, vbi eſt, requirendus eſt, q. 6. nu. 4. fol. 37. verſo, col. 1.

Dominus abſens in alio loco perquirendus non eſt, q. 6. n. 5. fol. 38. col. 1.

Dominus abſens, ſi domum certam non reliquit, nec eius copia haberi poteſt, requirendi ſunt amici, aut vicini, aut procurator, qui id citato renunciēt, aut ſi velint, defendāt, q. 6. nu. 6, fol. 38. col. 1.

Dominus directus, à quo renouatio petenda eſt, ſi ſit vagabundus, vbicunque citari poteſt, q. 6. nu. 10. fol. 39. col. 1. in prin.

Dominus vbi citandus ſit, vide ſupra verbo, Citandus.

Dominus, ſi beneficiarius ſit, in domo beneficii, aut ſacerdotii, citandus eſt, ac requirendus, ſi beneficium reſidentiam requirat, quoniam ibi domicilium conſtituere cenſetur, q. 6. n. 12. fol. 39. col. 2.

Dominus directus, ſi ſit prelatus vel abbas, ibi citādi, ac requirēdi ſunt, vbi habēt dignitatem, q. 6. n. 13. fol. 39. verſo, col. 1.

Dominus, ſi ſit incarceratus, q. 6. nu. 14. fol. 39. verſo, col. 1.

Dominus, à quo renouatio petenda eſt, ſi neque domicilium, neque vxorem, nec cognatos, nec amicos, nec procuratorem habeat, præſes prouinciæ adeundus eſt, coram quo in actis proteſtatio fiat, q. 6. nu. 15. fol. 39. verſo, col. 1. ad fi.

Dominus, ſi poſtea compareat, debet emphyteuta, vel is, qui renouationem petere debet, ſi nōdum tempora à lege præfixa lapſa ſunt, denuò renouationem petere, q. 6. n. 17. fol. 40. verſo, col. 1.

Dominus directus, quem ad renouandum obligatio obſtringit, ſi moriatur, nullaq; illius mortis fama ſit, ſi vaſallus ignorauerit, non amittit renouationis beneficium, q. 6. n. 30. fol. 44. col. 1.

Domini, ſi contendant inter ſe de Baronia, vaſallus poteſt differre, poſt annum petitionem inueſtituræ, dummodò intra annum offerat ſe velle, inueſtituram recipere, ab eo, qui ſit verus dominus, & proteſtetur, quòd per eum non ſtat, q. 7. nu. 8. fol. 48. verſo, col. 1.

Dominus in præiudicium hæredum, quibus renouatio competit, extraneo emphyteuſim concedere non poteſt, q. 7. nu. 31. fol. 53. verſo, col. 2. ad fi.

Dominus, ſi vult elapſo anno, ad petēdam renouationem, emphyteuſim extraneo concedere poteſt, Re tamen integra, ideſt, ante conceſsionem deſcendens rectè audietur, q 7. n. 34. fol. 54. verſo, col. 1.

Dominus, ſi cōcedat emphyteuſim, extraneo, poſt interpellationem, à deſcendente factam, & renouationem ab eo petitam, tunc conceſsio alii facta, quaſi appellatione pendente, reuocari poteſt, q. 7. n. 35. fol. 54. verſo, col. 2.

Dominus, ſi elapſo anno, ad renouationem, ante interpellationem, alii extraneo dedit, aut conceſsit emphyteuſim, talis domini conceſsio, impediri non poteſt, & facta tenet, maximè, ſi rei traditiōe adiuuetur, q. 7. n. 35. fol. 55. col. 1.

Dominus directus finita emphyteuſi, & ab eo apprehenſa, nullā interim ſeruitutē, nullam penſitationem, nec aliud onus ab emphyteuta impoſitum tenetur agnoſcere, & ad eum pertinet exercere omnia iura dominicalia, in ſubemphyteuſibus, dependentibus ab emphyteuſi præhenſa, q. 10. n. 5. fol. 74. verſo, col. 1.

Dominus à tempore, quo poſuit feudū in manibus ſuis, facit fructus ſuos, donec præſtetur fidelitas, & petatur renouatio, q. 10. num. 6. fol. 74. verſo. col. 2.

Dominus directus, denegando renouationem, quam facere tenetur, poſt litis cōteſtationem, malefidei poſſeſſor eſſe incipit, qui ante litem conteſtatam non deſiſtit, ſed rem vſque ad extremum cauſæ, detinet, q. 10. nu. 17. fol. 77.

Dominus ſi poſt annum renouationē faciat, vel inueſtituram emphyteutæ, ſeu vaſſallo, ſi per errorem, & ignoranter exiſtimās, lapſum tempus non eſſe, pœnā caducitatis, ob non petitam renouationem, remittere non videtur, q. 11. num. 10. fol. 84. col. 2.

Dominus, ſi ex certa ſcientia, & non per errorem, renouationem faciat, poſt tem-

tem



pus à lege præfixum, caducitatis pœnam remittere videtur, q. 11. n. 11. fol. 85. col. 1.

Dominus qui emphyteutā, renouationem petentem poſt tempus, quē exceptione poterat repellere admiſit, videtur caducitatem remittere, ibidem.

Dominus, ſi à vaſallo ſeruitium recipiat, qui infra annum & diem inueſtiturā non petiit, poſteà nō poterit allegare vaſallum eſſe priuandum ex eo, quod tempus petendæ inueſtituræ, labi paſſus eſt, q. 11. nu. 13. fol. 85.

Dominus iurans, non renouare emphyteuſim finitam ad iuramenti obſeruantiā non tenetur, cum præcludat viam, operi charitatis in proximum, & tollat iuſtitiā, & renouationis exuberantem, æquitatem q. 11. n. 24. fol. 88. col. 1.

Dominus, ſi ſit leno, vel degat in lupanari, ibidem ei denūciatio fieri poteſt pro renouatione, q. 12, nu. 4. fol. 92. col. 2.

Dominium, licèt in aliquibus caſibus, tranſeat ipſo iure, non propterea tranſit poſſeſsio, q. 10. nu. 14. fol. 76. verſo. col. 2.

Dominium feudi, licèt ipſo iure, filio vaſſalli quæratur, non tamen poſſeſsio, ibidem.

Dominus directus, pōt apponere quæcunque pacta, & conditiones ſuper re ſua, & emphyteuta poteſt ea conditione rem affectam accipere, & renūciare fauori ſuo, & iuri renouatiōis, ex æquitate pro ſe introducto, q. 11. n. 26. fol. 87. col. 1.

Dominium vtile, eiuſdem ſpeciei, apud duos inſolidum eſſe non poteſt q. 13. num. 11. fol. 101. & nu. 16. fol. 102. col. 2.

Dominium vtile, vtilis dominii eſſe nō poteſt, ſicut nec ſeruitus ſeruitutis, q. 13. n. 15. fol. 102. col. 1.

Dominium vtile penes duos in ſolidū eſſe non poteſt, q. 13. n. 16. fol. 102.

Domini conſenſus, ea ratione exigitur in alienatione rei emphyteuticæ, vt perſonalis actio, quam ad penſionem habet, in emptorem vel ſucceſſorem, vt ad penſionem obligetur, cōtinuari poſsit, q. 13. n. 17. fol. 102. verſo, col. 1. & n. 18.

Dominium vtile, non tranſit in ſecundum emphyteutam, ſed ſolùm exercitium vtilis dominii ſubalterni, q. 13. num. 21. fol. 103.

Domini plures vtiles, aut directi diuerſis reſpectibus conſtituuntur, q. 13. nu. 22. fol. 103. verſo. col. 1. Sed contra, nu. 25. fol 104. col. 1.

Dominus non poteſt apprehendere emphyteuſim, vel feudum, ſubemphyteutæ, vel ſubuaſalli ſui, quoniam vtrunq; à ſe dependet, vel mouetur, ſeu dependet, mediante emphyteuta, vel ſubuaſallo ſuo, q. 13. nu. 24. fol. 103. verſo, col. 2.

Dominus emphyteuſis, vel feudi, nedū dicitur dominus, directus emphyteutæ, vel clientis ſui immediati, & hoc propriè, & abſolutè, ſed etiam dicitur dominus directus, omnium ſubemphyteutarū, ſeu clientum, eiuſdem emphyteuſis, q. 13. nu. 27. fol. 104. col. 2.

Domini plures directi, vnus immediatus, alter & ſuperior mediatus; quî fieri poſsit, vt ſint eiuſdem emphyteuſis, vel feudi, q. 13. n. 29. fol. 104. verſo, col. 2.

Domini plures directi, vel vtiles eiuſdē rei, diuerſis reſpectibus eſſe poſſunt, q. 13. n. 29. fol. eod.

Dominium directum regni Siciliæ, licèt in vniuerſo ſit penes eccleſiam Romanam & non penes regem, tamen in ſingulis feudis caſtris, & rebus particularibus, illius regni, habet directum dominium, & plenitudinem Regiæ poteſtatis, q. 13. nu. 30. fol. 105. col. 2.

Dominus obligationi renouandi, omnino ſatisfacit, eligendo vnum inter plures exiſtētes, in eodem gradu, ad quos renouationis, ius ſpectat: eſt enim locus gratificationi. q. 18. nu. 22. & 23. fol. 158. verſo, col. 2. & fol. 159. col. 1.

Dominus primus, verè habet directum dominium, in vltima ipſa emphyteuſi, ſeu feudo, ſed mediatum, & ligatum, reſpectu vltimi emphyteutæ, ſeu vaſſalli, donec ſublatis, vel ceſſantibus mediis, fiat debita deuolutio, & conſolidatio, & tanta approximatio, vt poſsit exire in actum, q. 13. nu. 34. fol. 105. verſo, col. 2.

Dominus primus, poſsidet ciuiliter, vltimus autem dominus, habens realem fruitionem, poſsidet naturaliter. Domini autem intermedii, habent ſua dominia ſubordinata, & reſpectiua, quæ ſunt directa, reſpectu inferioris, q. 13. nu. 34. fol. 105. verſo, col. 2.

Dominus primus feudi, an poſsideat ciuiliter, vltimus verò naturaliter, & qualiter id intelligatur, q. 13. num. 35. fol. 105. verſo,

verſo,col.2. & ſeq.

Domiuus ſolus immediatus eſt requirendus,q.13.nu.36,fol.106.col.2.

Domiuus ſuperior,nullum ius, & nullum commodum poteſt percipere ex ſubemphyteuta,ſeu ſubuaſallo,etiam ratione eiuſdem rei,q.13.nu.36.fol.106.col.2.

Dominium vtile manet penes primum emphyteutam,cuius ratione adinſtar domini directi debet requiri, cum ſecundus vult alienare,q.13.n.38.fol.106.verſo, col. 2. quod intellige ſi dominus directus in conceſsione hoc exprimat.

Dominium vtile,an tranſeat in ſecundum emphyteutam,& à primo emphyteuta ſeparetur,q.13.nu.40.

Dominium vtile,transfertur in ſecundum emphyteutá,& prima conceſsio manet corrupta,& an hoc ſit verum,q.13.nu. 41.& nu.49.fol.107.col.2.

Dominus ſemper cenſetur conſentire alienationi factæ per emphyteutá, ſaluo iure ſuo,q.13.nu.48.fol 108.verſo,col.1.

Dominium directum ſeparabile eſt ab vtili, & poteſt alterum ſine altero alienari, in alterius tamen alienatione eiuſdem dominii ſeparatio fieri non poteſt,q.13. n. 49.fol.108.verſo,col.2.

Dominium vtile,per conceſsionem emphyteuticam in ſecundum, ſtat penes ſecundum emphyteutam, nõ penes primũ, & penes primum ſolùm manēt ſpecialiter reſeruata,q.13.nu.49.fol.108.verſo.col.2.

Dominicalia iura,quæ dominus habebat,manent penes primum emphyteutã, licèt conſenſerit ſaluo iure ſuo,q.13.num. 50.fol.108.verſo.col.2.ad fin. & ſeq.

Dominium vtile eiuſdem rei; quando penes plures eſſe poſsit,q.13.n.52.fol.109. col.2.

Dominus directus,quando tenetur facere renouationem feudi filiis propinqui vaſalli,poteſt vnum eiuſdem gradus eligere,& eum aliis præferre,q.18.nu.29.fol. 159.verſo.col.2.

Dominium rerum dotalium penes maritum eſt conſtante matrimonio, vxoris verò fictitium,& inefficax,& imaginarium.q.13.nu.52.contra num.54.fol.109. verſo.col.1.& fol.110.col.1.

Dominii vtilis exercicium magis quàm vtile dominium tranſit in ſecundum emphyteutam,q.13.nu.55 fol.110.col.1.

Dominus poteſt reuocare feudum,alienatum per vaſallum,non obſtãte præſcriptione longi temporis,non autem longiſſimi,q.15.nu.10.fol.115.verſo.col.2.

Dominium vtile,quæritur ex conceſſione emphyteutica,q.15.n.25.fo.119.col.1

Dominium vtile,penes duos in ſolidũ eſſe non poteſt,ibidem.

Dñi plures vtiles poſſunt dari diuerſis reſpectibus,q.15.n.30.fol.119. verſo.col.2.

Dominus non poteſt expellere ſecundum emphyteutá,ſi in poſſeſsione ſit conſtitutus,q.20.nu.6.fol.171.col.1.

Dominus ſi deneget renouationem, in ius vocandus eſt,q.20.nu.9.fol.171.verſo. col.2.

Dominus directus, finita emphyteuſi poteſt gratificare filiæ defuncti,& eá præferre cognatis in renouatione.q.17.nu.21. fol.148.col.1.& nu.33.fol.151.col.1.

Dominus in renouatione emphyteuſis, poteſt vnum eiuſdem gradus, quem malit eligere, & præferre aliis etiam ſi ſit fœmina,q.17.u.27.fol.149.verſo.col.2.

Dominus poteſt feudum, in præiudicium maſculorum,fœminis renouare, ibi.

Dominus directus, ad quem finita generatione deuoluitur emphyteuſis,poterit gratificare vni ex filiis, vel deſcendentibus vltimi poſſeſſoris,cui magis voluerit,& ei emphyteuſim renouare, etiam filiæ excluſis fratribus,q.17.nu.32.fol.150. verſo,col.2.

Dominus finita emphyteuſi,poteſt etiã experiri interdicto,vndè vi,aduerſus poſſeſſorem.q.18.nu.20.fol.158.col.1.

Dominus poteſt renouare emphyteuſim,vni ex filiis vltimi poſſeſſoris, & cui velit gratificare.q.18.n.23.fol.159.col.1.

Dominus,ad quem emphyteuſis pleno iure deuoluitur, poteſt vnum preeligere cui emphyteuſim renouet.q.18.nu.30. fo. 160.col.1.

Dominus renouãdo emphyteuſim, vni ex deſcendentibus, ſatisfacit obligationi, q.18.n.31.fol.160.verſo.col.1.

DOLVM non committit,qui iure ſuo vtitur,& ius ſuum recipit,q.17.nu.19. fol.147.verſo.col.1.

DOS conſtituta,& tradita,& promiſſa tantùm,& non tradita, idem eſt, q.18. num.11.& 47.fol.156.col.1.& fol.165.col. 1.& 2.

Dotalis

DOTALIS res eſt, res ex dote comparata,q.3.nu.13.fol.13.verſo.

E.

ECCLESIA ad emphyteuſim nominari non poteſt,q.19.n.17.fol.168. verſo, col.1.

Eccleſia,an emphyteuſim renouare compellatur,ſi ſibi velit retinere,vide infra, verbo,Emphyteuſim.

Eccleſia non curata,qualiter præſummatur,vide ſupra Beneficium non curatum.

Eccleſiæ bona,iure tam ciuili, quàm canonico, in emphyteuſim concedi non poſſunt,abſque debita ſolemnitate, quæ facilius permittitur,quàm vniuerſi iuris eccleſiaſticæ rei,diſtractio,q.16.num.5. fol. 126. verſo,col.2.

Eccleſiæ res donata, cum clauſula quòd non poſsit alienari,nequit etiá in caſu permiſſo alienari,q.16.n.12.fol.127.verſo,col.2.

EMPHYteuſis noua quid ſit,q.1. num.3. fol.3.

Emphyteuſi accepta pro ſe, & filiis, & nepotibus,filii, vel nepotes, non tenentur nouá inueſtituram petere, ſecus in feudo, q.1.nu.5.fol.3.

Emphyteuſi conceſſá pro tribus perſonis ſucceſsiuè, ſublata prima perſona in reliquis duabus perſonis, quæ vi & poteſtate legitimæ conuentionis ſuccedunt renouatio,aut noua inueſtitura,neceſſaria non eſt, q.1.n.6.fol.3.

Emphyteuta nouus dicitur ille, qui ſub priori inueſtitura non eſt comprehenſus, q. 1.nu.5.ſol.3.

Emphyteuſim nouare,ſeu renouare,quid ſit,q.1.nu.10.fol.6.

Emphyteuſis renouatio,vide latè verbo, Renouatio.

Emphyteuticus contractus, ſcripturam requirit.q.2.n.2.fol.7.

Emphyteuſis per tacitum domini conſenſum,renouatur, & per pacientiam recipiendo penſionem ab emphyteuta poſt caducitatem.q.2.nu.4.fol.7.

Emphyteutæ noui ſuſceptio, vel admiſſio per procuratorem fieri non poteſt,ſecus in feudo,q.2.nu.14.fol.9.col.2.ad fin.

Emphyteuſis cum renouatur, non dicitur noua,ſed antiqua,& prout antiqua regulanda eſt,& idem in feudo.q.3.nu.2.fol. 10.verſo.col.2.

Emphyteuſis etſi renouetur, antiqua nõ noua cenſetur, quoniam cẽſetur renouata, ſecundum naturá, & qualitatem antiquæ. q.3,n.2.fol.11. col.1.ad fin.

Emphyteutici contractus principium, & origo,ſemper inſpicienda eſt.q.3.n.7.fo.12.

Emphyteuſis non eſt noua, ſed antiqua, etiam ſi emphyteuta renunciauerit, in manibus domini emphyteuſim,eá conditione vt ei renouationem cõcedat,q.3.n.12.fol. 13.

Emphyteuſis renunciatio, vt de ea quis inueſtiatur,qualiter conſtet.q.3.n.15.fo.14.

Emphyteuſis noua eſt empta ex pecunia, & pretio emphyteuſis antiquæ; quando expreſſum eſt.q.3.nu.16.fol.14.col.2.

Emphyteuſis antiqua,vel feudum,ſi permutentur inuicem, antiqua remanet non noua,q.3.nu.19.fol.15.

Emphyteuſis antiqua,quæ cecidit in cõmiſſum,ſi remiſſa commiſsi pœna, denuò concedatur,vel renouetur, an ſit antiqua, vel noua,q.4.n.1.fol.17.col.1.

Emphyteuſis,licèt concedatur ſub ea forma, quòd ipſo iure ad dominium reuertatur,tacitam habet conditionem ſuſpenſiuã effectus commiſsi,ſi dominus velit,& petat, aliàs non fit à iure executio.q.4.n.3.fol.17. verſo,col.1.

Emphyteuſis non eſt noua, ſed antiqua, etiamſi in conceſsione eſſet expreſsè, conuentum,quod res ipſofacto, cadat in commiſſum,ibidem.

Emphyteuſis,vel feudum noua eſſe cenſentur,etiá ſi nulla ſententia,& nulla realis executio interuenit,quando dominus procedit per modum meræ nouæ conceſsionis emphyteuticæ,vel infeudationis, quando emphyteuta,vel vaſallus, ipſo iure priuati ſunt.q.4.n.8.fol.19.col.1.

Emphyteuſis eſt noua, quãdo in renouatione,vel inueſtitura,adiicitur noua forma, vel qualitas.ibidem.

Emphyteuſis noua dicitur, quando in renouatione,ſeu noua conceſsione,apponitur clauſula,ſeu aliqua forma,quæ primam & antiquam conceſsionem alteraret, q.4. n.8.fol.19.col.2.ad fin.

Emphyteuſis noua non dicitur ex appoſitione nouorum pactorum, quando per noua pacta conditio eccleſiæ melior facta eſſet,q.4.n.8.fol.19.verſo,col.1.poſt prin.

Emphyteuſis noua, qualiter conſtituatur,& qualiter id coniecturis colligatur, q.

4.nu.

4 n.10.fol.19.verſo.col.2.

Emphyteuſis noua eſt,ſi emphyteuta emphyteuſim refutauerit in manibus domini qui tunc poterit, tãquàm de noua emphyteuſi inueſtiri. q.4.nu.12.fol.20.verſo.col.1. in prin.

Emphyteuſis eadem perſeuerat,quando dominus procedit per viam communem, & mixtam veluti remittimus,& de nouo cõcedimus,&c.q.4.nu.13.fol.20.verſo.col.1.

Emphyteuſis amiſſa per emphyteutam, & in patrimonium domini incorporata, & poſſeſsione apprehẽſa, ſi denuo renouetur, noua emphyteuſis dicitur, & non antiqua. q.4.n.14.fol.20.verſo.col.1,ad fin.

Emphyteuſis antiqua, & nouæ differentia,q.4.n.15.fol.21.col.1.in prin.

Emphyteuſis, in qualibet perſona noui ſucceſſoris,non dicitur noua, ſed antiqua. q.4.n.16.fol.21.col.2.

Emphyteuſi conceſſa pro ſe,& liberis ius vindicandi rem,aduerſus colonum emphyteutæ,ſeu alium rem emphyteuticam poſſidentem non competit,niſi quando conſtiterit emphyteutam, ſine liberis deceſsiſſe, q.4.n.16.fol.21.

Emphyteuſis noua dicitur,non quando propter lineam deficientem,ſed ob culpam, vel delictum emphyteutæ fuit finita. q. 4. n.18.fol.21.verſo,col.2.

Emphyteuſis,ſi de nouo cõcedatur,duobus fratribus pro ſe,& filiis,ſi contingat alterum, vel illius filios, ſine filiis decedere, pars illius deficientis, alteri fratri non accreſcit,ſed ad dominum directum deuoluitur.q.4.n.19.fol.22.col.1.

Emphyteuſis finita per generationem, ſi denuo duobus fratribus, à primo emphyteuta deſcendentibus concedatur, ac renouetur,non noua conceſsio,ſed antiquæ cõtinuatio eſt,& reintegratio,ſecus, ſi ꝓpter delictum,q.4.nu.20.fol.22.col.1.ad fi.

Emphyteuſis auita,ſeu paterna, quæ ſit. q.4.nu.21.fol.22.verſo,col.1.

Emphyteuſis noua dicitur,quando noua forma,nouæq́; clauſulę apponũtur in inueſtitura,ſeu renouationis inſtrumento,ac ab alio,& diuerſo domino conceſſa fuit. q. 4. nu.21.fol.22.verſo,col.1.

Emphyteuta, ſi de eiſdem bonis accepit inueſtituram,ſeu renouationem ab alio diuerſo domino,eo caſu tacitè renunciat omnibus iuribus,ſibi ex priori inueſtitura cõpetentibus,omneq́; ius ſuum amittit, q. 4. nu.22.fol.22.verſo,col.2.ad fin.

Emphyteuſis, quando cenſeatur reuerſa & incorporata in bonis eccleſiæ.q. 4. nu.n. 23.fol.22.verſo.col.2.

Emphyteuſis neque antiqua eſſe, neque antiquæ naturam habere deſinit, licèt in commiſſum cadat,niſi domini declaratio facta ſit,q.4.nu.24.fol.22.verſo.col.2.ad fi.

Emphyteuſi in noua,ſi ſint duę lineæ cõſtitutæ,quæ ad fœminas etiam maſculis,nõ extãtibus,trãſire poſsit, quouſq́; aliquis,ſiue maſculus,ſiue fœmina, de vna linea ſupereſt,alii de alia linea, admitti nequeunt, nec eſt locus iuri accreſcendi, ſecus, ſi emphyteuſis ſit antiqua & paterna,& effectus ex hoc,q.4.nu.25.fol.23.col.2.

Emphyteuſis noua, decedente patre,ſine filiis maſculis, ſola filia fœmina ſuperſtite, tota ad filiam pertinet,ſecus ſi ſit antiqua, q.4.nu.26.& 27.fol.23.col.2.

Emphyteuſis, & præcariæ quædam affinitas & cognatio.q.4.num.30.fol.23.verſo. col.2.

Emphyteuſis conceſſa de re prius alteri data,& conceſſa eſt,nullius momenti, q. 5. nu.1.col.2.fol.26.

Emphyteuſis conceſsio tertio fieri põt, durante prima conceſsione, in perſona alterius,citra illius conſenſum, cum clauſula relata,ad tempus quo finietur ius emphyteutæ poſſeſſoris,q.5.num.4. fol. 26.verſo. col.2.

Emphyteuſis finito tempore, poſt quod renouatio ex pacto debetur,non poteſt alteri concedi,vel renouari, ſed illi tantum, cui promiſsio de renouando facta eſt,q.5.n. 9.fol.28.col.1.ad med.

Emphyteuta renouationem,ſi nolit, petere non tenetur,q.5.n.10.fol 28.col.2.

Emphyteuta, ſeu vaſallus, vbicunq́; ex facto proprio debent cadere à iure ſuo, intelligitur in ſciente, & non ignorante rei qualitatem, cauſantem caducitatem.q. 5. nu.29.fol.34.verſo.col.1.

Emphyteuta,quãdo culpã ſua deſiit poſſidere emphyteuſim,annus ad petendã renouationem currit,aliàs ſecus,q.5.n 35.fol. 35.verſo.

Emphyteuſis alienatio, ſi eſt facta inagnatum remotiorem,agnatus proximior infra annum reuocare debet, alienatione autẽ facta,ſeu inueſtitura, in perſonã prorſus extraneam,vſque ad triginta annos ãgnatus admittitur, & renouatio peti poteſt, q.6.num.1.fol.36.verſo,col.2.

Emphyteuſis, ſeu feudum, ſi antiqua ſiut ſucceſſori integrum tempus inſtauratur, reiecta conſideratione temporis, quod defuncto ſupererat,q.6.nu.19. fol. 41. col.1.

Emphyteuſis ſi noua ſit & à patre de nouo acquiſita, & ipſe emphyteuta,vel dominus,intra annum petendæ renouationis moriatur, reſiduum temporis quod ſupererat ad anni complementum, ad hæredem tranſmittitur,q.6.n.20.fol.41. col.2.

Emphyteuta non petens renouationem intra annum, non amittit ius ſuum, quando nulla vnquàm fuit præſtita inueſtitura.quæſtio.7.num.6.fol.47.verſo,col.2.

Emphyteuſim emens, à primo emphyteuta, de conſenſu domini non indiget alia renouatione, nec debet ſolui laudemium,q.7.nu.7.fol.48.col.1.

Emphyteuta lite pẽdente inter duos, ſuper directo dominio, interim debet offerre, & penſionem conſignare,vel differre ſolutionem, paratus ſoluere vincenti,quæſt.7.nu.11.fol.49 verſo.col.1.

Emphyteuta duobus litigantibus,ſuper hæreditate Titii, ſuper interdicto, vti poſsidetis, in quo quilibet ſe hæredem, & poſſeſſorem aſſerit, à poſſeſſore renouationẽ petere debet,q.7.nu. 13. fol. 49.verſo,col.2.

Emphyteuta, vel feudatarius, non exiſtunt in mora petendi renouationẽ, ſeu inueſtituram, quandiu emphyteuſis, vel feudi controuerſiam patiuntur, q. 7. n.15,fol.50.verſo,col.1.

Emphyteuſis finita non conſolidatur ipſo iure, cum directo dominio, nec re transfertur dominium: quoniam ex quo primum dominium, ſine tradione quæſitum non fuit emphyteutæ,ſine eadem etiam reſoluto contractu, non retransfertur,quæſtio.7.num.33.fol.54.col.2.

Emphyteuſis tripliciter finitur, vel propter culpam emphyteutæ, vel propter caducitatem ſucceſsionis, vel propter generationem finitam,q.8.nu.1,fol. 55.verſo.

Emphyteuſi finita per generationem filii, vel deſcendentes vltimi poſſeſſoris, renouationem petere poſſunt, ac per viam iuris dominum directum compellere, vt in eorum perſona emphyteuſim confirmet, ac renouet, q.8. nu.2. fol. 56. col.1.

Emphyteuſis nullam habet propriam naturam, niſi prout partes paciſcuntur, & recipit quamcunque iuſtam pactionẽ, q.8,nu.9.fol.59.col.2.

Emphyteuſim eccleſia, ſi nolit ſibi retinere, ſed alii fortè extraneo concedere,æquitas debet mouere iudicantem, vt eccleſiam huic potius, quàm extraneo renouare compellat, quæſt.8. num. 16. fol. 60.col.2.

Emphyteuſim finitam, quando eccleſia ſibi vult retinere, & in propriam vtilitatem conuertere, non poteſt cogi ad renouandum, tunc enim ceſſat æquitas renouationis. q.8 num.17.fol.60. verſo, col.2.ad fi.Sed contra verius,ibi.

Emphyteuſim apud nos eccleſia renouare cogitur, quibuſcunque clauſulis nõ obſtantibus,q 8.n.18.fol.61. verſo. col. 1. ad finem.

Emphyteuſis refutatio, facta in manibus domini directi, vel in fauorem alterius nocet iis, quibus per mortem refutantis illa erat acquirenda, q. 9. num.2. fol.65.col.1.in prin.

Emphyteuſis renunciatio, nocet filiis quibus poſt mortem patris renunciantis erat obuentura, ſecundùm formam conceſsionis,q.9.num.2.fol 65.col 1.

Emphyteuta quando renunciat emphyteuſim in manibus domini, non poſſunt proximiores ab eo retrahere ſtante ſtatuto, quòd id facere poſsint,q.9.num. 3.fol.65.col.1.

Emphyteuſis renunciatio nocet filiis quibus poſt mortem patris renunciantis erat obuentura, ſecundùm formã conceſsionis, quæſtione. 9. num. 2. fol. 65. col.1.

Emphyteuta, quando renunciauit emphyteuſim in manibus domini, non poſſunt proximiores ab eo retrahere, ſtãte ſtatuto, quòd retrahere poſsint. Eſt enim illa renunciatio, quæ iam reſolutio emphyteutici contractus, per quam vtile domi-

dominium cum directo conſolidatur, q. 9. num. 3. fol. 65. col. 1.

Emphyteuticarum noſtrarum conceſſionum, frequens forma, quæ ſit, q. 9. n. 25. fol. 69. verſo, col. 2.

Emphyteuſis conceſſa pro filiis, accipientis cum feudali conceſsione, conuenire videtur, quæſtio. 9. num. 27. fol. 70. col. 2.

Emphyteuſis vſque ad tertiam generationem conceſſa, ea finita expirat, q. 10. nu. 1. fol. 74 col. 1.

Emphyteuſi finita per generationem emphyteuta, propria auctoritate expelli poteſt, q. 10. nu. 2. fol. 74 col. 1.

Emphyteuſi finita vtile dominium, per mortem vltimi poſſeſſoris expirat, & cum directo conſolidatur, q. 10. nu. 3. fol. 74.

Emphyteuſi finita per generationem dominus directus, ipſam emphyteuſim apprehendere poteſt, illiusque poſſeſsionem capere, & ea liberè frui, fructusque lucrari, q. 10. nu. 4. fol. 74. col. 2.

Emphyteuſis aperta, ſeu finita, & ad dominium directum deuoluta, propter generationem finitam, & ab eo apprehenſa, cenſetur ſaltem omnis commodi, & emolumenti medii temporis reunita, & quaſi conſolidata, dominio directo, & ad ſuam primordialem cauſam reuerſa, qualis ab initio emanauit, q. 10. n. 5. fol. 74.

Emphyteuſis expirat per mortem vltimi emphyteutæ, & poſſeſsio euaneſcit, & vtile dominium, nec vllum ius, nec poſſeſsio in ſucceſſorem tranſit, & quæ ſit ratio, quæſtio. 10. num. 8. fol. 75. col. 2.

Emphyteuſis indiſtinctè ob non petitam renouationem deuoluitur, nulluſque proximiori agnato, vel alii locus ſupereſt, & de ea dominus liberæ diſponere poteſt, & quemcunque inueſtire, q. 11 n. 13. fol. 85. col. 2.

Emphyteuſis, conceſſa ad vigintinouem annos, illis finitis extincta cenſetur, quoniam ex quo tempus conceſsionis, finitum eſt, emphyteuſis quoque finitur, q. 11. nu. 16. fol. 86. col. 2.

Emphyteuſis, licèt vſque in tertiam generationem concedatur, ſi tamen adiiciatur clauſula, videlicèt pro tempore vigintinouem annorum futurorum, & non vltra, finito tempore vigintinouem annorum, in prima, vel ſecunda perſona, tertia generatio non auditur, licèt in antiqua inueſtitura comprehenſa ſit, q. 11. num. 17. fol. 86.

Emphyteuſim habens vita ſua duraturam tantum, eam alteri legando inutiliter diſponit, eoque mortuo nihil legatario debetur, q. 11. num. 17. fol. 86. verſo, col. 1.

Emphyteuſis rei ſterilis ad fertilitatē redactæ renouanda, ac reformanda eſt, eidem, ſeu eius hæredibus, etiam extraneis, q. 12. num. 2. fol. 91. verſo, col. 2.

Emphyteuſi finita, quis in renouatione præferendus ſit, an deſcendens primi emphyteutæ, an ſecundi emphyteutæ, q. 13. num. 9. fol. 100 verſo, col 2.

Emphyteuta ſecundus, conſtitui poteſt, de conſenſu domini directi, non aliter quoniā ſubemphyteuticatio eſt alienationis ſpecies, quæſt. 13. nu. 10. fol. 100. verſo, col 2.

Emphyteuta primus, transfert omne vtile dominium, in ſubemphyteutam, quæſt. 13. num. 11 fol. 101. & nu. 20. fol. 103. & nu. 21 ibi.

Emphyteuta ſecundus, ſi alienet ius ſuum, ideſt ſuum dominium, & poſſeſſionem, tenetur dominum directum requirere, non primum emphyteutam, q. 13. nu. 14. fol. 101. verſo col. 1.

Emphyteuta primus, non poteſt ſecundo emphyteutæ alienandi, poteſtatem dare, q. 13 nu. 15. fol. 102. col. 3.

Emphyteuta, alteri ſubemphyteuticans habet iura dominicalia. quæ conceduntur domino directo emphyteuſim concedenti, à quo vtile dominium retinet, q. 13. n. 21. fol. 103. col. 2.

Emphyteuta emphyteutæ mei, regulariter meus emphyteuta non eſt, ſicuti clientis mei cliens, clientulus mihi non eſt, q. 13. nu. 25 fol 104. col 1.

Emphyteuta meus, ſi ſubemphyteuticauit Sempronio certam partem emphyteuſis à me mouentis, ſine conſenſu meo Sempronius non eſt propriè, ſubemphyteuta meus, & idem in feudis, q. 13. nu. 28. fol. 104. verſo. col. 1.

Emphyteutam primum, alterum inueſtientem, aſſerentes omne ius, & dominium in ſecundum transferre, errant. q. 13. n. 31. fo. 105. col. 2.

Emphyteutæ dnum vtile non eſt ſeruitus, ſed quædam inferior proprietas, q. 13. nu. 32. fol. 105. verſo, col 1.

Emphyteuta, tàm primus, quàm ſecundus, poteſt commoditatem diſtrahere, citra domini conſenſum, q. 13. nu. 38. fol. 106. verſo, col. 2.

Emphyteuta, poteſt facere ſubalternum emphyteutā, q. 13 num. 39. & n. 40. fol. 107.

Emphyteutæ primo, etſi conceſſum ſit ſubemphyteuticare, tamen, ex natura contractus, dominus non reputatur, aduerſus quoſdam, q. 13. num. 43. fol. 107. verſo. col. 1.

Emphyteuta ſecundo, vendente, non eſt requirendus primus emphyteuta, ſed dominus, quæſt. 13. nu. 43. fol. 107. verſo, col. 2.

Emphyteutæ primo, conceditur ius vindicandi rem à ſecundo emphyteuta, ſi ſibi ſtatutam penſionem non ſoluat, non tamen ideò primus emphyteuta dominus manet, ſed agit actione præſcriptis verbis, vel condictione ex lege. 1. C. de iure emphyteut. q. 13. nu. 44. fol. 107. verſ. col. 2.

Emphyteuta primus, an in ſecundum tranſtulerit omne ius, an verò ſibi reſeruauerit ius dominicale, inanis eſt diſputatio, quæſt. 13. nu. 45. fol 108. col. 2.

Emphyteuta primo ſimpliciter, cum domini conſenſu, ſubemphyteuticantē, an illum debeat quaſi dominum ſecundus emphyteuta reſpicere. q. 13. num. 45. fol. 108. col 2.

Emphyteutæ primi commiſſum, nocet ſecundo, q. 13. n. 46. fol. 108. col. 2.

Emphyteuta ſecundus, cum vult alienare emphyteuſim, debet requirere conſenſum domini directi, non primi emphyteutæ, quæſtio. 13. nu. 47. fol. 108. verſo, col. 1.

Emphyteuta primus [illegible] tempore ſubemphyteuticationis ſibi penſionem reſeruauit, poteſt ſecundum emphyteutam expellere, quæſt. 13. nu. 47. fol. 108. verſo, col. 1.

Emphyteuſim venditam à ſecundo emphyteuta, poteſt dominus directus, ſibi retinere pro eodem precio, quamuis primus emphyteuta id prætendat, q. 13. nu. 51. fol 109. col. 1.

Emphyteuta ſi inſtrumentum emphyteuticum perdidit, probata poſſeſsione triginta annorum, & ſolutione penſionis, ex allegatione tituli, emphyteuſis ſolenniter conceſſa præſummitur, q. 15. nu. 8. fol. 114. verſo. col. 1.

Emphyteuta præſummitur, ſoluens alteri ad titulum emphyteuſis, vnicam, & vniformem penſionem, quotannis per decennium. Licèt inſtrumentum emphyteuticum, non appareat, q. 15. nu. 12. fol. 15 verſo col. 1.

Emphyteuſis, ſi mihi prius concedatur, & poſteà eadem tibi fuerit conceſſa, per annale ſilentium, poſterior conceſſio conualeſcit vel primus emphyteuta, ſi ſecundum patiatur per annum, cadit à iure ſuo, q. 15. nu. 26. fol. 119. col. 2. & nu. 37. fol. 121 col. 2

Emphyteuta poteſt alium emphyteutam facere de conſenſu domini, q. 15. nu. 38. fol 121. verſo, col. 1.

Emphyteuſis, vbi reperitur à capitulo conceſſa, nec conſtat de conſenſu capituli, longiſsimi temporis ſpacium ſufficit ad illum inducendum, q. 15. num. 38. fol 121. verſo, col. 2.

Emphyteutica conceſsio, continetur alienationis verbo, q. 16. num. 3. fol. 126. verſo, col. 1.

Emphyteuticā per conceſsionem alienatur vtile dominium, quod in emphyteutā tranſit, & emphyteutæ conceduntur vtiles actiones, q. 16. num. 6. fol. 127. col. 1.

Emphyteuta vt incidit in commiſſum per alienationem irrequiſito domino, ita etiam ſi locet ad longum tempus, vel alium conſtituat emphyteutā, num. 10. ſed contra verius, num. 16. fol. 127. col. 2. in fi. & ſeq. & fol. 128. col. 2.

Emphyteuticus contractus, & locatio, ad longum tempus, æquiparantur, quæſtione. 16. num. 11. fol. 127. verſo, col. 1.

Emphyteutica conceſsio, ceſſat quoties defunctus, nominatim interdi-

dixit; ne maioratus bona poſsint permutari. quæſtione, 16. num. 13. fol. 128. col. 1.

EMPHYTEVTA locans ad longum tempus non incidit in commiſſum, queſt. 16. nu. 16 fol. 128. col. 2.

Emphyteuta poteſt vſumfructum liberè ſuper re emphyteutica conſtituere, ibidem.

Emphyteuſi finita finitur ſeruitus impoſita, & res libera ad dominum reuertitur, niſi emphyteuſim dominus emptionis titulo, aut donationis, aut ſimili conſequatur, quæſt. 16. num. 21. fol. 129. verſo. col. 1.

Emphyteuſis plures continet conceſſiones, quarum altera parentem, altera filios concernit, q. 16. nu. 38. fol. 153. col. 1.

Emphyteuſis eccleſiæ, in monaſteriũ non tranſit, q. 19. nu. 7. fol. 167. col. 1.

Emphyteuſium noſtrarum peculiare, ac ſingulare ius eſt, q. 19. num. 13. fol. 168. col. 1.

Emphyteuſim in monaſterium tranſire, apud nos praxis non admittit, q. 19. nu. 14. fol. 168. col. 1.

Emphyteuſis non tranſit in potentiorem, propter difficilem penſionis exactionem, q. 19. nu. 14. fol. 168. col. 2.

Emphyteutica conceſsio, ex eo eccleſiæ noxia eſt & pernicioſa, quòd potentiori facta eſt, q. 19. num. 16. fol. 168. verſo, col. 1.

Emphyteuſi accepta pro ſe & filiis maſculis, & fœminis, fœminæ pariter admittuntur cum maſculis, q. 17. num. 15. fol. 147. col. 1.

Emphyteuſi finita, per generationem doctores non explicant, cui ex filiis in ſolidum renouatio cõcedenda ſit, & quis illorum ſit præferendus, q. 17. num. 22. fol. 148. col. 1.

Emphyteuſi finita non poteſt dominus ex honeſtate remotiorem, in renouatione præferre proximiori, q. 17. num. 26. fol. 149. verſo. col. 1.

Emphyteuta, quemadmodum poteſt vnum quem voluerit eligere durante emphyteuſi ex domini conceſsione: ita & multo fortius finita emphyteuſi, & ad dominum deuoluta, id domino permittendum eſt, vt poſsit eligere, cui renouet & de nouo concedat, quæſt. 17. num. 26. fol. 149 verſo, col. 1.

Emphyteuſis accepta pro ſe, & vxore, & filio ex ipſis nato, comprehendit etiam filiam, quæſt. 18. num. 3. fol. 154. verſo, col. 1.

Emphyteuſis ſub ea forma, vt emphyteuta poſsit nominare ſecundam perſonam, quam velit, etiam ſi ſit eccleſiaſtica, poteſt tranſire ad extraneum; quæſt. 18. num. 14. fol. 156. verſo, col. 2.

Emphyteuſis conceſſa, cum limitatione temporis, vſque ad tertiam generationem, extincta generatione reſoluitur, & ad dominũ regreditur, quæſt. 18. nu. 16. fol. 157. col. 1.

Emphyteuſi finita per generationem vtile dominium, cum directo conſolidatur, licèt poſſeſsio naturalis non amittatur, q. 18 num. 17. fol. 157. col. 2.

Emphyteuſi finita res liberè regreditur ad dominum, ab omni onere pignoris, obligationis, vel alterius ſeruitutis ſoluta, ibidem.

Emphyteuſi, vel feudo finitis, ciuilis poſſeſsio naturalem emphyteutę poſſeſſionem ad ſe trahit, q. 18. num. 18. fol. 157. verſo, col. 2.

Emphyteuſi finita, vel feudo ex tempore, vel cauſa commiſsi, datur domino interdictum vti poſsidetis, q. 18. num. 19. fol. 157. verſo, col. 2.

Emphyteuta vltimus non poteſt eligere in iure renouationis, nec illud vni filiorum, prælegare poſt mortem ſuam, q. 18. n. 21. fol. 158. col. 2.

Emphyteutæ vtile tantum dominium ex contractu quæritur. q. 18. num. 30. fol. 160. col. 1.

Emphyteutici contractus de ſubſtantia eſt, quòd in ſcripturam redigatur, & inſcriptis celebretur, & ante ſcripturam confectam, licita eſt pœnitentia, q. 18. n. 36. fol. 161. verſo, col. 2.

ELIGERE qui tenetur vnum inter duos, vel plures, eligendo vnum, ſatisfacit obligationi, queſtio. 18. num. 35. fol. 161. col. 2.

ÆQVALES in gradu concurentes admittuntur pro rata, nulla præoccupationis habita ratione, quæſt. 17. nu. 30. fol. 150. col. 2.







Excommunicatio eſt excluſio à cõmunione fidelium, & excommunicationis pœnæ quæ ſunt, quæſtio. 7. nu. 1 fol. 46.

Excommunicatus quoſcunque contractus gerere, & perficere poteſt, q. 7. num. 3. fol. 47. col. 1.

Excommunicationis, impedimentum non ſuffragatur emphyteutę, ſeu vaſallo, ſi intra tempus renouationem petere omiſerit, & quæ ſit ratio, q. 7. n. 5. fol. 47. verſ. col. 2.

EXPRESſio eorum, quæ tacitè inſunt, etiam per viam diſpoſitionis, nihil operatur, q. 8. num. 18. fol. 61. verſo, col. 2.

Expreſſum illud dicitur, quod ad vnũ tantum referri poteſt. quæſt. 19. num. 25. fol. 169.

EXCLVſus ſemel emphyteuſi, vel fideicommiſſo, perpetuò manet excluſus, q. 9. num. 31. fol. 71. col. 1. in prin.

EMPTOR ſtare colono, non cogitur habenti rem hypothecatam, ſi intereſſe ei ſarciatur, q. 12. n. 23. fol. 96. col. 2.

Emptor, ſeu ſingularis ſucceſſor, tenetur ſtare colono, nec poteſt illum expellere ſoluendo intereſſe, ſed præciſè ad factum obligatur, quãdo dominus iurauit, vel promiſit cum iuramento, conductorem non expellere. quæſtio. 11. num. 35. fol. 90.

Emptor, ſi conductori intereſſe non offerat, poteſt interim conductor rem loco pignoris retinere, quæſt. 12. nu. 24. fol. 96. col. 2.

EPISCOPVS à quo renouatio petenda eſt, ſi ſit abſens à ſuo Epiſcopatu, vbicunque ſit, ibi requirendus eſt, q. 12. num. 10. fol.

Epiſcopus extra ſua diœceſim, ea quæ ſunt iuriſdictionis contentioſæ, exercere non poteſt, ſecus in his quæ ſunt voluntariæ iuriſdictionis, & ideò renouationem facere, & inueſtituram feudi, & beneficia conferre poteſt, quæſtio. 12. num. 10. fol. 93.

F.

FACVLTATIS quæ ſunt non præſcribuntur, quæſtio. 15. nu. 24. fol. 118. verſo, col. 2.

FEVDVM nouum, quid ſit, q. 1. num. 3. fol. 3.

Feudum nouum alienatum, nec filii, nec agnati reuocare poſſunt, q. 1. n. 4. fo. 3.

Feudum non dicitur nouum, quãtumcunque princeps vtatur, verbo, De nouo concedimus, q. 3. num. 2. fol. 11. col. 1. poſt princip.

Feudum antiquum, quãdo fuit aliquibus de agnatione, à domnino renouatum cenſetur renouatum, ſecundum antiquã naturam feudi, neque deſinit eſſe antiquum, q. 3. n. 3. fol. 11.

Feudi recognitio, aliter quàm ſoleat, facta poſteris non nocet, q. 3. num. 10. fol. 12. verſo.

Feudum comparatum ex pecunia alterius feudi patrimonialis, cenſetur patrimoniale, q. 3. n. 13. fol. 13. verſo.

Fundus emptus ex pecunia redacta ex venditione alterius fundi, ad alterum cõiugum ſpectantis, non fit communis tanquàm acquiſitus, ſed manet eius proprius cuius is prior fundus fuerat, q. 3. num. 13. fol. 13. verſo.

Feudum nouum eſt, ſi ſimpliciter renunciatum eſt in manibus domini, qui poſtea illud renuncianti, & filiis ſuis cõcedit, q. 3. num. 15. fol. 14. col. 1.

Fundus obligatus, ſi cum alio permutetur, tunc alius non perindè cenſetur obligatus, vt ille erat, quoniam licèt res permutetur, non tamen extinguitur obligatio, ſeu hypotheca, q. 3. num. 19. fol. 15. col. 2.

Feudũ, an ſit nouum, ſi dominus feloniam remittat, q. 4. nu. 1. fol. 17.

Feudum nouum cenſetur, ſi poſt ius ipſo iure amiſſum, facta remiſsione, de nouo concedatur, ſecus ſi vaſallus nondum erat priuatus ipſo iure, licèt eſſet priuandus, tũc feudum antiquum remanet. q. 4. n. 2. fol. 17. col. 2.

Feudum dicitur nouum, ratione nouarum conuentionum, q. 4. n. 8. fo. 19.

Feudum ſi reuera ſit paternum, vel antiquum, & de eo tanquàm de nouo vaſallus inueſtiatur, nõ propterea nouum cẽſebitur, ſed manet, vt prius erat paternum, vel antiquum, q. 4. num. 11. fol. 20. col. 2.

Feudum ad aſcendentes non tranſit, q. 9. nu. 11. fol. 66. verſo. col. 1.

Feudatarius, ſeu vaſallus, poteſt ſubinfeudare cum licentia domini, vel etiam inſcio, q. 13. n. 20. fol. 103. col. 1.

# Index.


Feudum tranſit in monaſterium, ſi eſt acceptum pro ſe & filiis, q. 19. num. 2. fol. 166 col. 2.

Feudum, ſi eiuſmodi ſit, pro quo ſeruitium reale præſtetur, vel etiam perſonale, quod commodè præſtari poſsit, tranſit in monaſterium, q. 19. num. 5. fol. 166. verſo. col. 1.

Feudum ſi tranſit in fœminam, tranſiẽ etiam in monialem, q. 19. n. 6 fol. 166. verſo, col. 2.

Feudatario religionem ingrediẽte feudum ad dominum reuertitur. q. 19. num. 8. fol. 167. col. 1.

Feudo accepto pro ſe, & ſuis deſcendẽtibus maſculis, & fœminis, ſemper maſculus præfertur, & eo extante fœmina excluditur, quæſtio. 17. num. 12. fol. 146. col. 2.

Feudum licèt ad fœminam non pertineat, feudo tamen aperto, & ad dominũ reuerſo, dominus poteſt agnatis maſculis, in renouatione fœminam præferre. q. 17. n. 28. fol. 150. col. 1.

Feuda regulariter ſunt diuidua. q 17. n. 37. fol. 151 col. 2.

FACTVM) quando quis tenetur ad factum ex diſpoſitione legis præciſè compelli poteſt. q. 5 n. 9. fol. 28.

FIDEIcommiſſario obſtat exceptio legis cum à matre. C. de rei vindicat. quæſt. 16. num. 25 fol. 130. col. 1. & nu. 26.

FILIVS tacens ſibi nocet, ſi eſt emancipatus. q. 16. n. 60 fol. 139, verſo, col. 2.

Filius conſentiens, ſi moritur ante patrem, nepos auditur mortuo auo. q. 16. n. 64. fol. 141 col. 1.

Filio ſecundogenito, conſenſus ab eo præſtitus, nocet ſi illi defertur ſucceſsio, per mortem primogeniti, q. 16. n. 66. fol. 141. col. 2.

Filiofamilias, expreſſus conſenſus ſine iuramento non nocet. q. 16. num. 61. fol. 140. col. 1.

Filii & hæredes vltimi poſſeſſoris, renouationem petentes audiendi ſunt, & ſi omnino ſint extranei, quales ſunt emptoris filii. q. 9. nu 33. fol. 71. verſo. col. 1.

Filii & hæredes emptoris, renouationẽ petere poſſunt, quæſt. 9. nu. 33. fol. 71. verſ. col. 1.

Filii prioris matrimonii ſunt præferendi in renouatione emphyteuſis, filiis ſecundi matrimonii, ſi emphyteuſis durante primo matrimonio acquiſita eſt, vel à prima vxore proueniat, quæſt. 13. num. 8. fol. 100. verſo, col. 1.

Filii, ſeu progenies eius, cui emphyteuſis fuit conceſſa, & eius qui à primo acquirente emit, ſi concurrat: emptoris progenies in renouatione præferenda eſt, q 13. nu. 8. fol. 100. verſo, col. 1.

Filius, vel deſcendens, primi emphyteutæ, an ſecundi emphyteutæ, in renouatione præferendus ſit, finita tertia generatione primi acquirentis, q. 13. num. 9. fol. 100. verſo, col. 2.

Filius nominatus, vide infra, Nominatus filius.

Filius non poteſt in vita patris agere, ad bona aduentitia à patre alienata. q. 16. n. 37 fol. 132. verſo. col. 2.

Filii conſenſus paternæ alienationi, adhibitus nocet filiæ, & validam alienationem reddit, quæſt. 16. num. 45 fol. 134. verſo, col. 1.

Filia ſenior, & filia iunior, & filius maſculus, ſi concurrant in renouatione emphyteuſis, quis præferatur, q. 17. nu. 1. fol. 144.

Filiæ ſuccedunt in emphyteuſi ſeculari, & eccleſiaſtica, quæſt 17. n. 2. fol. 144. col. 1.

Filia non ſuccedit in emphyteuſi eccleſiaſtica, ſimpliciter accepta pro ſe & filiis, q. 17. nu. 10. ſed contra num. 40. quæſt. 17. fol. 146. ſed contra num. 36. fol. 152. col. 2. poſt prin.

Filia ſuccedit in emphyteuſi ſeculari, pro ſe, & filio, de iure Regio: ſecus in eccleſiaſtica; quæſtio. 17. num. 11. fol. 146. col. 1. & 2.

FOEMINA vocata in defectum maſculorum, excludit omnes maſculos, qui iam fuerunt à maioratu, ſeu fideicõmiſſo excluſi. q. 9. nu. 31. fol. 71. col 1.

FOEMINÆ admittuntur in emphyteuſi ſimpliciter accepta, q. 17. nu. 36. fol. 152. col. 1.

Fœmina admittitur ad emphyteuſim eccleſiaſticam, & in emphyteuſi pro ſe, & filiis comprehenditur, q. 18. num. 1. & 2. fol. 154 col. 1.

Fœminæ ad emphyteuſim eccleſiaſticam admittuntur, ſi conceſsio exprimat, q. 18. n. 38. fol. 162. col. 2.




Index.


FORma ſubſtantialis emphyteuſis, tunc alterata cenſetur, quando aliquid adderetur, per quod eccleſiæ conditio, vel alterius domini directi deterior fieret, ſecus ſi melior, quæſt. 4. nu. 9. fol. 19. verſo. col. 2.

Forma conceſsionis emphyteuticæ cõſideranda eſt. q. 18. num. 13. fol. 156. verſo. col. 2.

Finito iure dantis finitur ius accipientis. q. 16. nu. 18. fol. 129 col. 2.

FRVCTVS qui percipiuntur poſt finitam emphyteuſim, ante conceſſam renouationem, an pertineant ad dominum directum, an verò ad deſcendentem vltimi emphyteutæ, q 10. n. 1. fol. 73. cum ſeq.

Fructus domino tenetur reſtituere, ſucceſſor vltimi emphyteutæ, finita emphyteuſi. q. 10 n. 7. fol. 74. verſo, col. 1.

Fructus tenetur à tempore vſusfructus finiti reſtituere vſufructuarius, ibidem, fol. 75. col. 1.

Fructus perceptos ex die commiſſę feloniæ, tenetur feudatarius reſtituere, ibidem.

Fructus tenetur reſtituere clericus, à tempore delicti, ex quo delictum commiſsit, ob quod beneficio priuari debet, ibidem, fol. 75. col. 1.

Fructus emphyteuſis finitæ ad dominum directum pertinent, hoc eſt fructus medii temporis, donec renouatio non perficitur, & conſummatur, quoniam æquitas illa renouationis concedendæ, non porrigitur ad fructus ex fundo deuoluto perceptos, quæſt. 10. num. 15. fol. 77. col. 1.

Fructus percepti poſt litem conteſtatam, ſuper renouatione ex re emphyteutica iam finita, pertinent ad eum, qui ſuper renouatione ſententiam obtinuit. q. 10 n. 16. fol 77. col. 1.

Fructus percepti poſt litem conteſtatã, ſuper cauſa principali reſtituendi ſunt, tanquàm à malefidei poſſeſſore, quæſt. 10. nu. 17. fol. 77. col. 2. vbi latè.

G,

GRAVATVS reſtituere vni de familia, poteſt reſtituere exiſtenti in remotiori gradu, non quando eſt vocatus proximior, quæſtio. 13. num. 5. fol. 100. col. 1.

Grauatus poſt mortem, reſtituere poteſt pro tempore vitæ ſuę alienare, q. 16. nu. 44. fol. 134. col 2.

Grauatus, reſtituere vni de familia, quem malit, poteſt eligere ad fideicommiſſum, & eſt locus gratificationi, quæſt. 18. num. 23. fol 159. col. 1. & quæſtio. 17. num 38.

GLOSSÆ fin. ſententia in l. vnica, C. vti poſsidetis, examinata aſſerentis, primum dominum feudi poſsidere ciuiliter, vltimum naturaliter, quæſt. 13. num. 35 fol. 104. verſo, col 2. & fol. 106.

Gratificationi locus eſt in pluribus caſibus, q. 17. nu. 33. fol. 151. col. 1.

Gratificandi ius non competit, niſi in caſibus à iure expreſsis, q. 17. num. 39. fol. 152. verſo. col. 2.

Gratificatio, locum habet, quando quis confert beneficium, in illum ad quẽ beneficium debebat neceſſariò peruenire, q. 18. nu. 24 fol. 159 col. 2.

Gratificationi locus eſt, in duobus expectantibus, idem beneficium eccleſiaſticum, q. 18. nu. 25. fol. 159. col. 2.

Gratificationi locus eſt, ſi duo ſint pares in data, ſeu æquales, exiſtunt, & mutuò ſe impediant, q. 18. num. 26. fol. 159. col. 2.

Gratificationi locus eſt, vbicunque inter plures præſentatos ad idem beneficium eſt paritas, q. 18. nu 28. fol. 159. verſo. col. 1.

Gratificationi locus eſt, in electionibus, ſeu nominationibus bonorum emphyteuticorum, quæſt. 18. nu. 29. fol. 159. verſo, col 2.

GRATIA, ſi neutri, non habet effectum, vbicunque in gratia alterius impetrantis, eſſet clauſula gratificationis, q. 18. nu. 27. fol. 159. verſo, col. 1.

H,

HÆRES propter iuſtam ignorantiã, tutus, atque illæſus, conſeruatur ipſo iure, abſque ope reſtitutionis, quæſt. 5. n. 25. fol. 33. verſo. col. 1.

Hæres quotieſcunq; ex facto ſuo, & propria culpa conuenitur, omnino propter

iuſtam ignorantiam excuſatur.q.5.nu.28. fol.34.col.2.ad fi.

Hæres emphyteutæ, iuſtã habet ignorantiæ cauſam, ibidem.

Hæres ignorans, rem conductam à defuncto non tenetur pœna legis, non abs re.C.vnde vi q.5.n.29.fol.34.verſo col 1.

Hæres emphyteutæ vendens fundum emphyteuticum non cadit à iure ſuo, dominusq; re uocare volens, ſcientiam probare debet, q.5.nu.29.fol.34.verſo, col. 2. in prin.

Hæreditas iacens, licèt non poſsideat tamen quoad vſucapionem implendam, fingitur habere qualemqualem poſſeſsionem.q.10.n.12.fol.75.verſo,col.1.

HABItare quis in eo loco dicitur, vbi habitat maiore parte anni, licèt tunc præſens non ſit, q.6.n.11.fol.39.col.2. in prin.

HYPOtheca pro obſeruantia contractus, eſt multæ efficatiæ, vt promittentẽ, & obligantẽ bona ſua adſtringat, vt proindè, is in cuius fauorem hypotheca celebrata eſt, ab ipſa expelli non poſsit, quaſi ius reale ſibi in ea conſtituerit, q.12. num. 16 fol.94.verſo,col.1.

Hypotheca ſpecialis non tantùm, verũ etiam generalis, impedit rei alienationẽ, & dominii tranſlationem.q.12.nu.19. ſed contra nu.20.fol.95.col.2.& verſo col.1.

Hypothecæ generalis & ſpecialis, longa differentia.q.12.num.21.fol.95.verſo, col.2.

Hypotheca generalis, vel ſpecialis non impedit dominii tranſlationem, niſi etiam apponatur pactum de non alienãdo, licèt interueneniente hypotheca res cum ſua cauſa transferatur.q.12.nu.25.fol.96.verſ. col.1.

I.

IMPERATORES duo, ſi electi fuerũt, quorum vterq; ſe pro Imperatore gerit, nemo illorum propter ambiguitatem poteſt priuilegia concedere.q.7.nu. 10.fol.49.

INIMIcitia affectata non prodeſt, q.7. n.16.fol.50 verſo col.2.

Inimicitiis cauſam præſtans eſt in culpa, ibidem.

Inimicitia ſuperueniens facto eius, cõtra quem producitur teſtis, non repellit teſtem omnino, ſed hoc iudici committitur.q.7.n.17.fol.51.verſo.col.1.

Inimicitia excuſat, etiam ſi facto alicuius proueniat, q.7 nu.19 fol.51 col 2.

Inimicitias poteſt quis opponere contra teſtem, vel alium quarũ quis fuit cauſa.q.7.nu.20.fol.51.verſo,col.1.

Inimicitiæ capitales, quæ dicantur iudicis arbitrio, relinquitur.7.nu.21.fol.51. verſo col.1.

Inimicitia capitalis oritur, etiam ex iniuriis verbalibus, q.7.nu.22.fol.50. verſo, col.2.

Inimitia grauiſsima dicitur, quæ oritur ex ciuilibus quæſtionibus; omnium bonorum, vel quãdo atrox alicui iniuria infertur q.7 n 22.fol.51.verſo.

Inimicitia capitalis ex eo probatur, ꝙ de omnibus bonis lis eſt, ibidem.

Inimicitiæ excuſatio per totum tempus à lege conceſſum, ad petendam inueſtituram durabit, quo elapſo tantundem temporis ei indulgetur, q 7.nu.23.fol.52. col.1.in prin.

Inimicitiæ domini, an excuſent emphyteutam non petentem renouationem intra annum.q.7.nu.24.fol.52.col.2.

INVESTItura prima attenditur, & illi non derogatur ex poſterioribus inueſtituris, quæ aliterquàm prima loquatur, q.3.nu.4 fol.11.

Inueſtituræ, & prioris conceſsionis forma, adeò inſpicienda eſt, vt licèt poſterioris inueſtituræ pactio, iuris regulis magisquàm prior conuenire videatur, nihilominus prior attendatur.q.3.n 8.fol 12.

Inueſtiturę à veteris forma, minimè recedendum eſt, nec id tãtum cum alter cõtrahentium id abnegat, verum etiam, ſi id tertio detrimentum importet.q.3.n.9.fo. 12.verſo.

Inueſtitura ſecunda non poteſt alterari in prę iudicium vocatorum, in prima, ibidem.

Inueſtituræ inſtrumentum, vel renouationis tenor, à primo regulandus eſt, & ideò à prima conceſsione, recedendũ non eſt, niſi accedat communis partium conſenſus, & an noua adiectio vitiet conceſsionẽ q.3.n.20.fol.15.verſo.col 1.

Inueſtitus ſiquis ſit de feudo veteri, tãquàm de nouo, feudum nouum fit, & veteris qualitatem amittit, q.4.n.11.fol.20. col.1.ad fin.

Inueſtiturã dñs alteri concedere nõ poteſt, in præiudicium eius, cui ius quæſitũ eſt, q.5.nu.2 fol.26.col.2.

Inueſtitura rei penes alium exiſtentis inducit votum captandæ mortis.q.5.nu. 3.fol.26.verſo,col.1.

Inueſtitura eſt nulla quæ fundat ſe, in non petita renouatione, cum emphyteuta priuatus, rem eſſe emphyteuticam ignoraret.q.5.n.27.fol.34.col.1.

Inueſtitus de aliquo caſtro, à duob⁹ tẽpore ſchiſmatis, quorum vterq; gerit ſe pro Papa, propter dubium excuſatur, & valet vtraq; inueſtitura, & ſuſtinebitur illa, quæ fuit facta à vero Papa, quoniam ius inueſtiti in aliquo de neceſsitate concluditur.q.7.num.10.fol.49.col.1.fol.49. col.2.

Inueſtitus non debet abſque culpa priuari, & diſueſtiri.q.7.nu.27.fol.52.verſo. col.2.

Inueſtitura præſumpta, ſeu conceſsio, locum non habet, ſi poſſeſſor per triginta annos penſionem non ſolueret, q.15.nu. 9.fol.114 verſo.col.2.

Inueſtitura, ſeu renouatio emphyteuſis, vel feudi durãte prima alteri facta, eſt nullius momenti, q.20.nu.4.fol.171.verſ. col.2.ad fin.

Inueſtitura ſecunda, durante prima, nõ eſt ipſo iure nulla, ſed annullanda.q.20.n. 5.fol.171.col.1.

Infeudatio in euentum, quo res ſit ad dominum reuerſa, valet.q.20.num.6.fol. 171.col.1.ad fi.

Inueſtitura ſecunda conualeſcit, ſi per annum primus emphyteuta non contradixit, ac dominus ſecundum ignorantem inueſtiuit, q.20.nu.7.fol.171.col.2.

INTERpellatio debet fieri ad domum illius, qui interpellandus eſt, cum volumus aliquem in mora conſtituere.q.6.nu. 4.fol 38.col.1.

Interpellatio extraiudicialis, ſola interrumpit præſcriptionem, quando tempus apponitur à contrahentibus cauſa finiendæ, ſeu limitandæ obligationis. q.12. nu.7.fol.92.verſo.col.1.

Interpellatio extraiudicialis, nõ interrumpit temporis lapſum, ſeu præſcriptionem ſtatutariam.q.12.nu.8.fol.92.verſo, col.2.

Interpellatio iudicialis, ex mandato iudicis præſcriptionem legalis temporis interrumpit, & ius petentis renouationem illæſum, atq; illibatum conſeruat.q.12.n. 9.fol.93.col.1.

Interpellatio extraiudicialis, an interrumpat præſcriptionem anni, ad petendã renouationem.q.20.num.8.fol.171.verſo. col.1.

Interpellatio extraiudicialis, interrumpit tempus petendæ renouationis, ſi ex conuentione partium, citra legis prouiſionem conſtitutum ſit.q.20 nu.11.fo.172. col.2.

Interruptio præſcriptionis anni, ſeu lis mota ſuper renouatione, per vnum ex deſcendentibus, ſeu agnatis, ſi ille liti cedat, vel deſiſtat, an proſit aliis agnatis, vel conſanguineis, & quoad illos præſcriptio interrupta dicatur, q.22.n.12.fol.172.

Interdictio quædam erat olim, ſeu excluſio à communione hominũ, propter delicta, & in hoc variarum gentium ritus & obſeruantia.q.7.n.2.fol.46.col.2.

INVENtarium, ſi fecit pater, poteſt contrauenire nepos, q.16.nu.63.fol.140. verſo.col.1.

Inſtrumenta, ſi ex ſtatuto habeant paratam executionem, intelliguntur tamen in obligatione pura, non conditionali, q. 18.n.40.fol.163.col.2.

IMPEDImentum iuſtum eſt, ſiquis aduerſa valetudine detineatur, non ſolum ſua, ſed etiam ſuorum.q.5.num.23.fol.32. col.2.

Impedimentum carceris, excuſat non petentem renouationem intra annum, & alia.q 5.n.23.fol.32.verſ.col.2. ad med.

Impedimentum iuſtum eſt, abſentia cauſa reipublicæ, vel inundatio aquarum vel niuium. vel etiam Regis præceptum, vel maioris q.5.fol.33.col.1.

Impedimentum probatur euidentiſsimis probationibus q.5.nu.23.fol.33. col.1 ad fi.

Impeditus iuris impedimento, procuratorem mittere non tenetur, licèt ſecus in impedimẽto facti q.7.n.4.fol.47.col.1.

Impedito impedimento facti, proteſtatio neceſſaria non eſt, nec miſsio procuratoris, extante iuris impedimento, ibidem. fol.47.col.2.

Impedimenti excuſatio & defenſio, nõ in verbis proteſtantis, ſed in impedimenti cauſa conſiſtit, ibidem.

Impe-

Impeditum impedimento facti, aliter quàm proteſtatione emiſſa, non excuſari tenent aliqui q.7.nu.4.fol.47.verſo,col.1.

Impeditus non dicitur, qui impedimentum facilè remouere potuit.q.7.n.5.fol.47.verſo,col.2.

Impedimentum adſcitum, & affectatũ, cui impeditus ipſe cauſam præſtit nõ prodeſt,q.7.n.18.fol.51.col.1.

Impedimento ceſſante tempus ex integro inſtaurandum eſt.q.7.nu.23.fol.52.col.1.

Impeditus non dicitur qui impedimentum facilè remouere poteſt.q.11.num.29.fol.89.col.1.

INDiuiduum pluribus cõpetens præuenienti, conferendum eſt,q.17.n.29.fol.150.col.2.

IGNORANtia præſummitur, ideò eſt probanda ſcientia.q.16.n.70.fol.142.col.2.

Ignorantia iuſta hæredem tutum, atq; illæſum conſeruat ipſo iure, abſque ope reſtitutionis.q.5.n.25.fol.33.verſo.col.2.

Ignorans non negligit, nec contemnit, q.5.n.27.fol.33.verſo.col.2.

Ignoranti non currit annus datus executori, ad exequendum teſtamentum, q.5.num.27.

Ignoranti non currit tempus, vide infra, verbo, Tempus, vbi latè.

Ignorantia in pœnalibus excuſat. q.6.n.21.fol.42.col.1.ad fi.

Ignoranti tempus, in quibus caſibus nõ currit, aut ſi currat reſtitutio competit, ita temperandum eſt, ſi modò ignorantia non procedat ex dolo, & facto ipſius, qui prætendit ignorantiam.q.7.nu.18.fol.51.col.2.

IVRAMENTO nõ confirmatur actus in fauorem publicum principaliter prohibitus.q.11.n.23.fol.87.verſo,col.2.

Iuramentum non obligat iurantẽ, nõ mutuare pecunias, vel non fideiubere, licet peccet iurando.q.11.n.24.fol.88.col.1.

Iuramentum quod vergit in damnum & præiudicium tertii, non eſt ſeruandum. q.11.n.25.fol.88.col.2.

Iuramentum intelligitur, ſecundum actus naturam, ſuper qua interponitur, ibidem.

Iuramentum alienationem neceſſariã, non comprehendit.q.11.n.27.fol.88. verſo

Iuramentum de non alienando, ſeu renouando emphyteuſim finitam, non cõprehendit ſolita alienari, vel ab antiquo renouari conſueta,q.11.n.30.fol.89.col.1.

In iuramento & voto, ſemper videtur, exceptum ius, cuiuslibet priuati, & ſuperioris,q.11.n.32.fol.89.verſo.col.1.

Iuramentum ſeruandum eſt, vbi poteſt ſeruari, ſine interitu ſalutis æternæ, q.11.n.34.fol.90.col.1.

Iuramentum in forma ſpecifica, non per æquipollens, nec per actum fictum, & improprium, etiam æquipollentem impleri poteſt.q.11.n.36.fol.90.col.2.

Iuramentum non obligat iurantem, non mutuare pecunias, vel non fideiubere, licet peccet iurando,q.11.nu.24.fol.88.col.1.

Iuramentum patris, de non ſuccedendo non nocet nepoti,q.16.n.65.fol.141.col.2.

IVS primogenituræ non poteſt renũciari in remotiorem, in præiudicium proximioris.q.13.nu.5.fol.99.verſo.col.2.

Ius retractus, congrui, prothomiſeos, ſeu prælationis, cedi, vendi, renũciari, aut transferri in remotiorẽ agnatum, vel conſanguineum non poteſt in præiudicium proximioris.q.13.n.6.fol.100.col.1.

Ius retractus, ſeu prothomiſeos extraneo cedi non poteſt, nec ad hæredem trãſmittitur, ſi conſanguineus extraneo hærede inſtituto moriatur lite pendente, q.13.nu.7.fol.100.col.2.

Ius petendi renouationem eſt perſonale, & cedi non poteſt, quoniã cedentis perſonam nõ egreditur adinſtar aliorum iurium perſonalium,q.13.n.7.fol.100.col.2.ad fin.

Ius accipientis finitur finito iure dantis,q.16.n.18.fol.129.col.2.

Ius renouationis, vide infra, verbo, renouatio.

Ius ſepulchrorum, ſanguini, aut familiæ competens, non tranſit in fideicommiſſarium, licèt ille reſtituta hæreditate, hæredis loco habeatur,q.19.num.12.fol.167.verſo,col.2.

Iura quæ non hæreditario, ſed iure ſingulari deferuntur in ſucceſſorem, etiam vniuerſalem non tranſeunt,q.19.num.13.fol.168.col.1.

Ius futurum renunciari non poteſt, q.16.nu.52.fol.137.col.1.

Ius futurum pacto renunciatur, ibidem,

dem,



dem,num.53.fol.127.verſo.col.1.

Ius ſuperueniens prodeſt,q.16.nu.67.fol.141.verſo,col.2.

L.

LAPSVS diei habet vim pacti de nõ petendo,q.5.nu.12.fol.28.verſo,col.2.

Lapſus diei ad aliquid præſtituti, habet vim tacitæ renunciationis, ibidem.

Lapſus anni ad petendam renouationẽ emphyteuſis, non nocet quando aliqua iuſta cauſa, vel impedimentum, non petẽtem renouationem, ſeu inueſtituram, excuſaret,q.5.n.23.fol.32.col.2.

Lapſus anni, vide ſupra verbo, Anni lapſus.

LAVDEMIVM, ſeu quinquageſima pars precii, quod præſtatur in ſignum ſubiectionis, domino præſtandum eſt,q.13.n.19.fol.102.verſo.col.2.

Laudemium, & alienationis auctoritas penes primum dominum manet, niſi fuerint à primo domino cõceſſa emphyteutæ, q.13.n.44.fol.107.verſo,col.2.

LEX cum miles, ff.ex quibus cauſ.maiores, interpretata,q.10.n.12.fol.76.verſ.col.1.

Lex ſi.C.in in quibus caſibus, in integ. reſt. non eſt neceſſaria, interpretata, q.5.n.22.fol.31.col.2.

Lex.1.§.cum quis.ff. de quæſtio. interpretata.q.7.nu.16.fol.50.verſo.

Lex 4.l.ex parte, ff.de adim.leg. interpretata.q.7.n.19.fol.51.verſo.col.2.

Lex congruit.C.de locatio.præd. ciuil. lib.11.interpretata,q.7.nu.30.fol.53.verſo col.1.

Lex.1.§.permittitur.ff.de aq. quoti. & æſti.q.9.n.20.fol.68.verſo.col.2.

Lex cum de in rem verſo.ff. de vſuris, interpretata,q.15.n.14.fol.116.col.1.

Lex male agitur.C.de præſcript.30. vel 40.anno.intellecta,q.15.num.41.fol.122.col.2.

L.cum à matre, C.de rei vindi. an habeat locum in fideicommiſſario,q.16.nu.25.fol.130.col.1.& nu.26.ibidem. Item an procedat in feudis ex prouidentia, ibi.nu.27.fol.130.verſo,col.1.

L.cum à matre, fallit vbi filius fecit inuentarium.q.16.n.28.fol.130.verſo.col.1.

L.cum à matre, fallit vbi alienatiõ eſt facta in fraudem, ibi.n.29.

L.cum à matre, fallit cum pater nulliter alienauit,q.16.num.30.fol.130.verſo,col.2.

L.cum à matre, procedit etiam in fideicommiſſis.q.16.n.33.fol.131.verſo.col.1.

L.filiusfamilias.117.§.cum pater.ff.de legat.1.q.16.nu.33.fol eod.

L.2.C.ſi in fraudem patro.q.16.nu.34.fol.132.col.1.

L.quidã, ff.de euictio.q.16.n.49.fol.135.col.2.

L.ſi ſeruus communis, 39.ff.de donat. inter vir.q.16.n.50.fol.135.verſo,col.2.n.51.fol.136.col.1.

L.peto 71.§.prædium.ff.de legat.2.q.16.nu.39.fol.133.col.1.& 2.

L.cum pater.79.§.libertis, ff.de leg.2.q.16.nu.43.fol.134.col.2.

L.fideiuſſor.16.§.1.ff.de pignoribus, interpretata.q.16.num.60.fol.139.verſo.col.2.

LEGATVM factum de iure renouationis, eſt nullius momenti, tanquàm de iure extinguendo, poſt mortem nominatis,q.17.nu.8.fol.145.col.2.

Legans ius morte ſua periturum, inutiliter legat,q.18.n.21.fol.158.col.2.

LOCATIO facta cum hypotheca, vel iuris reſeruatione, impedit alienationem, tertiumq; emptorem ligat, & adſtringit, & afficit,q.12.nu.18.fol.94.verſo,col.2.

Locatione pendente, cum hypotheca rei conductæ, ſiue generali dominus conductorem, expellere non poteſt,q.12.nu.22.fol.95.verſo,col.2.

Locatio ad longum tẽpus, contractui emphyteutico, omnino comparatur, & in ea datur commiſſum, propter non ſolutam penſionem,q.16.n.8.fol.127.col.2.

Locatio ad longum tempus, alienationẽ continet,q.16.n.9.fol.127.col.2.

Locatio facta in potentem, etiã ad modicum tempus dicitur alienatio, non minus prohibita, quàm ſi inferiori fieret ad longum tempus,q.19.n.16.fol.168.col.2.

Locus vicinus, ſeu remotus, quis dicatur,q.6.n.4.fol.37.verſo,col.2.ad med.

LIBERTO ab inteſtato mortuo, hæreditas defertur patrono,q.16.n.34.

LIBERum, & expeditum, appoſitum in contractu emphyteutico, quid importet, q.8.nu.10.fol.59.verſo,col.1.

Liberam

Liberam rem tradere obligatus, intelligitur abſque aliquo impedimento, vndè, qui tradit alii obligatam, nō dicitur liberam tradere, ibidem.

Liberè verbum, denotat quòd poſsit propria authoritate capi poſſeſsio, item, quòd valeat appellare, etiam in caſibus à iure prohibitis, q.8.num. 11.fol.59. verſo, col.2.

Liberè verbum, denotat quòd nulla diminutio, in rebus reſeruatis fieri poſsit, nec per aliquod extrinſecũ, effectus reſeruationis impediri, q.8. nu. 12.fol.60.col.1.

Liberè verbum, ideſt, ſine alicuius contradictione, ibidem.

Liberum, & expeditum geminata, multum operantur, q.8.n.13.fol 60.col. 1.

Liberè verbum, excludit renouationẽ, q.8.nu.14.fol.60.col.2.

Linea & agnatio, vltimi poſſeſſoris, quã emphyteuſis, per ſucceſsionem ſemel ingreſſa eſt, conſiderari debet quãdo agitur de ſucceſsione, vel renouatione, q.9.num. 31.fol.71.col.1.

Linea) Res non debet exire à linea, quã ſemel intrauit; qua deficiente admitti poſſunt collaterales, ſi id conceſsio patiatur. q.9.nu.36.col.2.

LITE pendente inter duos, ſuper directo dominio penſio, interim ab emphyteuta, conſignanda eſt, q.7.num.11.fol.49. verſo, col.1.& 2.

Lite pentente inter duos ſuper dominio, renouationis petendæ tempus, non currit, q.7.nu.13.fol.50.col.1.

Litigantibus duobus, ſuper hæreditate Titii ſuper interdicto vti poſsidetis, in quo quilibet ſe hæredem aſſerit & poſſeſſorem emphyteuta, ab eo renouationem petere debet, qui bona defuncti poſsidet, q.7.n.12.fol.49.verſo, col.2.

Lite pendente inter emptorem & venditorem, ſuper traditione rei venditæ, annale tempus ex cõſuetudine retractui indultum, vel aliud breuius conſanguineo non currit, q.7.n.13.fol.50.col.1.

Lite pendente, ſuper poteſtate eligendi tempus præfixum electioni faciendæ non currit, ſecus ſi lis eſſet ſuper iure patronatus, ibidem.

Lite pendente inter hæredes ſcriptos, & venientes abinteſtato, de viribus teſtamẽti, tempus non currit, q.7.n.14.fol.50.

Lis mota per vnum, aduerſus poſſeſſorem pacificum ſuper beneficio nō prodeſt, omnibus aliis impetrantibus, q.20.nu. 12. fol.172 verſo, col.1.

Lis mota, aliis non prodeſt, nec quoad alios operatur ſuum effectum, q.20.nu.12. fol.172.col.2.

Litis conteſtatio, non perpetuat quadriennium ad implorandam reſtitutionẽ, q.20.nu.10.fol.172.col 1.

Litis conteſtatio, ſuper renouatione actionem, perpetuat vſque ad 40. annos, q.20.nu 9 fol.171.verſo, col.2.

LIVELLarius, ſi non ſoluat canonem, eccleſiam, ad renouandum cogere non poteſt, q.9.nu.6 fol 65.verſo, col.2. in prin.

LVCRVM) à lucro quoties quis remouetur contemplatione alicuius, illi debet applicari, cuius contemplatione remouetur, q.17.nu.18.fol.147.col.2.


M,


MAIORATVS poſſeſſor alienans non poteſt reuocare, nec dicere de nullitate in vita, prẹterquàm, ſi non habeat ſucceſſorem, qui reuocet nam ſtatim reuocare poteſt, quæſt.16 num.32.fol.131.verſo, col.1.

Maioratus à poſſeſſore alienatio facta, eo viuente dumtaxat tenet, nec interim rem ipſam, ab emente euincere poteſt, q. 16.n.35.fol.132.col.2.

Maioratu inſtituto ſub ea forma vt veniat ad filios & filias maiores, fœmina nõ admittitur, niſi in defectum maſculorum, q.17.nu.13.fol.146.col.2.

MASCVLVS in emphyteuſi nominationis, patre non nominante, præfertur filiæ primogenitæ, vel etiam maiori natu, q.17.nu.9.fol.145.verſo col.2.

MAGIS quis afficitur ad maſculos, quàm ad fœminas, quando inter eos cadit ordinata affectio, q.17.nu.14.fol.146.verſ. col.1.

MASCVLVS iunior, ſorori ſeniori in maioratibus, ex nouella ſanctiõe, Luſitaniæ præfertur, q.17.nu.16. ſol.146. verſo, col.2.

Maſculi primo admittuntur in conceſſione pro maſculis & fœminis, nec fœmina admittitur, quandiu extat maſculus, q.18. num.33.fol.161.col.1.




Index.


Maioratus poſſeſſor, bona expreſsè alienari prohibita renouare nõ tenetur, deſcendentibus vltimi emphyteutæ, niſi eſſent conſueta in emphyteuſim, dari per multiplicatas ſucceſsiones, q.16.n. 71. fol. 142.verſo, col.1.

Maioratus bona, ſeu capellæ, an in emphyteuſim concedi poſsint, q. 16.n. 1. fol. 126.

Maioratus bona, etſi alienari prohibeantur, poterunt tamen etiam, ad longiſsimum tempus alienari, q. 16. num. 1. fol.126.

Maioratus poſſeſſor, non poteſt eiuſdem bona in emphyteuſim perpetuã, vel in certam generationem concedere, ſi in Maioratus inſtitutione clauſula prohibitionis de non alienando, adiiciatur, q. 16. n.2.fol.126.verſo.col.1.

Maioratus poſſeſſor in ſucceſſoris præiudicium bona Maioratus, in emphyteuſim concedere non poteſt, nec locare ad longum tempus, quoniam per eam acquiritur ius in re, q.16.n.7.fol.127.col.1. & n. 11.fol.127. verſo.col.2.

Maioratuum poſſeſſores, bona maioratus poſſunt concedere in emphyteuſim, ſi facultatem concedendi habeant à teſtatore, q.16.n.14.fol.128.

Maioratus ſucceſſor, ſtare colono ad longum tempus non tenetur. q.16.nu.18. fol.129.col.1.

Maior vigintiquinque annis, ex clauſula generali, propter iuſtam ignorantiá reſtituitur, vt quia hæres, q.5. nu. 27. fol. 34.verſo.col.1.

Maioratus poſſeſſor, poteſt conſtituere ſeruitutem, ſuo tantum tempore duraturam, q.16.n.19.fol.129.

Maioratus bonorum alienatio eſt nulla, adeò vt reſciſſa venditione, vel re euicta, venditor precium reſtituere non teneatur emptori. q.16 nu.31.fol.13.col.1.

MINOR 14. annis, nõ petens renouationem emphyteuſis, intra annum non amittit renouationis beneficium, q.5.nu. 21.fol.31.col.1.ad fin.

Minori adulto currit tempus anni, ad petendam renouationem, reſtituitur tamen. q.5.nu.22.fol.31.col.2.

Minor non petẽdo renouationem, ſeu inueſtituram emphyteuſis, intra annum eo ipſo eſt læſus, q.5.nu.22.col.2.

MELIOramentorum allegatio, & probatio. neceſſaria eſt ad concedendam renouationem, q.8.n.19.fol.62.col.1.

Melioramenta plurimum iuuant poſſeſſorem, ne expellatur, q. 15.num.28. fol. 119.verſo, col.1.

MONAchus in ſuo monaſterio requirendus eſt, q.6.nu.13.fol.39.verſo.col.1.

Monaſterium, an petere poſsit renouationem emphyteuſis, q.19.fol.166.col.1.

Monaſterium habetur loco filii, ibid.

Monaſterium etiam in certa re habetur loco filii, q.19.nu.3.fol.166.col.2.

Monaſterium eſt tanquàm poſthumus ibi, n.4.fol.166.verſo.col.1.

Monaſterium indiſtinctè non habetur loco filii, ſed impropriè, & per quandam fictionem, & ad hunc tantùm finem, vt excludatur ſubſtitutus, ſub ea conditione, ſi deceſſerit ſine liberis, q.19.nu.9. fol. 167.verſo, col.1.

Monaſterium de feudo, vel emphyteuſi, inueſtiri non poſſunt, q.19.num.21.fol. 169.col.1.

Monaſterium ex perſona monachi, renouationem petere non poteſt. q. 19. nu. 24.fol. 169.verſo.col.1.


N,


NOVATIO eſt prioris debiti in aliã obligationem transfuſio, q.1. num. 2. fol.3.

Nouationem penſionis cauere à fundi vectigalis poſſeſſore, quid ſit. q.1.n.2 fo.3.

Nouum dicitur, quod fieri incipit, & nunquam fuit, item, quod nuſquam relatum, n.4.fol.3.

Nouum emphyteutam appellat impetor, q.1.n.4.fol.3.

Nouus emphyteuta dicitur ille qui in ſuperiori inueſtitura non eſt comprehenſus, q.1.n.5.fol.3.

Nouum dicitur de nouo ortum factũ, ſeu promolgatum, q.1.nu.7.fol.3.

Noua lex, noua forma, profeſsio, Tabula, genus. q.1.n.7.fol.3.

Nouum dicitur inopinatum, ibidem, fol. 4.

Noua obligatio conſtitui dicitur, quæ extra contractum principalem fit, q.1.nu. 7.fol.4.

Nouum pactum, conſenſus, cõtractus, emptio, iudicium, ius poſſeſsio, & alia plu

ra q.1.n.7.fol.4.

Nouum dicitur, quando nõ habet annũ, Nouitiũ quid apud I.C.q.1.nu 8.fo.5.

Nouum, ſeu antiquum, dicitur ſecundum ſubiectam materiam, & proferentis intẽtionem, item nouum variè accipitur, q.1.nu.9.fol.5.

Nouatum quid, & Nouare, emphyteuſim. ſeu renouare, q.1.nu.10.fol.6.

Noua conceſsio emphyteuſis, quæ dicatur, vide verbo, Conceſsio.

Noua emphyteuſis, vide verbo, Emphyteuſis noua.

NOMINIS ſola differentia non mutat ſubſtantiam, q.4.num.7.fol.18.verſo, col.2.ad finem.

Nominatus filius à patre, tenetur ſeruitutem, à patre conſtitutam pati, ſed verius contra, q.16 nu.23. fol. 129. verſo. col.2.

Nominatus non dicitur à nominante capere, ibidem. Fallit, ſi ſit filius hæres patris, ibidem, nu.24.fol.129.verſo, col.2.

Nominati, ſeu eligi ad emphyteuſim à plebeio emphyteuſim obtinente, miles, ſeu nobilis, nõ põt.q.19.n.15.fo.168.col.2

Nominari ad emphyteuſim eccleſia non poteſt, q 19.n.17.fol.158.verſo, col.1.

Nominari ad emphyteuſim non poſſunt ciuitas, collegium, vniuerſitas, q. 19. nu.19.fol.168.verſo, col.2.

Nominatio ad emphyteuſim inutiliter facta, ab eo qui nominandi poteſtate carebat conualidatur, ſi illi ius de nouo ſuperueniat emphyteuſiſq; ſua poſtea efficiatur, q.16.nu.68.fol.142.

O.

OBLIGATIO ſi fiat apud acta iudicis competẽtis, tunc executioni mandatur, & non alia requiritur ſentẽtia, quæſt. 11.nu.4.fol.83.col.1.

Obligatio præſente iudice, vel eo mandante, quòd recipiatur, habet vim ſentẽtiæ, de conſenſu partiũ latæ, & facit tranſitum in rem iudicatam, & habet executionem paratam q.11.nu.4.fol.83.col.1.

Obligatio & contractus, habet paratã executionem, ſi in inſtrumento licentia, ſeu facultas, domino propria auctoritate poſſeſsionem apprehendendi tribuatur, q.11.nu.4.fol.83 col.2.

Obligatio ad intereſſe, ſuccedit in obligationibus facti, q.11.nu.32.fol.89. verſo, col.1.

Obligatio ad intereſſe, licèt ſuccedat in obligationibus facti, tamẽ ſi ſuper ipſa obligatione iuramentum interponitur illud præciſè promittentem, obligat ad factum, q.11.n.34.fol.90.col.1.

OFFIcium iudicis, quod competit cõſanguineis, ſeu agnato ratione feudi alienati ad illud reuocãdum tollitur per lapſum anni, quando eſt facta alienatio, in remotiorem agnatum, ſecus ſi in extraneum, q.5.n.14.fol.29.verſo, col.1.

Ordin.lib.2.tit.35.§.42.interpret.q.16. n.14.fol.128.col.1.

Ordin.lib.3.tit.32.§.fi.interpretata, q. 16, nu.62 fol.140.col.2.

Ordinat.lib.3. tit. 16. interpretata, q. 18.nu.40.fol.163.col.1.& 2.

Ordinat.lib.4 tit.64.§.2.& 3.interpretata, q.7.nu.7.fol.48.col.1.

Ordin.lib 4.tit.62.§.3.interpr.q.9.nu. 9.fol.66.col.2.

Ordin.lib.4.tit.66.interpret, q.16. nu. 14.fol.128.col.1.

Ordin.lib.4.tit.fin.interpret. q.16.nu. 64.fol.141, col.1.

P.

PACTA quęcunque iuſta in emphyteuticis conceſsionibus, ſeu conuentionibus ſunt obſeruanda, q.11.num.2. fol. 82. verſo, col.1.

Pactum, & conuentio expreſſa. de non petenda renouatione, per dominum initio conceſsionis appoſita, eſt legitima cõuentio, & ad agendum viam pręcludit, & actionem, ad renouandum perimit, q. 11. nu.19. fol.86.verſo.

Pactum de renouando, quemadmodũ producit actionem, ita & tollit, ac perimit ibidem, num.19.

Pactum de non alienando, cum iuramento non impedit trãſlationem dominii, & non obligat præciſè promittentẽ, q.11.nu.26.fol.88.col.2.

Pactum de non alienando cum iuramento, impedit alienationem dominii, & obligat præciſè paciſcentem ad factum, q. 11.nu.25.fol.90.col.2.

Pactum de non alienando, cum ſpeciali hypotheca, ita rem afficit, vt emptor teneatur ſtare colono, & alienationem impediat, factam reſcindat, & irritet, q.11.n. 36.fol 90.col.2.

Pactum, ſeu promiſsio de renouando, vide infra, verbo, Renouandi pactum.

Pactum de non alienando, ſimul cum hypotheca impedit alienationem, q. 12. nu.26.fol.96.verſo, col.1.

PRETIVM dare, vel promittere, idem eſt, q.18.n.9.fol.155.verſo, col.2.& n. 44.

PROMIttens ſe obligaturum, poteſt recta via conueniri ad rem ipſam, & promittens intra certum, diem ſe obligaturum, ad dandum mihi decem, poteſt ſtatim cedente die, ſine alia obligatione cõuenire ad illa decem præſtandum, q.18. n. 6.fol.155.col.2.contra nu 42.& 43.

Promittens ſe obligare per inſtrumẽtum, ſi per eum ſteterit, quominus ſe obligaret, habetur pro obligato, & ita conueniri poteſt q 18.nu.7.fol.155.ver.col 1.

Promiſsio liberandi, exceptionem parit, ac ſi liberatio ipſa iam facta fuiſſet. q. 18.nu.8.fol.155.verſo.col.1.

Promiſsio ſimplex donandi idem eſt, quod donatio, q.18.nu.10. & 45. fol. 155. verſo, col.2.

Promittens facere renouationem Titio, aut Sempronio, alternatiuè poteſt alterum quem velit gratificare, & eligere, q.18.nu.35.fol.161.col.2.& verſo.

PATRIS conſenſus nepoti nõ nocet, q.16.nu.63.fol.140.verſo.col.1.

Patris iuramentum de non ſuccedendo nepoti non nocet, q.16.n. 65. fol. 141. col.2.

Patri bona aduentitia filii adminiſtrãti tutori bona pupilli, marito bona dotalia ac prelato bona eccleſiæ, in emphyteuſim concedere, vel locare ad longum tempus prohibitum eſt, q.16.num.11.fol. 127. col.1.& 2.

Pater alienans, bona aduentitia filii, poteſt de nullitate agere, q.16.nu. 32. fol. 131.verſo, col.1.

Pater vendens emphyteuſim ſolum videtur vẽdere ius duraturum in vita ſua, q.16.n.38.fol.133.col.1.

Pater poteſt vnum ex filiis præeligere in emphyteuſi, & cœteris præiudicare, q. 17.nu.20.fol.147.verſo, col.2.

Pater poteſt vni filiorũ emphyteuſim prælegare, q.18 nu.30.fol.160.col 1.

PERſona eius, cuius per mortem finita eſt emphyteuſis, conſideranda eſt, q. 13. n. 8. fol.100.verſo, col.2 in prin.

Perpetua præſumuntur, quæ etſi tẽporalia ſint, non tamen habent tempus à iure præfixum, q.17.nu.24 fol.148.verſo, col 1.

POENA licèt non incurratur ex actu nullo, tamen alienatio facta contra prohibitionem teſtatoris, facit alienantem in pœnam incidere, q.16.nu.41.fol.133.verſ. col.2.

Pœnalia) in pœnalibus nedum in aliis dicitur ineſſe ille caſus in quo omnino viget eadem ratio, q.16.n.17.fol.128 col.2.

POENItentia licita eſt in cõtractibus, requirẽtibus ſcripturam, antequàm fiat, & poſſunt partes licitè reſilire, q.18 num. 37.fol.162.verſo.col 1.

PRÆLATVS, ſi iurauerit non alienare feudum, nouum tamen de nouo reuerſum, alienare non prohibetur, q.1. nu. 4.fol.3.

PActum de renouando, appoſitum in conceſsione emphyteuſis, producit efficacem neceſsitatem, ex præcedenti conuentione de renouando, q.2.nu. 9. fol. 8. verſo, col.1.ad med.

Pretium, quando ſuccedit loco rei, & res empta. in locum prioris ſubrogatur, q.3.n.14.fol.13.verſo.

Precium ſuccedit loco rei, non tamen res loco pretii, q.3.n.16.fol.14.col.2.

Precium redactum ex venditione feudi vicem feudi non ſubit, nec aliud quidpiam, ex ea pecunia comparatum, q. 3. n. 17.fol.14.verſo.col 1.

Priuationis pœnæ, nunquàm dicitur impoſita, niſi in caſibus à iure expreſsis, q.4.n.29.fol.23.verſo.col.2.

Promiſsio facta de inueſtiendo abſque ſtipulatione, producit condictionem ex moribus, q.5.nu.8.fol.27.verſo, col.1.

Procurator, vicini, aut amici, requirendi ſunt, ſi dominus abſens, domum certã non reliquit, q.6.n.6 fol.38.col 1.

Procurator, qui citandus, aut requirẽdus eſt nomine domini, debet habere mãdatum, aut poteſtatem adhoc, q. 6. nu. 8, fol.38.verſo, col.1.

Procurator prius citandus eſt, quàm citatio fiat ad domini, quando conſtat dominum abſentem procuratorem, ad illam cauſam reliquiſſe, vel illum generaliter

raliter conſtituiſſe ad omnes cauſas, q.6. n.8. ibidem, fol. verſo, col.2.

Pactum expreſſum inter contrahentes factum, quòd elapſo tempore 29. annorũ, emphyteuta renouationẽ petere teneatur, à dño, ipſum emphyteutam adeò afficit, ac reſpicit, vt elapſis 29. annis, vel alio tempore, à iure ſuo cadat, q. 5. num. 20. fol. 30. verſo, col.2.

Prælationis priuilegium cõceſſum colonis, & aliis perſonis, locum habet reintegra exiſtente, q 7. num. 28. fol. 52. verſo, col.2.

Prælatus, vel abbas ibi citandus, ac requirendus eſt, vbi habet dignitatem, vel abbatiam, q.6. n.13 fol.39 verſo, col.1.

Prælato ignoranti ad conferenda ſacerdotia, tempus non currit, q.6. num 24. fol. 42. verſo, col.1.

PRÆſes prouinciæ, adeundus coram quo proteſtatio in actis fiat, ſi dominus à quo renouatio petenda eſt, nec vxorem, nec domicilium, nec cognatos, nec procuratorem habeat, q.6. nu.15. fol. 39. verſo, col.1.

Præſes adeundus coram, quo proteſtatio fiat, cum aduerſarius nõ reperitur, ibi, n.16. fol.40. col 1.

PRÆſcriptio temporis in conſuetudine interpretatiua, non requiritur, ſed ſufficit aliquo tempore ſic eſſe obſeruatum, q. 9. n. 17. fol.68. col.1.

Præſcribens rem aliquam poteſt illam in emphyteuſim concedere, quanuis ſolum vtile dominium habeat, & quæ ſit ratio. q.13. n 56. fol. 110. col.2.

PLVRIbus cõſanguineis, eiuſdem gradus concurrentibus, ad retractum locus, eſt præoccupationi, q.17. nu. 29. fol. 150. col.2.

Pluribus cum aliquid competit nomine collectiuo cognationis, vel familiæ, tunc proximiores exiſtentes in eodem gradu ſimul concurrunt, q.17. nu. 30. fol. 150 col.2.

Pluribus cõcurrentibus, locus eſt præuentioni, & diligentior præfertur in indiuiduis q. 17. nu.31 fol.150. verſo. col.1.

Plures cum in eodem gradu concurrũt ad petendam renouationem, locus eſt gratificationi. q 18. n.29. fol.163. col.1.

Prohibitio expreſſa, plus operatur, quàm tacita, q.16. nu.42. fol.134. col.1.

Prohibitio alienationis, vide ſupra alienationis prohibitio.

Prohibitio cõtrahentium regulariter, licèt non impediat dominii tranſlationẽ. Hoc tamen fallit, ſi prohibens, vel cõtrahens ius aliquod in re ſibi reſeruaret in caſum alienationis fundi, dũmodò reſeruatio ſit ſpecialis, non generalis, q 12. nu. 17. fol.94. verſo, col. 2.

Prohibitio de non alienando, à contrahentibus appoſita, non impedit dominii tranſlationem, eaque non obſtante res prohibita alienari poteſt, vel oppignerari, quæſt. 12 nu.1.. fol.95. col.2.

Prohibita res alienari, licèt præſcribi non poſsit, longo tempore: poteſt tamen longiſsimo, q 15. nu.10 fol.115 col.1.

Prohibitio venditionis, ſufficiens eſt ad emphyteuticam conceſsionem impediendam, & multò magis alienationis prohibitio, cuius ſignificatio latius patet, quæ & emphyteuticam cõceſsionem comprehendit, q.16 nu. 4. fol. 126. verſo, col.2.

Prohibitione legis, & hominis extante omnis alienatiõis, ſpecies prohibetur, q.16. nu.12. fol.127. verſo, col.2.

Prohibitio expreſſa de non alienando efficit, ne alienatio teneat in vita alienãtis, quod non efficit tacita, q.16. num. 40. fol.133. verſo, col.1.

Prohibitio expreſſa de non alienando pendente conditione, impedit dominii tranſlationem, & fideicommiſſarium ſtatim admittit ad vindicandam rem alienatam, q.16. num.40. fol.133. verſo col.2.

Proprietas, quelibet habet poſſeſsionẽ, vel quaſi correſpondentem, q.13 num.34. fol.105. verſo, col.1.

Præceptores ſeu commẽdatores, vide ſupra, verbo, commendatores.

PRÆSTatio diuturna cẽſus, ſeu penſionis inducit probationem ſufficiẽtem, conceſsionis in emphyteuſim, & quantũ tempus requiratur, q.15. num. 6. fol. 114. col.1.

Præſumptus titulus, vide infra, verbo, titulus, & ſupra, verbo, inueſtitura præſumpta.

Præſummitur promotio ad ſacros ordines, ex diuturnitate temporis, & hoc quando eſt poſſeſſor beneficii, ſecus ſi eſt actor, q.15. n.18. fol 117. col.2.





Pręſentia cum taciturnitate, nõ eſt ſufficiens ad inducendum conſenſum, q. 16. num. 47. fol.135. col.1.

Præſentia inducit ſcieniam; & ſola ſcientia non nocet, q.16. num.51. fol. 136. col.1. & 2.

Præſens dicitur conſentire, & pactum inducitur, q.16. n.54. fol.137. verſo, col.2.

Præſens dicitur conſentire in vtilibus, ibidem.

Primogenituræ qualitas attẽditur in filia, illaque proximior dicitur, ac maſculos præcedit, & in emphyteuſi præcedit nepotem maſculũ ex filio, q 17. nu.4. fol. 144. col.2. & nu.38.

Primogenituræ, ius potius attendendum eſt, ſi dubitetur quid potius inſpiciendum ſit, an ſexus, an primogenitura, q.17. n.5 fol 144 verſo, col.1.

Primogenitus ſemper vocatur ad rem indiuiduam, ad vnum ſolum ſpectãtem, q.17. nũ.7. fol 145 col.1.

Primogeniturę ius in fœminam cadit, & qualiter id intelligatur, q.17. nu.9 fol. 145. verſo col. 2.

PRIOritas gradus probãda eſt, ad probandam maiorem proximitatem, & prærogatiuam. q.17. n.35. fol.151 verſo. col 2.

Primogenituræ ius, quod inſeparabiliter perſonæ filii ſenioris cohæret, ſeu proximioris agnati, ad ſucceſsionem vltimi poſſeſſoris, in fauorem tertiogeniti, vel vlterioris agnati, omiſſo ſecundogenito, vel agnato, qui medius eſt, renunciari non poteſt, aut cedi, q.13. num.5. fol. 99. verſo, col.2.

Primogenituræ ius non datur in materia feudali, niſi in caſibus à iure expreſſis, vel ex cõſuetudine introductis, q. 17. nu.37. fol 152. col.2. & ſeq.

Primogenitus dicitur, qui primus in lucem prodiit, q.18. nu. 154 verſo, col. 2.

Priuatio quia odioſa eſt, & pœnalis, ſemper reſtringitur ad caſus in iure expreſſos q. 16. nu.16. fol.128. col.2.

POSSESSIO naturalis, quæ ratione vtilis dominii emphyteutis conceditur, in ſecundum emphyteutam transfertur, nec penes primum manet, q.13. nu.12. fol. 101 col 2.

POTENtia conſideratur ratione fori, veluti, ſi ſit ſcholaris, clericus, aut religioſus, q.19. nu.20. fol.169. col.1.

Poſſeſsio hæredis cõtinuatur cum poſſeſsione defuncti, quoad vſucapionem implendam, q.10. n.12. fol.76. verſo. col. 1.

Poſſeſsio, licet ad ſuum hæredem trãſmitti non conſueuerit, tamen in feudis, continuatur in eum poſſeſsio; abſq; alia inueſtitura. Sed contrà verius, q. 10. nu. 13. fol.76. verſo, col.1.

PROXImior agnatus, vel deſcendẽs, ad quem ius renouationis ſpectat, nõ poteſt illud ius renouandi ſuæ perſonæ cohærens cedere, ſeu renunciare in alium agnatum, ſeu cognatum remotiorem, in præiudicium proximioris, q.13. nu 1. fol. 98. verſo, col.1.

Proximior, ſeu qui in primo gradu eſt, ſemper admittitur intra tẽpus legis, vel ſtatuti, cum aliquid multis defertur non integrè, nec in ſolidum, quantumcunque præuentus ab vlteriore, ſeu remotiore, q. 13. n.2. fol.98. verſo, col. 2.

Proximior primò admittitur, quando plures perſonæ nomine generali indefinito, vel collectiuo; ſcilicet familiæ generis cognatorum, conſanguineorum, poſterorum, deſcendentium vocatur, quoniam intelliguntur vocati ordine ſucceſſiuo, obſeruata proximitatis prærogatiua, q.13. n. 4. fol.99. col.1.

Proximior quis ſit in clientelis attenditur, vndè prædium clientelarium venditum à proximiore cognato, alii exiſtenti, in quarto gradu reuocari poteſt, per eum qui ſecundo gradu, aut tertio fuerit, q.13. n. 4. fol.99.

Proximiore renouationem petere negligente ſequenti locus aperitur, q 13. n. 8. fol.100 verſo, col.1.

Proximior cum vocatur, intelligitur de magis propinquo, q.17. nu. 3. fol. 144. col.2.

Proximiori competit ius renouandi emphyteuſim, q.17. nu.6. fol. 144. verſo, col.2.

Proximior qñ vocatus eſt, & plures ſunt eiuſdem gradus, pręfertur primogenitus, quoniam is proximior eſt ordine naturæ. q.17. n 6. fo.144 verſo. col.2.

Proximitatis ordo, ſicut datur inter diſpares gradu, ita inter eos qui ſunt eiuſdem gradus, datur ordo prioritatis, & poſteritatis, ibidem.

Proximitas) Argumentum de proxi-

mitate graduum ad primogenituram valet, vt ſicut inter diſpares præfertur próximior in gradu, ita inter eos, qui ſunt eiuſdē gradus, præfertur primogenitus, ibidem fol.144. verſo col. 2.

Proximiorum appellatione, fœminæ comprehenduntur, & ad eas proximiorũ appellatio refertur, q.18.num.4.fol 154. verſo col.2.

Proximitas) ad probandam maiorem proximitatem, neceſſe eſt prioritatē, ſeu prærogatiuam gradus probare, q. 18. nu. 39.fol.162.verſo, col.2.

Proximiorum ſucceſsio, eſt introducta contra omnes regulas iuris cōmunis, q.17 nu.37.fol.152.col.2.

Proximiores vltimo poſſeſſori, præferendi ſunt, in fideicommiſsis familiæ relictis, q.9.n.32.fol.71.col.2.

Proximus vltimo poſſeſſori renouationem petens, audiendus eſt, q.9.nu. 35. fol.72.col.1.

Proximitas vltimi vaſalli, non primi acquirentis in feudis attenditur, q.9.nu. 35.ibidem.

Proximitas, reſpectu vltimi poſſeſſoris, attenditur in maioratibus, q.9. n. 36. fol.72, col.2.

Proximiores primo teſtatori, admittuntur quando teſtator propriam familiam vocauit non eorum, quos nominauit, q.9.26 fol.72.col.2.

PRINceps) geſta per eum qui gerit ſe, pro principe firma & rata ſunt, & valent, q.7.n 19.fol.49 verſo, col.1.

PRÆTENdens ius & intereſſe, per procuratorem comparere debet, & ius ſuum proponere, q.7.n.3.fol. 45. verſo, col. 2.

POSSESSOris vltimi, & non primi acquirentis, agnatio eſt conſideranda, q. 9.num.33 fol.71.verſo, col.1.

Poſſeſsio patris, in filium ſuum non tranſit, q.10.nu 10.fol 75 verſo, col 2.

Poſſeſsio in fiſcum, lege non transfertur, quia neceſſaria eſt poſſeſsionis apprehenſio, ibidem.

Poſſeſsionem ad acquirendam, requiritur animus, & voluntas, quæ ad hæredem non tranſmittitur, ibidem, q.10.nu. 10 fol.76.col.1.ad fin.

Poſſeſsio rei feudalis in filium, aut in alium hæredem non tranſit abſque noua apprehēſione, q 10.n.11.fol.76.col.1. & 2.

Poſſeſsio retinetur animo, & voluntate, quibus extinctis extinguitur ipſa poſſeſsio, & per mortem dicitur finita & extincta voluntas, q.10.n.11 fol 76 col.2.

Permiſsa ad tempus limitatum poſt illud prohibita cenſentur, q.10.n.1 fol.74.

Poſſeſsionis apprehenſio, finitæ emphyteuſis per dominum non eſt miſsio in poſſeſsionem cauſa rei ſeruandæ: ſed manus iniectio, domini directi, ab initio conceſsionis emphyteuticæ reſeruata, quæ mouetur virtute domini directi, quod eſt in patrimonio, priuati domini, q.10. nu. 5. fol. 74 verſo, col.1.

Poſſeſsionis præhenſio, finita emphyteuſi dominicalis eſt, iuris priuati & patrimonialis, & non iuriſdictionalis, nec mittitur dominus, veluti in rem alienam cuſtodiæ cauſa, vel cauſa pignorandi, ſed veluti in rem propriā, cauſa fruēdi re ſua, & ad primordialem cauſam reuerſa, q.10.n.6.fol.74.verſo, col 1.

Poſſeſsionis prehenſio emphyteuſi finita, ex vi conuentionis, eſt actus dominicalis, ſeu patrimonialis, qui fundatur in virtute directi dominii, & poſſeſsionis ciuilis, ipſius domini & in lege cōceſsionis, q.10 n.6.fol 74.verſo, col.2.

Poſſeſsionis prehenſio, ſeu manus iniectio ex pacto, finita emphyteuſi non eſt prætoria, ſed conuentionalis, aut cōtractualis, in qua iudex vt merus executor contractus procedit, q 10.n.6 fol. 74.verſo, col.2.

Poſſeſſor rei emphyteuticæ, pacificus ſi per longiſsimi temporis ſpacium, vnicā & vniformem penſionem præſtaret domino directo, tanquam emphyteuta, habet pro ſe titulum emphyteuticum præſumptum, & propter non petitam renouationem, expelli non poteſt, q.15.nu.2. fol.113.col.1.

Poſſeſſor triginta annorum ſpacio, præſcribit feudum contra verū vaſſallū, q.15.n 2 ibidem.

Poſſeſſor, ſi aſſerat ſe titulo iuris dumtaxat eſſe tutum, ex tempore longiſsimo quæſito, vel alleget præſumptam emphyteuſim, tunc non cogitur edere inſtrumentum emphyteuticum.q. 15. n. 12 fol.115 verſo, col.2.

Poſſeſsio quadragennaria non ſuffragatur, nec titulum præſumptum poſſeſſori tribuit quando terræ, & poſſeſsiones eccleſiæ, pertinēt ad mēſam abbatialem, ſeu ad ſedimina eccleſiarum, ſeu paſſalia. q.15.nu.15 fol.116 col.1 & 2.

Poſſeſsio probatur per receptionem penſionis, q 15.n.25.fol.119 col.1.

Poſſeſsio antiquior præfertur, q.15. n. 36 fol 121.col.1.

Poſſeſſor plus iuris habet, q. 17. n.34. fol.151.verſo, col.2.

## Q.

QVALITAS primi contractus, cenſetur repetita in ſecundo, q. 3. num. 4.fol.11 verſo, col.1.

Qualitas omnis præcedentis contractus, in contractu qui renouatur, cenſetur repetita, ibidem.

Qualitates omnes præcedentis contractus cenſentur repetitæ, in refirmatione, ſeu renouatione contractus, q.3. n. 5.fol 11.

Qualitas primogenituræ, attenditur in filia, vide ſupra, verbo, primogenitura.

## R.

REFICI non prohibentur, quæ de nouo fieri prohibentur, q.11.n.30.fol. 89.col.2.

Reficiens illud, quod penitus deſtructum eſt, dicitur de nouo facere, q.14.n. 3.fol.111. col.1.

RENOuatio eſt in priſtinum ſtatum, reductio, inſtauratio, ſeu reformatio, q.1. num.1.fol.1.

Renouare hoſpitium, memoriam, curā, moleſtiam, & alia.ibi.

Renouare apud Iurecōſultos, eſt rem veterem reparare, ſarcire, q.1.nu.2. & ibi renouatus contractus, quid ſit.

Renouatio emphyteuſis tunc contrahitur, quando ſemel extincta finito tempore, à domino directo, iterum emphyteutæ, ſeu eius deſcendētibus, vel agnatis rurſus conceditur, & renouatur, q. 2. nu.1.fol.6.

Renouatur id quod finitum eſt, & id quod durat prorogari dicitur, ibidem.

Renouatio operatur eum effectū, quē operatur reſtitutio.q 2 n.1.fol 6.

Renouatio emphyteuſis, ſcripturam requirit, q 2.n.2.fol.7.

Renouatio emphyteuſis, ex tacito domini conſenſu, & manſione in emphyteuſi non inducitur, q 2.n.3 & 5.fol.7.

Renouatio emphyteuſis tacita inducitur, ex repetitiōe canonis, quando in prima conceſsione pactū fuit adiectum quod ſtatuto tēpore fieret renouatio, q.2.n 6 fol.8.

Renouatio inducitur abſq; alia noua ſcriptura, quando emphyteuſis eſſet Petro, & Martino, & cuilibet eorum, in ſolidum conceſſa.q.2. nu.7.fol.8.

Renouatio emphyteuſis, mutatis ſucceſſoribus, fit principaliter ex quatuor cauſis, q 2.n 8.fol.8.

Renouari debet antiquum inſtrumentum emphyteuſis, ibidem.

Renouandi pactum appoſitum in conceſsione emphyteuſis, producit efficacē neceſsitatem, ex præcedenti conuentione de renouando.q 2 n.9.fol.8.

Renouatio emphyteuſis, etiā fit ratione tollendę obſcuritatis, & difficultatis probationis, vt quia per inſtrumenta antiqua, non apparent confines terræ, ſeu rei emphyteuticæ.q.2.nu.10.fol.8.

Renouatio etiam fit ratione mutatæ ſucceſsionis in ſucceſſorem ſingularem, tripliciter: q.2.n.11.fol.8.

Renouatio emphyteutici inſtrumenti à domino peti poteſt, quando inſtrumentum emphyteuticum eſſet deperditum. q. 2. n.13 fol.9.col.2.

Renouari non ſolū dr illa conceſsio, quæ ſemper vna eſt, & ſemper durat, ſed etiam illa quæ iam finita eſt, & extincta, q.2.n.16.fol.9.verſo, col.2.

Renouationem dn̄s facerę tenetur, vel inueſtituram nouo emphyteutæ, in quē per primum emphyteutam, fuit ius tranſlatum.q.2.nu.12 fol.9 col.1.ad fi.

Renouatio non eſt nouus titulus, ſed prioris tituli continuatio.q.3 n.1.fol. 10. verſo, col.2.in prin.

Renouatio, ſi fiat durante cōceſsione emphyteutica, tunc noua emphyteuſis, non conſtituitur, ſicut non dicitur feudū nouū quod renouatur durante antiquo, q.3. n.1.fol.10.verſo.col.2.in prin.

Renouatio non requirit ſolēnitatem, quæ in prima conceſsione emphyteuſis neceſſaria eſt, q.3.n.1.fol.10.verſo.

Renouatur quando emphyteuſis, non dicitur noua, ſed antiqua, & prout antiqua,

qua, regulanda eſt, & idem in feudo, q. 3. nu. 2. fol. 10. verſo, col. 2.

Renouatio feudi, ſeu noua inueſtitura, non facit feudũ deſinere eſſe antiquũ, q. 3. n. 2. fol. 11. col. 1 ad med.

Renouetur, & ſi emphyteuſis antiqua non noua cenſetur, quoniam cẽſetur renouata, ſecundum naturam, & qualitatẽ antiquæ, q. 3. n. 2. fol. 11 col 1.

Renouatum, ſi fuit feudum antiquum à dño aliquibus de agnatione, cẽſetur renouatum, ſecundum antiquã naturã feudi, neque deſinit eſſe antiquum, q. 3. nu. 3. fol. 11. col. 2.

Renouatio videtur potius facta ad cõfirmationem, quàm ad derogationem & cum ſua cauſa, ſuiſq; viribus, ibidem.

Renouatio emphyteuſis, etiam ſi contineat nouas conuentiones, & pacta, non ideò emphyteuſis dicitur noua ad præiudicium aliorum, & præcipuè qñ pacta primæ inueſtituræ, ad cõmodum dñi alterarentur, q. 3. nu. 3. fol. 11. col. 2. ad fi.

Renouatio emphyteuſis, debet intelligi, ſecundum naturam primi cõtractus, vt omnia quæ in præcedenti conceſsione, in ſequenti renouatione repetita videantur, q. 3 num. 4. fol. 11 verſo col. 1.

Renouatio cum iiſdem capitulis, modis, qualitatibus, & conditionibus, antiquæ conceſsionis, & inueſtituræ facta cẽſetur, ſi apponitur clauſula, ſecundum formam aliarum conceſsionum, &c. q. 3. num. 4. fol. 11.

Renouatio, ſeu reformatio contractus, continet omnes qualitates præcedentis contractus, q. 3. nu. 4. fol. 11.

Renouatio emphyteuſis ſimpliciter facta, abſq; expreſsione certæ penſionis, pro eadem penſione antiqua cenſetur cẽlebrata, & cum eiſdem qualitatibus, & conditionibus conceſſa, q. 3. n. 6. fol. 12.

Renouatio) Dominus in renouatione emphyteuſis non poteſt immutare formam antiquitùs inſtitutam, in præiudicium alterius, q. 3. nu. 7. fol. 12.

Renouatio emphyteuſis, ſecundũ antiquarum inueſtiturarum formam faciẽda eſt q. 3. nu. 10. fo. 12. verſo.

Reformare fortius poteſt qui dãdi facultatem habet, q. 3. n. 11 fol. 13.

Renouatio ſecundum veterem cõſuetudinem facienda eſt, ibidem.

Renouatio in locũ antiquæ cõceſsionis ſubrogata, priſtinã illius aſſummit, naturã, & qualitatẽ. q. 3. n. 12. fol. 13.

Renouatio nõ dicitur qñ emphyteuta cum nouis pactis & qualitatibus, fuit inueſtitus, nec dr cõceſsio facta ex cauſa renouationis, ſed noua conceſsio, nouaque inueſtitura, q 4. n 8. fol. 19. col. 1. ad fi.

Renouationẽ, ſeu nouũ contractũ alterati o, ſeu mutatio cenſus, vel canonis nõ inducit, ibidem.

Renouatio emphyteutica, non eſt de natura, nec ſubſtãtia contractus emphyteutici, ſed potius cõtra, vel præter contractum, q. 4. n. 28 fol 23. verſo col. 1.

Renouatio in contractu precarii, ſeu precariæ, dr de natura contractus. q. 4. nu. 28. fol. 23. verſo col. 1.

Renouationem qui petere tenetur, & id quod pro renouatione facienda fuit promiſſum ſoluere ſi omiſerit, emolumento cadit, q. 4. nu. 28. fol. 23. verſo, col 1.

Renouatio ſi petita nõ fuerit in cõtractu emphyteutico, in quo de renouatione conuentum fuit, propter hoc quis à iure ſuo non cadit. q. 4. n. 29. fol. 23. verſo col. 1. ad fin.

Renouationem petere tẽpore cõuẽto, in contractu precariæ, ſi conductor omiſerit, volente dño directo abſq; ſpe recuperationis à iure ſuo cadit q 4. n. 30. fol. 23. verſo col. 2.

Renouatio neceſſaria eſt in contractu emphyteutico, ſtãte loci cõſuetudine, ſeu cõuentione de renouãdo, ſicuti in contractu precariæ. q. 4. n. 30. fol. 24. col. 1.

Renouatio, ſi tempore debito, vel conuento, vel conſueto, non fuerit petita, conducens ipſo iure, volente domino directo, cadit à iure ſuo, ibidem.

Renouationẽ non petens feudatarius intra annũ & diem, feudo priuatur ipſo iure, volente dño. q. 4. n. 31. fol. 24. col. 2.

Renouatio, ſi non fuerit intra tempus cõuentum petita, dñs vlterius renouare non tenetur. q. 4. n. 32. fol. 24. verſo col. 1.

RES ſimpliciter empta de pecunia antiquæ emphyteuſis venditæ, non ſubrogatur eius loco. q. 3. n. 17. fol. 14. verſo.

Res extincta ſi renouetur dicitur noua, & alia res. q. 4. n. 2. fol. 17.

Rerum ſubſtãtia, nõ nomen cõtractus, inſpiciẽdũ eſt, q. 4. n. 7. fol. 18. verſ. col. 1.





Rerũ ſubſtãtia & veritas, hominũ denominatiõe nõ immutatur, q. 4. n. 7. fo. 18.

Res reſtitutioni, ſeu fideicõmiſſo ſubiecta, per hæredem alienata, pendente cõditione, ſi deceſſerit ſine liberis, contra poſſeſſorẽ, vindicari non poteſt, niſi poſtquàm conſtiterit grauatum, ſine liberis deceſsiſſe, q. 4. n. 16. fol. 21.

Res nõdũ vacãs, & ab alio poſſeſſa, nõ põt in emphyteuſim cõcedi, q. 5. n. 1. f. 26.

REX, ſi concedat Titio Caſtrũ nomine ac iure antiqui feudi poſsidendum, licèt vere id ſit feudũ nouũ, tanquam nũc primũ conceſſum, tñ aſſumit naturã, & qualitatem antiqui feudi, q. 4. n. 5. fol. 18. col. 1.

Rex, ſi cõcedat alicui nobili, ſeu prælato, bona de corona Regia, vel caſtellaniam, ſeu fortalitium, cum territorio, vel iuriſdictione, pleno iure, vel ad tempus, & is donatarius, alium inueſtiat de re donata, is inueſtitus, nihilominus regis beneficiarius eſt, cui beneficium cum diminutione conferri non poteſt, q. 13. n. 37. fol. 106. col. 2.

Renunciatio, ſeu repudiatio feudi antiqui, facta per vaſſallum, non nocet agnatis, quin mortuo refutãte, vel eius deſcendentibus, debeant admitti. q. 4. nu. 10. fol. 20. col. 1. ad med.

Renunciatio cuiuſpiã licèt ſibi noceat, non tñ alteri, q. 13. n. 5. fol. 99. verſ. col. 2.

REI uindicatio vtilis datur vaſallo, non tantum contra extraneum, ſed etiã, contra dominum, ſi iam in poſſeſsionem vaſallus fuit inductus, q. 5. n. 8. fo. 27. ver.

REPVdiationis, ſeu tacitæ renunciationis, habet vim lapſus diei. q. 5. num. 12. fol. 28. verſo col. 2.

Repudiare tacitè cẽſetur, quando aliquod ius cõpetit alicui, quod poteſt acceptare infra certum tẽpus, ſi permittat illud tempus labi, & illud non acceptet, q. 5. n. 12. fol. 29. col. 1. ad fi.

Renouatio rei emphyteuticæ, vt fieri poſsit, ſiue poſſeſſori, ſiue alii tertio, neceſſaria eſt, primę conceſsionis abdicatio, extinctio, ſeu renunciatio, vt ei nouus fiat titulus, q. 5. nu. 1. fol. 26. col. 1.

Renouatio, ſeu inueſtitura emphyteuſis exiſtentis, penes alium inducit, votũ captãdę mortis, q. 5. n. 3. fo. 26. verſ. col. 1.

Renouatio emphyteuſis, de re alterius alteri fieri poteſt, de cõſenſu poſſeſſoris. q. 5. n. 3. fol. 26. verſo, col. 1.

Renouationi impetrãdæ, conſuetudo plurimum addit roboris, & momenti, q. 5. n. 5. fol. 27. col. 1.

Renouatio emphyteuſis, quo iure, ſeu actione petatur? & receptius eſt nobili iudicis officio expediri, q. 5. nu. 6. fol. 27. col. 2.

Renouatione emphyteuſis iam facta, ſeu conceſsione de nouo, verius eſt condictionem, ex lege competere pro obſeruatione emphyteutici contractus, q. 5. n. 7. fol. 27. col. 2. ad fi.

Renouatio, ſi ex pacto, tempore conceſsionis appoſito debeatur, producit actionem perſonalem ad renouãdum, q. 5. n. 9. fol. 28. col. 1.

Renouandi pactum præciſè dominum ad renouandum adſtringit, adeò vt dominus præſtito intereſſe nõ liberetur, dummodò intra annum renouatio petatur, q. 5. n. 9. fol. 28.

Renouationem emphyteuta petere nõ tenetur, ſi nolit, q. 5. n. 10. fol. 28. col. 2.

Renouatio, quæ ex forma contractus, & inſtrumenti, in fine temporis præfixi, peti debet, petenda non eſt, niſi finito tẽpore, ibidem, n. 10.

Renouatio emphyteuſis, intra annum petenda eſt, ab hæredibus, vel deſcendentibus, aliter renouationis, iure omnino excluduntur, q. 5. n. 11. fol. 28. verſo, col. 1.

Renouatio, etſi intra annum non petatur, non indiſtinctè res cadit in commiſſum, ſed requiritur domini declaratio, vt ex non petita renouatione cadat, ab emphyteuſi, q. 5. nu. 17. fol. 30. col. 2.

Renouationem, ſeu inueſtituram emphyteuta, ſeu vaſſallus, non petentes in tempore poſſunt moram, ac pœnam, intra modicum tẽpus iudicis arbitrio purgare, q. 5. n. 18. fol. 30. verſo. col. 1.

Renouationi petendæ anni lapſus, nõ nocet quando aliqua iuſta cauſa, vel impedimentum, non petentem excuſaret, q. 5. n. 23 fol. 32. col. 2. Et quæ ſint hæc impedimenta iuſta, ibi, vide ſup. verbo, impedimentum.

Renouationis petitio differtur, qñ cõtrouerſia eſt inter duos, quorũ vterq; ſe dñm aſſerit, & ad ſe emphyteuſim pertinere contendit, q. 7. n. 8. fol. 48. ver. col. 1.

Renouatio, duobus cõtendentibus, ab

eo qui poſsidet, petenda eſt, vel ab aduerſario, cum proteſtatione tamẽ, vt nõ præiudicet, ſi apparuerit per ſententiam dominium, ad illum non pertinere, q. 7. n. 9. fol. 48. verſo, col. 1. & 2.

Renouatio, à quo petẽda ſit, lite pendente ſuper emphyteuſi, inter duos dominos, q. 7. nu. 12. & ibi quid ſi neuter litigantium poſsideat, fol. 49. verſo. col. 2.

Renouationis petendę tempus pręfixum, non currit lite pendẽte, inter duos dominos, q. 7. nu. 13. fol. 50. col. 1.

Renouationis beneficium, anni lapſus non tollit, quando capitales inimicitiæ inter dominum, & emphyteutã, vel vltimi poſſeſſoris, hæredem interceſsiſſent, q. 7. nu. 16. fol. 50. verſo, col. 1.

Renouationem nõ petentem emphyteutã, an excuſent inimicitiæ domini, q. 7. nu. 24. fol. 52. col. 2.

Renouationem emphyteuſis, peti intra annum non ſufficere, re nõ integra, ideſt, antequàm alteri fiat renouatio, q. 7. nu. 25. fol. 52. col. 2.

Renouationis petendæ, ius reale non eſt, nec poteſt etiam, ſi adſit pactum de renouando, conceſsionis alii factæ, effectum impedire, q. 7. nu. 26. fol. 52. verſo, col. 1.

Renouandi pactum ſolàm contra dominum perſonalem actionem pręſtat. q. 7. nu. 26. ibidem, fol. 52. verſo. col. 1.

Renouationis priuilegium, de æquitate conceditur contra regulas iuris cõmunis. q. 7. n. 28. fol. 52. verſo. col. 2.

Renouatio etiã ſi ſit alteri facta, & res ſit non integra, nihilominus ex veriori ſententia, deſcendentibus emphyteutæ, debetur, q. 7. n. 29. fol. 53.

Renouationis ius cõpetens deſcendẽtibus eſt hæreditarium, ibidem.

Renouationem emphyteuſis, prętendens non tantum contra dñm agere poteſt, ſed etiã contra eum, cui emphyteuſis fuit conceſſa, q. 7. nu. 33. fol. 54.

Renouationem petens, intra annum ſemper eſt audiendus, & intra triginta annos poteſt reuocare conceſsionem alteri factam, q. 7. n. 34. fol. 54. verſo. col. 1.

Renouationem poſſunt petere deſcẽdentes vltimi poſſeſſoris, finita emphyteuſi per generationem, q. 8. num. 2. fol. 56. col. 1.

Renouatio non tantum admittitur in bonis priuatis, ſed etiam in bonis Regiæ coronæ, & regalis patrimonii, q. 8. nu. 3. fol. 56. verſo, col. 2. ad fin.

Renouatio quoq; bonorum feudaliũ deſcendentibus vaſalli concedenda eſt, q. 8. n. 4. fol. 57. col. 2.

Renouatio etiam bonorum eccleſiaſticorum deſcendentibus, cõcedenda eſt, q. 8. n. 5. & qui contra, n. 6. fol. 57. col. 2. & verſo, col. 2. & diſtinctio, n. 16. fol. 60. verſo, col. 2.

Renouandi pactum, extincta tertia generatione improbatur, q. 8. nu. 7. fol. 58. col. 2.

Renouationem dominus facere non compellitur, ſi adiiciatur clauſula, quòd finitis tribus perſonis, emphyteuſis ipſa cum omnibus impenſis, & melioramentis, libera, & expedita, & ſine vllo impedimẽto, ad eccleſiam, vel directum, dñm reuertatur, q. 8. n. 9. fol. 59. col. 1.

Renouationis beneficium non excludit clauſula, quòd finita generatione, res ad eccleſiam rediret, in eo ſtatu, in quo prius erat, q. 8. n. 19. fol. 62. col. 1.

Renouare emphyteuſim, apud nos eccleſia compellitur, quibuſcunq; clauſulis non obſtantibus, q. 8. nu. 18. fol. 61. verſo, col. 1. & ſeq. etiam ſi velit emphyteuſim retinere, & alleget propriam neceſsitatẽ, ibidem, n. 19. fo. 62. col. 1. & 2.

Renouationem ad concedendam melioramentorum allegatio, & probatio neceſſaria eſt, ibidem.

Renouationem eccleſia tenetur finitæ emphyteuſis, concedere deſcendentibus vltimi poſſeſſoris, etiam ſi velit, rem reuerſam pro ſe retinere, q. 8. nu. 20. fol. 62. verſo, col. 1.

Renouatio, etiam bonorum Regaliũ, ſeu de corona Regia, minimè deneganda eſt, & ita iudicatũ, q. 8. n. 21. fol. 62. verſ. col. 1.

Renouationis ad impediendæ æquitatem, allegatio neceſsitatis propriæ, & inopię eccleſię, apud nos in tribunalibus non admittitur, q. 8. nu. 22. fol. 62. verſo, col. 2. & fol. 63. col. 1.

Renouatio emphyteuſis, denegatur deſcẽdẽtib⁹, qñ poſſeſſor renũciauit emphyteuſim, in fauorem alterius, accedẽte dñi cõſenſu, vel ſi refutauit in manibus dñi, vt de ea liberè quem vellet, poſsit inueſtire, q. 9. n. 1. fol. 64. verſo, col. 2.

Renouatio emphyteuſis denegatur qñ emphyteuſis propter culpam, viuẽte emphyteuta cõmittitur, veluti propter non ſolutionem, abuſum rei, pacta non ſeruata, q. 9. nu 4. fol. 65. col. 2.

Renouatio non debetur, ſi res incõmiſſum cadat, etiam ſi apponatur pactum de renouando, q. 9. n. 5. fol. 65. verſo. col. 1.

Renouandi pactum, nullum ius tribuit in re, ſed actionem tantum perſonalem, contra dominum tribuit ad renouãdum, quod ſi fiat alteri renouatio, datur actio ad intereſſe, aduerſus promittentem, q. 9. n. 5. fol. 65. verſo, col. 1.

Renouatio ceſſat, quando emphyteuſis, propter culpam poſsidentis, finitur, q. 9. nu. 7. fol. 65. verſo, col. 2.

Renouatio etiam ceſſat, quando emphyteuta, qui adhuc habebat poteſtatem nominandi ſecundam, vel tertiam perſonam, quempiam nõn nominauit, tunc enim emphyteuſis, liberè ad dominũ reuertitur, licèt emphyteuta habeat tranſuerſales hæredes, q. 9. n. 8. fol. 66. in prin.

Renouatio emphyteuſis filio ſpurio non debetur, vel illegitimo, q. 9. num. 12. fol. 66. verſo col. 2.

Renouatio collateralibus conſanguineis non debetur, quoties emphyteuſis pro filio, vel filia, fuit conceſſa, q. 9. num. 13. fol. 67. col. 1.

Renouatio ſemper videtur facta, ſecundum formam primi contractus, q. 9. nu. 13 fol. 67 col. 1.

Renouationis ius conſiderabile nõ eſt, antequàm emphyteuſis, per generationẽ extinguatur, q. 9. num. 14. fol. 67. col. 1.

Renouandi iure priuãtur agnati, quãdo vltimus poſſeſſor, de conſenſu domini, rem emphyteuticam in extraneum alienauerit, q. 9. n. 14. fol. 67. col. 1.

Renouatio, an tranſuerſalibus, vel conſanguineis, infra quartum gradum debeatur, quæſtio. 9. num. 15. fol. 67. verſo, col. 1.

Renouationem deberi conſanguineis, infra quartum gradum, communis eſt ſententia, quæſt. 9. num. 16. fol. 67. verſo, col. 1.

Renouatio nõ debetur collateralibus, nec conſanguineis, niſi quando tantum foret vſũs, quòd deſcendentes ad petendam renouationem admitterentur, q. 9. nu. 17. fol. 67. verſo, col. 2.

Renouationem petens ſatis eſt quòd ſit degenere, vel agnatione primi acquirentis, nec requiritur quòd ſit hęres vltimi poſſeſſoris, q. 9. num. 18. fol. 68. col. 1.

Renouationem petendi, ius regulatur ab ea qualitate, quæ præſtare poteſt ſuccedendi poteſtatem, q. 9. num. 19. fol. 68. verſo, col. 1.

Renouationem petens quamuis hæres vltimi poſſeſſoris non ſit, admittendus eſt, dummodò ſit conſanguineus, q. 9. nu. 19. fol. 68. verſo, col. 1.

Renouationem petens, emphyteuſis debet eſſe hæres vltimi poſſeſſoris, nec aliter audiendus eſt, q. 9. num. 20. fol. 68. verſo, col. 2.

Renouatio ex æquitate contra iuris regulas procedit, q. 9. n. 21. fol. 69. col. 2.

Renouatio deſcendẽtibus tantum cõpetit, ſed contra verius, num. 22. & 23. fol. 69 col. 2. & verſo, col. 1.

Renouationis emphyteuticæ, ius hæreditarium eſt, q. 9. num. 24. fol. 69. verſo. col. 2.

Renouandi ius competit hæredi vltimi poſſeſſoris nominati, iuxta regni conſuetudinem, q. 9. n. 26 fo. 70. col. 1.

Renouationem, petens debet eſſe hæres, q. 9. n. 28. fol. 70.

Renouationem petens, debet habere aliquam cauſam, ab vltimo poſſeſſore, vt ſic illum repręſentans, poſsit renouationem petere. q. 9. nu. 28. fol. 70. col. 2.

Renouationem agnatus petere poteſt, licèt vltimi poſſeſſoris, hæres nõ ſit, niſi emphyteuſis hæreditaria ſit q. 9. nu. 30. fo. 70 verſo, col. 2. tenent aliqui.

Renouationem petentes, filii & hæredes vltimi poſſeſſoris, audiendi ſunt, & ſi omnino ſint extranei, quales ſunt emptoris filii, q. 9. nu. 33 fo. 71. verſo. col. 4.

Renouationem petere poſſunt emptoris filii & hæredes, q. 9. num. 33. fol. 71. verſo, col. 1.

Renouationem petendi, ius agnato proximiori competit, q. 9. num. 34. fol. 71. verſo, col. 2.

Renouationem petens proximus vltimo poſſeſſori, audiendus eſt, q. 9. nu. 35. fol. 72. col. 1.

Renouationem petens ſatis eſt, quòd ſit agnatus proximior vltimi poſſeſſoris, quando emphyteuſis fuit conceſſa pro filio, vel filia, aut certis perſonis nominandis, q.9.nu.27 fol.72 col.2.ad fi.

Renouationẽ, qui facere tenetur dolo: ſuper renouatione; controuerſiam mouere, & illius executionem, non citra calumniam, retardare cenſetur; differendo poſt diem, quod ſucceſſori vltimi poſſeſſoris, intra certum tempus, erat liberè conceſſurus.q.10.nu.16.fol.77.col.1.

Renouationem denegando, quam dominus directus facere tenetur, poſt litis conteſtationem, malefidei poſſeſſor eſſe incipit; qui ante litem conteſtatam non deſiſtit, ſed rei poſſeſsionem, vſque ad poſtremum cauſæ detinuit, q.10. nu. 17. fol. 76.col.2.

Renouationi petendæ, annus præfinitus an minui, vel coarctari poſsit, ex pacto ab initio conceſsionis, per dominum adiecto, q.11.n.1.fol 82.

Renouatio, niſi intra præfinitum breuius tempus poſtuletur, etiam citra interpellationem ius amittitur, & petens à renouationis iure cadit, q.11.nu.3.fol.82. verſo.col.2.

Renouationis beneficio priuatur emphyteuta, cum tempus legale, ſeu conuentionale elabitur, maximè quando in diminutione temporis adiectum eſt per partes, quòd ſi renouatio intra illud non petatur, emphyteuta ipſo iure cadat à iure petendæ renouationis, q. 11. nu. 5. fol.83.col.2.

Renouatio emphyteuſis, licet amittatur, propter lapſum temporis, non tamen ipſo iure, ſed requiritur ſententia declaratoria, ad auocãdam poſſeſsionem, q. 11. nu.7.fol.88.verſo.col.1.

Renouationis petẽdæ tempus, vt minui pacto, ita prorogari poteſt, q.11.nu. 9. fol.84.col.1.

Renouationem, vel nouam inueſtituram, ſi dominus poſt annum & diem faciat emphyteutæ, ſeu vaſallo, per errorẽ, exiſtimans tempus lapſum non eſſe, tùnc caducitatis pœnam, remittere non videtur, q.11.nu.10.fol 84.col.2.

Renouationem, ſi dominus faciat ex certa ſcientia, & non per errorem, poſt tempus à lege præfinitum, videtur caducitatis pœnam remittere.q. 11. nu. 11. fol. 84.verſo, col.2.

Renouationem petentem emphyteutã poſt tempus, ſi dominus admiſit, quem poterat exceptione repellere, videtur caducitatem remittere.q.11.num.11.fol.85. col 1.ad fi.

Renouationem non tollit clauſula, ꝙ finita emphyteuſi, filii vel deſcendentes, vltimi poſſeſſoris, renunciationem petere non poſsint vllo modo, nec dominus directus amplius renouare teneatur, ſed liceat domino poſſeſsionẽ apprehendere propria auctoritate, & rem alteri liberè concedere, prout ſibi placuerit, q.11.num. 14.fol.85.verſo.col.1.& n.21.fol.87.col.2.

Renouatio impeditur, ſi emphyteuſis à principio concedatur in tres vitas, duntaxat, vel aliud præfinitum tempus, & ſic ſub expreſsione temporis extinctiui, q.11. nu.15 fol.86.col.1.& 2.

Renouatio non debetur deſcendentibus, vel agnatis vltimi poſſeſſoris, cum emphyteuſis; à principio ita fuit conceſſa ſub pacto, & conditione, quòd accipiẽtis deſcendentes, renouationem petere non poſſent, nec ipſe dominus ad renouandum teneretur.q.11.n.18.fol.86.verſ. col 1.

Renouationis non petendę pactum, & conuentio expreſſa per dominum initio conceſsionis appoſita eſt legitima conuẽtio, & renouationis actionẽ, omnino perimit.q.11.nu.19.fol.86.verſo.col.2.

Renouatio debetur licèt apponatur pactum initio conceſsionis, quòd non liceat petere renouationem; & ei renunctietur, quia in renouatione emphyteutica verſatur ius publicum, auctoritate, & vtilitate.q.11 nu.21.fol 87.col.2.

Renouationis emphyteuticæ edictum ad imaginem edicti prætorii, quod ſummam ſemper æquitatem intuetur, promulgatum eſt, & moribus gentium, vbique receptum eſt, q.11 d.nu.21.

Renouationem ſicut non tollit clauſula, vt finita tertia generatione emphyteuſis libera & expedita, ad dominum reuertatur; cum omnibus melioramentis, &c. ita neq; clauſula; in qua renouationi per partes expreſsè renunciatũ eſt, q.11.n.22.fol.87.verſo, col.2.

Non renouare, ſi dominus iuret finitã emphy-





emphyteuſim, an tollatur ius renouationis, q.11.num.23.24.25.fol.87.verſo. cum ſequent.

Renouatio ad antiquam penſionem, quæ antea pendebatur, non ad nouã eſtimationem, & præſentis ſtatus valorem, reducenda eſt, & ideò prioris penſionis, ratio habenda; nec penſio augenda eſt, maximè, quando res ſterilis, & inculta, alicui à principio fuit conceſſa, q.12.nu. 1. fol.91.verſo.

Renouatio congruo loco, & tempore, petenda eſt, q.12.n.3.fol.92.col.1.

Renouatio tempore congruo & opportuno, petenda eſt, & an tempore noctis, vel prandii peti poſsit, q. 12. n. 5. fol. 92 col.2.

Renouationis petitio quocunque tẽpore peti poteſt, etiam die feriata, q.12.n. 6 fol.92.verſo, col.2.

Renouationem petens, ſi nolit dominum abſentem ſequi, requirere poterit eius vicarium, vel perſonam eius loco diſmiſſam, q.12.nu.11.fol.93.col.2.

Renouationem deſiderans, ſi ei difficile ſit, dominum adire propter eius potentiam, poterit adire iudicem, corã quo proteſtetur, de impedimento, & difficultate.q.12.nu.12.fol.93.verſo, col.1.

Renouatio, cum ex pacto, vel ſtipulatione debetur, durat triginta annis, ad ſimilitudinem actionis perſonalis, q.12.nu. 43.fol.93.verſo, col.1.

Renouandi promiſsio, finita generatione; nullum ius in re præſtat, ſed perſonalem tantùm, aduerſus dominũ actionem, vt promiſſa adimpleat, q.12.num.13. fol.94.col.1.in prin.

Renouandi pactum, de 29. annis, in 29. annos, adſtringit dominum ad renouandum finito tempore.q.12.nu. 14.fol. 94. col.1.& 2.

Renouandi pactum, licèt obliget dominum ſecularem, in emphyteuſi priuata, non tamen procedit in eccleſia; quam huiuſmodi pactum non adſtringit finita tertia generatione, q.12.num.15. fol. 94. col. 2.

Renouandi pactum, licèt actionem perſonalem tantum producat, nec ipſa res afficiatur, tamẽ ſi in pacto fuerint bona hypothecata, pro illius obſeruatione, tunc retineri poterit res ipſa, donec facta fuerit renouatio, non obſtante oblatione intereſſe, q.12.nu.16.fol.fol.94. verſo, col. 1.

Renouatio rei emphyteuticæ, non requirit ſolemnitatem, quę fuit adhibita in prima conceſsione, q.14.n.1.contra num. 3.fol.110.verſo, & 111.col.1.

Renouatio emphyteuſis nouam, requirit ſolemnitatem, nouumq; tractatum, q. 14.nu.3.fol.111.

Renouatio emphyteuſis, eſt nouus cõtractus, non prioris prorogatio, nec extenſio, nec reintegratur, ſed de nouo conſtituitur, q.14.nu.4.fol.111.col.2.

Renouatio nouam, exigit ſcripturam, & reformationem, noua pacta, & ſolemnitas adhibita, in prima conceſsione, nequaquam ad renouationem porrigitur, quæſt. 14.nu.4.fol.111.col.2. Licèt aliqui contra.

Renouatio emphyteuſis neceſſaria nõ eſt, nec poſſeſſorem adſtringit ad interpellandum dominum, ſi emphyteuta probauit poſſeſsionem annalem, q.15.nu.1.fol. 113.col.1.

Renouatio bonorum maioratus, ſeu capellæ, an peti poſsit, q.16.fol.126.

Renouationis petendæ, quæ ſit forma in praxi, q.20.n.1.fol 170.col.1.

Renouatio) pro renouatione, ſeu pro ingreſſu, nihil exigi poteſt, q.20.nu.2. fol. 170.col.2.

Renouatio emphyteuſis non conceditur, niſi emphyteuſis ſit finita, & omnino extincta per mortem renunciationem aut litem, q.20.nu.4.fol.170.verſo, col.2. & ſeq.

Renouatio, ſeu inueſtitura emphyteuſis, vel feudi, durante alia prima, alteri facta eſt nullius momenti, q.20.num.4.fol. 171.col.1.

Renouationem, ſi dominus deneget, citandus eſt.q.20.n.9.fol.171.verſ.col.2.

Renouationis libellus vulgari forma, q.20.n.1.fol.170.col.1.

Renouationis petendæ ius, non tranſit in monaſteriũ, q.19. n.8.fol.167.col.1.

Renouationis ius perſonaliſsimũ eſt, & in perſona deſcendentium, ſeu proximioris agnati, adeò inhæret, vt à perſona eius, cui iure proximitatis competit abſtrahi, & ſeparari non poſsit, q.19.n. 10. fol. 167.verſo, col.1.


Reno-

Renouationis,ius non tranſit ad ceſſionarium,ibidem.

Renouationis emphyteuticæ, ius cohæret qualitati deſcendentis,vel proximioris,vltimi poſſeſſoris, & eſt ius non ſeparatum à filiatione,q.19.n.11.fol. 167. verſo.col.2.

Renouatio eſt veluti nouæ acquiſitionis,ſpecies.q.19.num.21.fol.169.col.1.

Renouandi ius ſpecialiter; & in priuilegium,omnibus liberis defuncti cõpetit: illis tamen concurrẽtibus primogenitus, præferendus eſt,q.17.nu.5.fol.144 verſo, col.1.

Renouandi ius competit proximiori, q.17.num.6.fol.144.verſo,col.2.

Renouationis iuris, legatũ eſt nullius momenti,tanquàm de iure extinguendo, poſt mortem nominantis,q.17.nu. 8. fol. 145.col.1.& 2.

Renouandi ius eſt hæreditarium indiuiſibile,cuilibet hæredum in ſolidum cõpetens,q.17.nu.23.fol.148.col.2.

Renouatio expeditur officicio iudicis nobili,quod habet pro fundamẽto æquitatem,quæ non eſt effuſè extendenda cõtra ius commune,q.17.num. 25. fol. 149. col. 2.

Renouatio emphyteuſis, licèt proximiori facienda ſit, non tamen neceſſariò filio ſeniori facienda eſt,q.17.num.35.fol. 151.verſo,col.2.

Renouatio facienda eſt deſcẽtibus, ſeu proximioribus,abſque differentia conſiſtentium in eodem gradu,q.17.n. 36. fol. 152.col.1.

S.

SENTENtia lata contra dominũ directũ, ſuper renouatione emphyteuſis; nocet poſſeſſoribus, quibus poſt acceptũ renouationis iudiciũ, bona aliquot eiuſdem emphyteuſis ſunt conceſſa,q.10. nu. 18.fol.79.verſo.col. 2.

Sententia lata contra dominum directum, à quo emphyteuta cauſam habet, nocet emphyteutæ habenti notitiam, & ſcientiam litis motæ contra dominum, q.10.nu.18.ibidem.

Sententia lata contra creditorẽ conuẽtum, & ſuccumbentem,præiudicat debitori ſcienti.ibidem.

Sententia lata contra debitorem, præiudicat creditori ſcienti,ibidem.

Sententia declaratoria requiritur, ad auocandam poſſeſsionem, licèt emphyteuſis renouatio,propter lapſum temporis amittatur,q. 11. num. 7. fol. 83. verſo. col. 1.

Sententia declaratoria requiritur, ſi iudex mandet aliquid fieri, ſub pœna excommunicationis, q ſi illud non fiat, non eſt ipſofacto excommunicatus, ſed oportet quòd citetur ad allegandũ, quarè non debeat excommunicari, q. 11. nu. 8.fol.83 verſo,col.2,ad fin.& ſeq.

Seruitus ab emphyteuta impoſita nõ extinguitur, ſi dominus emphyteuſim emat,vel quouis titulo conſequatur: ab emphyteuta enim, hoc caſu dicitur magis cauſam habere quàm à ſeipſo,q.16. n. 22.fol.129.verſo,col.1.

Seruitutes impoſitę,cedente die fideicommiſsi,vel maioratus extinguntur, q. 16.nu.36.fol.132.verſo,col.1.

Solemnitas requiſita, in alienatione rei eccleſiaſticæ, non eſt neceſſaria, quãdo,ſemel facta conceſsio renouatur, q. 11. num.31.fol.89.verſo,col.1.

Solemnitas eadem, an requiratur in renouatione,quæ fuit adhibita in prima conceſsione,q.14.nu.1.& 3. fol. 110. & 111. num.3.

Solemnitas requiſita in actu conficiendo,non requiritur in actu reficiendo, q. 14.num.2.fol.110.verſo,col. 2.

Solemnitas obſeruanda, poſt ſupplicationem,ſuper renouatione,q.20.num. 2.fol.170.col.2.

Solemnitas noua adhibetur in renouatione emphyteuſis,quæſtio. 14. num. 3.fol.111.

SVBROgatum in locum alterius,nedum in vniuerſalibus, ſed etiam in particularibus iudiciis,eius naturam ſapit, ſi hoc expreſſum ſit, ſecus ſi non exprimatur, ſed ſimpliciter quid fiat, q.3. num. 18.fol.14.verſo.col.2.

Subrogatum in locum alterius, omnibus eius priuilegiis, & prærogatiuis gaudet,vndè res permutata,cum re fideicommiſſaria, ſeu dotali,illius naturam aſſummit.q.3.n.19.fol.15.col.2.

SCIENTIA, & pacientia domini, quando neceſſaria ſit,quæſt. 15. num. 39. fol. 121.verſo,col.2.

Scholaſticus ibi requirendus, vbi habitat in vniuerſitate,q.6.n.3.fol.39.verſ.

Seruis & famulis mercede conductis, abſque metu excommunicationis,cum domino excõmunicato participare licèt quanuis ipſi dominum excommunicatũ iuuare non teneantur,nec ad ſeruitiũ ei pręſtandum,q.7.n.3.fol. 47.col. in prin.

SOLVtionis canonis, defectus adeò potens eſt,vt noceat etiam filiis,in inueſtitura comprehenſis q.9.n.4.fo.65.col. 2.in princ.

SANguinis ratio, licèt defuncto ſucceſsionem, ſecundum dñi voluntatem, præſtiterit facultatem petendi renouationem. cõcedere petens non eſt, niſi titulus hęreditarius,quo poſsit defunctus repræſentari,concurrat,q 9.n.29.fo. 70. verſo,col.1.

Sanguinis coniunctio inducit conſenſum in præſente & tacente,q.16.nu 50. fol.135.verſo.col 2.

Succeſſor vltimi emphyteutæ. extincto prædeceſſoris titulo, non legitimus poſſeſſor eſt ſed incipit eſſe detentator, ac ſine titulo dñi poſſeſsionẽ vſurpare, ac proindè, ad fructuum reſtitutionem tenetur,nec fructus facit ſuos ex eo tempore,quo emphyteuſis eſt reſoluta, ac extincta.q.10.n.7.fol.74.verſo,col.2.

STAtutum,ſi excludat fœminas, exiſtẽtibus maſculis,licèt de maſculis,nihil expreſsè diſponat,vocando maſculos ad portiones fœminarum, tamen maſculus ſuccedit,& vocatus cenſetur, & agit ex eo ſtatuto, ac ſi de eo expreſsè diſpoſitũ eſſet,q.17.n.17.fol 147.col.1.

Satutum & pactũ,deferens lucrum dotis marito,habet locum in dote promiſſa.q.18.nu.12.fol.156.col.2.& nu.46.fol. 165.col.1.

STANTE ſtatuto, quòd exiſtentibus maſculis, filia fœmina non ſuccedat, ſi pater recepit emphyteuſim, pro ſe & filiis maſculis, & fœminis prius admittũtur maſculi, quàm fœminæ.q.18.num. 32.fol.160.verſo.col.2.

Statutum iuratum à capitulo,ſeu collegio,ſeu monaſterio,de non renouãdo finitam emphyteuſim, extincta tertia generatione, non tollit filiis, ſeu deſcendentibus vltimi poſſeſſoris, beneficium renouationis. q.11.num.23.fol.87. verſo. col.2.

Statutum contra laudabilem conſuetudinem non valet.q.11.n.28.fol.88 verſo.col.1.

Statutum etiam iuratum,& ab apoſtolica ſede confirmatũ,quando per eius receſſum res reducitur ad ius priſtinum, non tantùm per ſtatuentes, ſed etiã per eorum ſucceſſores reuocari poteſt, nec ob id periurium incurrunt,q. 11. nu. 29. fol.89 col.1.

SVBemphyteuta) inter ſubemphyteutas, & ſubuaſallos, ratione eiuſdem rei reperitur difformitas & differentia. q.13.n.28 fol.104.verſo,col.1.

Subſcribẽs ſe vt teſtis non obligatur, q.16 n 45.fol.135.col 1.

STERilis res poteſt in emphyteuſim perpetuam concedi,q.15.nu. 33 fol. 126.

SVCceſsio de iure feudorum eo modo defertur,ſicuti defertur hęreditas de iure ciuili,& Romano,q.17.nu.37. fol. 152. col.2.

SPEcialius quod eſt, illud attendendum eſt quaſi illud deroget minus ſpeciali, vbi duo ſpecialiter ſunt diſpoſita, q.17.nu.5.fol.144.verſo,col.1.

T.

TACENS in fraudẽ,ſibi nocet,q.16. n. 55.fol.138 verſo col.1

Taceat licèt abſens,non ſibi nocet, q. 16.n.56.fol.139.col.1.

Tacẽti & præſenti vxori, obſtat dos à marito filiæ data q 16.n.57 fo.139. col.1.

Taciturnitas dotis fauore,vel piæ cauſæ inducit conſenſum & animum donãdi.q.16.n.68.fol.139 col.1.

Tacẽs,& præſens frater,qñ de ſuis bonis,vel cõibus,alter frater filiã dotauit, ſibi nocet,adeò vt res donatas; repetere minimè valeat q.16.n.58.fol.139. col.1.

Tacens qui debet reverentiã non conſentit.q.16.nu.59.fol.129.verſo.col.1.

Tacens filius ſibi nocet, ſi eſt emãcipatus.q.16.n 60.fol 139 verſo col.2.

Tacẽdo cõſentit,qui põt cõtradicendo impedire.q.16 n.52 fol.137.col.1.

TEMpus labi,ſi aliquis permittat,intra quod ſibi aliquod ius competebat,& illud non acceptet cenſetur tacitè repudiare.q.5.nu.12.fo.29.col.1.

Tempus legis dicitur pro forma, q. 5. n.13.fol.29.col.2.

Tempus ipſo iure non incipit currere emphyteutæ ad petendam renouationé, ſeu inueſtituram, niſi à die ſcientiæ probabilis, q.5.n.26.fol.33.verſo.

Tempus anni nó currit, niſi à die aditę hæreditatis, q.5.nu.27.fol.33.verſo.col 2.

Tempus anni & diei ad petendam renouationem non currit quando emphyteuta, emphyteuſim non poſsidebat, ſed erat penes tertium, q.5.n.32.fol.35. col. 1.

Tempus datum ad petendam inueſtituram, ſeu renouationem impedito non currit, maximè quando per impedimentum pacificè non poſsidet.q.5.nu.32. fol. 35.col.2.

Tempus anni datum promoto ad curatum beneficium, non currit turbato in poſſeſsione, q.5.nu.32.fol.35.col.2.

Tempus in perſona prædeceſſoris, inceptum ſucceſſori præiudicium, afferre non poteſt.q.6.nu.19 fol.41.col.1. ad fi.

Tempus non currit ignoranti, ſed ſciẽti.q.6.nu.21.fol.41.verſo,col.2.

Tempus ſtatutum ad aliquid faciendũ, ignoranti non currit, ſed à die ſcientiæ, ibidem.

Tẽpus annale, ſeu breuius alicui præfixum, non currit contra ignorantem, q. 6.n.22 fol. 42.col.1.ad fin.

Tempus datum epiſcopo, vel aliis, ad executionem teſtamenti, ſiue à teſtatore, ſiue à lege, non currit ignoranti, q. 6. nu. 23.fol.42 col.2.

Tempus ad cóferenda ſacerdotia prælato ignoranti non currit.q.6.nu.24. fol. 42 verſo.col.1.

Tempus datum ad eligendum ignoranti non currit, ibidem.

Tempus appellandi non currit ignoranti, niſi ſententia lata ſit, in præſentia procuratoris, ibidem.fol.42.verſo.col. 2.

Tempus proſequendæ appellationis, non currit ignoranti, q.6.nu. 25.fol. 42. verſo,col.2.

Tempus anni ad ordinis ſacerdotalis, promotionem ſtatutum, ei qui beneficium curatum obtinet, non currit ignoranti, ibidem, n.25 fol.43.col. 1.

Tempus datum ab arbitris, ad ſoluendum ſub pœna non currit ignoranti, nu. 25.q.6.fol.43.col.1.ad fi.

Tempus productioni inſtrumentorũ non currit ignoranti, nec querellæ, aduerſus teſtamẽtum, nec tempus anni datum agnatis, ad reuocandam alienationem à vaſallo factam.q.6.nu.26 fol.43.col 1.

Tempus, ſeu præſcriptio, non currit ignoranti alienationem, & læſionem, vel ſaltem reſtitutio dabitur.q.6.nu. 27. fol.43.col.2.

Tempus vaſallo, datum ad petendam inueſtituram, ignoranti non currit, q. 6. nu.28.fol. 43.col.2.

Temporis curſum impedit ignorãtia, q.6.nu.29.fol.43 verſo col.1.

Tempus anni ad petendã renouationem, ſi dominus ſit excommunicatus, nõ currit, q.7.nu.1.fol.46.col.1.

Tempus anni ex conſuetudine retractui indultum, vel aliud breuius orta lite inter emptorem & venditorem, ſuper traditione rei venditæ, conſanguineo nõ currit, q.7.n.13.fol.50.

Tempus anni ad promotionem ordinis ſacerdotalis, ei qui beneficium curatum obtinuit præſtitutum non currit, quandiu lis mota, ſuper huiuſmodi beneficio pendet, q.7.n.14.fol.50.col.2.

Tempus executionis teſtamenti, pendente controuerſia, inter hæredes ſcriptos, & venientes abinteſtato, de viribus teſtamenti, interim non currit. q. 7. nu. 14.fol.50.col.2.

Tempus ex integro inſtaurandum eſt, ceſſante impedimento, quoniã tunc currere, incipit.q.7 n.22.fol.52.

Tempus à lege indultum, non minuitur, imò ſi iudex minueret, à lege ſuppleretur, q 11.nu 1.fol.82.col 1.

Tempus renouationi præfixum, dominus poteſt minuere, & coarctare. q. 11. n.2.fol.82.verſo col.1.

Tempus abbreuiari poteſt vaſallo cõſentiente, ad petendam renouationem, q.11.nu 3.fol.82.verſo.col.2.

Tempus conuentionale, ſubrogatur loco temporis legalis.q.11.n.5.fol.83.

Tempus) quæ habet locum in tempore legali, non obtinent, in tempore conuento.q.11.n.6.fol.83.verſo,col.1.

Tempus quo ab initio res fuit in emphyteuſim data, non id quo res meliorata reperitur inſpiciendum eſt, q.12. n. 1. fol. 91.verſo,col.1.





Tempus quando apponitur breuius, aut longius, ad petedã renouationẽ, citra legis prouiſionem, tũc interpellatio extraiudicialis ſufficit ad interrumpendam præſcriptionem anni.q 12.num.7.fol.92. verſo, col.1.

Tempus quando apponitur à contrahẽtibus, cauſa finiendę, ſeu limitãdæ obligationis, eius temporis lapſus, per ſolam extraiudicialem interpellationem interrumpitur.q.12.nu.7.fol.92.verſo col.2.

Tempus petendæ renouationis, ſi ex conuentione partium, citra legis prouiſionem cõſtitutum ſit per extraiudicialẽ interpellationem interrumpitur, q.20.n. 11.fol.172.col.2.

Tempus certum, vel terminum, licèt vbi lex non præfigit ad aliquid agẽdum, illud expedire ſufficiat quolibet tempore vt nulla obſit præſcriptio, tamen vbicunque lex alicuius perſonæ intuitu, vel fauore, ad aliquod lucrum viam aperit, & admittit intra certum tempus, eo elapſo remouet agentem, q.17.num.24. fol. 148.verſo.col.1.

Tempus à iure pręfixum quę non habẽt, etſi tẽporalia ſint, perpetua præſummuntur, ibidem.

Temporis legalis lapſum, ſeu præſcriptionem ſtatutariam extraiudicialis interpellatio non interrumpit, q 12.n.8.fo. 92.verſo, col 2.

Tempus decem annorum, dicitur de antiquo, & illud ſufficit, vt ſolemnitas interueniſſe præſummatur, q.15.num.13. fol.115.verſo,col.2.

Temporis diuturnitas allegari non poteſt, quando actus ſine conſenſu Papæ fieri non poteſt, niſi allegetur ſcientia, & patientia Papæ, q.15.nu.13.fol.116.verſo, col.1.in prin.

Temporis curſus ſupplet defectum tituli in aliis rebus eccleſiarum, & inducit præſumptionem tituli, q.15.n.16.fo.116. verſo,col.1.

Temporis diuturnitas, etiam in beneficialibus inducit titulum præſumptum, vt illum beneficiarius minimè oſtendere teneatur, q.15.n.17.fol.116.verſo,col. 1.

Tẽpus longiſsimum, 30. vel 40. annorum, in beneficialibus, ad inducendum titulum præſumptum requiritur.q.15. nu. 19.fol.117.verſo.col.1.

Tempus 40. annorum, in beneficiis adeò operatur, vt benefici ſtatum omnino mutet, & beneficium ſeculare in regulare transformetur, & èconuerſo.q.15. n.20.fol.117.verſo,col 1.& 2.

Temporis diuturnitas, ſicut in emphyteuſi, ita & in colono titulum præſumptum inducit, & colonum tuetur aduerſus dominum rem vindicantem, q.15. nu.23.fol.118.verſo.col.1.

Titulus emphyteuticus, & inueſtitura præſummitur, & inducitur ſpacio triginta annorum, q.15 n.4.fol.113.verſ.col.1.

Titulus præſumptus, qualiter inducatur, & quæ debeant concurrere, q.15. nu. 4.ibidem.

Titulus legitimus allegatus, præſummitur ex poſſeſsione, ſeu præſtatiõe diuturna, ſi allegetur ab eo, qui illam annuã præſtationem exigebat q.15.n.5.fol. 113. verſo,col.2.

Titulus niſi allegetur, non ſufficit ſola quadragennaria poſſeſsionis allegatio, q. 15.nu.11.fol.115.col 2.

Titulus allegatus, præſummitur ex poſſeſsione decennali, accedente præſtatione diuturna, & ſic cum interuenit traditio, aut factum eius contra quem præſcribitur, q.15.nu.12.fol.115.verſo,col.1.

Titulum & ſolemnitatem, præſummi faciunt, aſsidui actus, & poſſeſsionis continuatio, q.15.nu.13.fol 116.col.1.in prin.

Titulus præſummitur, ſi beneficiarius per decennium beneficium poſsideat, q. 15 n.17.fol.116.verſo col.2.

Titulus non præſummitur in beneficiis, ex temporis diuturnitate, nec in his habet locum fictio, l. cum de in rem verſo ff. de vſuris, q.15.n.22.fol 118.col.1.

Titulum emphyteuticum, & perpetuum allegans, quid allegare debeat, q.15 nu.30.fol.120.col.1.

V.

VACATIO per mortẽ, & vacatio per reſignationem, differunt, q.9.num.2. fol.64 verſo.

VNIO beneficii nondũ vacantis, abſq; poſſeſſoris cõſenſu, ſine illius tamen præiudicio fieri poteſt, q.5.n.5.fol.27.col.1.

VASALLVS, ſi non poſsit inuenire dominum, à quo inueſtituram petat, poteſt proteſtari coram teſtibus, q. 6. num. 16.fol.40.col.2.

# Index.

Vaſallus poteſt reuocare feudum alienatum in extraneum vſque ad triginta annos, ſi verò alienetur in agnatum, habet annum, q.5.num.32.fol.5 col.2 poſt medium.

Vaſallus adhoc, vt feudum amittat, requiritur quòd in dolo verſetur; num.33.q.5.fol.35.verſo.col.1.

Vaſallus, quando culpa ſua deſiit poſſidere feudum, annus ad petendam renouationem non currit, aliàs ſecus, q 5 nu. 33.fol.35.verſo col.2.

Vaſallus poteſt differre poſt annũ petitionem inueſtituræ, ſi domini contendant inter ſe de Baronia, q.7.n.8.fol.48. verſo.col.1.

Vaſallus non poteſt in præiudicium proximioris agnati, feudũ cedere agnato remotiori, licèt in ſui ipſius præiudiciũ poſſit, aliàs proximior reuocare poteſt, q.11.n.4.fol.99.col.2.

Vicinus quando citandus ſit, vide ſupra, verbo, Procurator.

Vaſallus primus manet dominus vtilis, ſeu quaſi vtilis, propter quod à ſecundo ſeruitia exigere poteſt conuenta, in inueſtitura à ſe facta, q.13.nu.23. fol.103 verſo, col.1.

Vaſallus primus infeudans ſecundo retinet quaſdã reliquias & iura ſeruitutũ, & quodam modo dominus dici poteſt, q.13.num.33.fol.105.verſo.col.1.

Vaſallus poteſt ſecundum vaſallum conſtituere, abſque domini conſenſu qui primum reſpicere debet, eique ſeruire nõ domino directo, ſecus eſt in emphyteuta penes quem vtile dominium manere nõ poteſt, q.13.n.42.fol.107.verſo.col.1.

Verbum liberum, & liberè, vide ſupra, verbo, libere.

Verbum in contractibus appoſitum, etiam minimum debet aliquid operari, q.5.n.22.fol.60 col.2.

Verbum liberè, an excludat renouationẽ, q.8.num.14 fol.60 col 2.

Verbum idem, per ſynonimiã, & ſi decies milies in eadem oratione repetatur, nunquam ob hoc à ſua natiua ſignificatione recedit, q.8.n.21.fol.63.

Verbum idem ſæpius geminatum ob ſolam ornatus, & decoris cauſam apponitur ibidem.

Verbum prout ſibi placuerit item, verbum liberè quid importet, q 11.n. 11 fol. 84 verſo, col 2.

Verbum quicquid, vniuerſale eſt, ibi.

Verbum, videlicet, eſt declaratiuum, & reſtrictiuum præcedentium, q.11.n.15. fol.86.col 1.

Verbum tantum, vel dumtaxat, ſtat excluſiuè ad omnia expreſſa, ibidem.

Verbum, nõ vltra, eſt excluſiuum cæterorum non expreſſorum, q.11.n.16. fol. 86.col 2.

Verbum, vltra, limitat numerum expreſſum, cum habet ante ſe negatiuam, ibidem.

Vnus, quando eſt eligendus in fideicommiſſo, familię relicto, vno electo, cæteri excluduntur, q.17.nu.38.fol.152.verſo, col.1.

Vſusfructus finitus conſolidatur ipſo iure, cum proprietate, & emphyteuſis finita cum directo dominio, q.18.num.15. fol.157.col.1.

Vſusfructus pro ſe, & filiis in perſona filiorum dicitur nouus vſusfructus, q.4. n.15.fol.21.col.1.

¶ FINIS.

Supra, verbo, Renouatio, in fi. deſcentibus, lege, deſcendentibus.

[redacted]

¶ Errata quæ irrepſerunt.

In epiſtola.

FOl.1.lin.10.ante fi. vrbis docilium, lege, vrbis domicilium.

¶ Fol 28.col.1 lin.16.ante fi. reuouatio, le. renouatio.

¶ Fol.44.col 2.lin.19.ante fi. inculctatá, leg inculcatam.

¶ Fol.46.verſo, col.1.lin.12. ante fi. Facinus, leg. Ficinus.

¶ Fol.64 col 2 lin 30. petere non poteſt, leg. petere poteſt.

¶ Fol.66 col.1.lin.20 ante fin. proter, leg. propter.

¶ Fol.73 verſo.col.2.lin.11. maſterio, leg. monaſterio.

¶ Fol.84.col.1.lin.2 illud leg. ſi illud.

¶ Fol.91.verſo, col 1 lin.14. ad fin. inſpeciẽdum, l. inſpiciendum

¶ Fol.111.verſo.col.2.nu.3. ſpacio triginta anno. leg. centum ann.

¶ Fol.118.verſo.col.2.lin.17. idem actori, leg. eidem actori.

# Commentarius Analyticus:

## DE RENOVATIONE EMPHYTEVTICA, IN FORO VERSANTIBVS VTILIßIMUS, & Chriſtianæ Reipublicæ maximè neceſſarius, recens in lucem æditus.

AVCTORE FRANCISCO DE CALDAS, PEREIRA, & Caſtro, Iureconſulto Luſitano.

# Quæſtio I.

## SVMMARIVM.

1 RENOVATIO eſt in priſtinum ſtatũ reductio, inſtauratio, ſeu reformatio, & ibi renouare quid ſit.

Renouare hoſpitium, Memoriam, Curam, Moleſtiam, Vetera, Agrum, Amores, Animum, Annos, Aruum, Terram, Bellum, Caſus, Commendationem, Conſilia, Deſyderium, Dolorem, Fœdus, Honores, Humum, Inſtitutum, Luctus, Militiam, Operam, Orationem, Prælium, Recordationem, Scelus Priſtinum, Societatem, Studia, Vulnera.

2 Renouare apud Iureconſultos, eſt rem veterem reparare, ſarcire.

Renouatus contractus, quid ſit.

Nouatio eſt prioris debiti in aliam obligationem, vel ciuilem, vel naturalem trãſfuſio, atque tranſlatio.

Nouationem penſionis cauere à fundi vectigalis poſſeſſore, quid ſit apud I. C.

3 Emphyteuſis noua, & nouũ feudũ, quid ſit.

4 Prælatus, ſi iurauerit non alienare feudũ: nouum tamen, de nouo reuerſum, alienare non prohibetur.

Feudum nouum alienatum, nec filij, nec agnati reuocare poſſunt.

Nouum dicitur, quod fieri incipit, & nunquam fuit. Item, quod nuſquã relatũ.

Nouum emphyteutã appellat Imperator:

5 Nouus emphyteuta dicitur, ille qui ſub priori inueſtitura, non eſt cõprehenſus.

Emphyteuſi accepta, pro ſe, & filijs, & nepotibus filij, vel nepotes non tenentur nouã inueſtiturã petere, ſecus in feudo.

6 Emphyteuſi conceſſa pro tribus perſonis ſucceßiuè, ſublata prima perſona in reliquis, duabus perſonis, quæ vi, & poteſtate legitimæ conuentionis ſuccedunt renouatio, aut noua inueſtitura neceſſaria nõ eſt.

7 Nouum dicitur de nouo ortum, factum, ſeu promulgatum.

Noua lex, Noua forma, noua profeſsio: Tabula, Genus.

Nouum dicitur inopinatum.

Noua obligatio conſtitui dicitur, quæ extra contractum principalem fit.

Nouum pactum, conſenſus, contractus, emptio, iudicium, ius, poſſeſſor, poſſeßio, dominus, cauſa, ratio, facti capita, defenſiones, homo, inſtrumenta, charta, vectigalia, priuilegium, conſtitutio, eccleſia, prouiſio, villa, Regio, fines, riuus, tigna, opus, cloaca, tectorium, vindemia, vinum, frumentum, factum, vſuræ, æs alienum, chriſma, Nuptiæ.

8 Nouum dicitur, quando non habet annum, inde nouæ nuptiæ. Nouitiũ quid apud Iure conſultum. Opus nouitium, negocium nouum, res.

9 Nouum, ſeu antiquum dicitur ſecundũ ſubiectam materiam, & proferentis intentionem. Item, illud cuius extat memoria hominum.

Nouus alicui rei, noua æſtas, ars, coniux, conſilium, factum, forma, frons, fruges, furor, hoſpes, inſula, lex, locus, Luna, maritus, modus, monſtrum, mons, peſtis, prodigium, proles, res, ſol, ſpes, tumultus, verbum, vrbs.

10 Nouare verbum quid, & nouatum, & emphyteuſim nouare, ſeu renouare.

RENouationis emphiteuticæ materia, in foro frequens eſt, eiuſq; in iudiciis continua, & in ſupremis Luſitaniæ tribunalib⁹ aſsidua diſputatio eſt, ac cõtrouerſia, quã nemo hactenus ex noſtris Iureconſultis, quos excellentiſsimos noſtra regio, ſemper aluit, aggredi auſus eſt: ſuſcipere verò ꝓpter rei difficultatẽ nullus ex noſtris, qui patriũ idioma, Regni mores, cõis patriæ viuẽdi rationẽ, conſuetudinẽ, ritusq; optimè callet, vnquàm voluit. Quare me duplex ratio ad eã ſcribẽdã impulit, ac cõmonuit, tùm publicæ vtilitatis ſtudiũ, tùm etiã materiæ ipſius grauis difficultas, & iucunda inueſtigatio, ꝙ eã in vſu quotidiano ſępius agitatã, & à nemine hactenus ex profeſſo pertractatã animaduertã. Rem quidẽ emphyteuticã nr̃o ſeculo præſtãtis, & excellẽtis ingenij Iurecõſultus grauiſsimus, Aluarus Valaſcus, vir togatus, ædito vno elegãtiſsimo, iuris emphyteutici libro (vbi renouationis tractatũ pollicetur) fœliciter, ac dextro omine auſpicat⁹ eſt. Quod quidẽ omniũ quotquot hactenus ſcripſerunt, fœliciùs præſtitiſſet, niſi Nemeſis ſtudioſis oĩbus infeſta, vniuerſæ reip. literariæ, ipſiq; iuriſprudẽtiæ, hanc vtilitatẽ inuidiſſet. Cum enim ad renouationis tractatũ, ſeſe veluti ſtrenuus miles accingeret aduerſa corporis valetudo, & ingruentis in dies ægritudinis moleſtia ex aſsiduis ſtudiorum vigiliis contracta, tùm iniqua literatis ſors, virum illum clariſſimũ, ædito iam præclaro vno ſui ingenij partu, ad reliquorũ librorũ ęditionẽ, in cõe publicę vtilitatis cõmodum feſtinantẽ quaſi de medio inſtituti ſui curſu, interpellarũt. Quãobrẽ cum prima veluti fœtura librũ quinquaginta & ampliùs quæſtiones continentẽ, ſummo cũ ſtudioſorũ applauſu ediđiſſet, robuſtioresq; adhuc partus ſupereſſent, tùm iniqua aduerſi fati acerbitas, ampliſsimã illã ſpẽ cogitationũ, & cõſiliorũ ſuorũ: tùm graues cõium tẽporum, caſus, doctiſsimi hõis fidẽ, & ſponſionẽ fefellerunt: adhæc retardata, debita tñ virtuti ſuæ merces, & fallax expectatio, eximii viri animũ ad pręclara ingenij monumẽta, anhelantẽ, fruſtrata ſuorum præmiorũ ſpe & fiducia penitus deiecit ac cõſternauit. Acceſsit etiã repetitus ſtudiorũ labor, reditusq; in academiã, qui poſt intermiſſa, ac refrigerata, diuturna quiete; & otio ſtudia, & vrbanę militię, glorioſam aduocationẽ ſumma cũ laude perfunctam, defeſsi corporis vires penitus exhauſerunt, ac labefactarũt. Nõ inficiabor tamen opus illud de iure emphyteutico, à doctiſsimo Valaſco elaboratum, nec omnino abſolutum maiorẽ fortaſſe apud viros doctos, admirationẽ, gloriãq; habiturũ. Illud enim ꝑquã rarũ, ac memoria dignũ eſt etiã ſuprema opera, eximiorũ artificiũ, imꝑfectaſq; tabulas, ſicut Irin, Aryſtidis, Tyndaridas Nicomachi, Medœã Timomachi, & Venerem Apellis, in maiori precio, & admiratione fuiſſe, quàm ꝑfecta. Apelles pictor celeberrimus, cum Venerẽ, Cois inchoaſſet ſuperaturus alterã ſuã priorẽ, inuidit mors pacta parte, nec qui ſuccederet operi, ad pręſcripta lineamẽta, & Veneris eã partẽ quã inchoatã reliquiſſet, abſolueret (quoniã oris pulchritudo reliqui corporis imitãdi ſpẽ auferebat) quiſq; inuentus eſt. Quæ res fortaſſe me hacten⁹ aliquãtulũ retardauit, ne hãc editionẽ præcipitarẽ. Cũ ea quæ doctiſs. Valaſcus prætermiſiſſet, & nõ abſoluiſſet, ꝓpter eorũ, quę ꝑfeciſſet, præſtãtiã, perſequi aut æmulari poſſe diffiderem. Quarè, eos q forũ ingrediũtur iuuare cupiẽs lucubratiões q̃s intra anni ſpatium,

tium, licèt variis muneris noſtri occupationibus impediti elaborauimus. (quia caſtigandi propter otij inopiã ſublata oĩo ſpes eſt) feſtinata contra Horatij cõſiliũ publicatione, in omnium vtilitatem ædere nõ dubitaui. Licèt autẽ non paucos induſtriæ noſtrę cenſores pertimeſcam, cõplures tñ operis noſtri admiratores me habiturum confido. Nec homines ſtudioſos, qui ponere non ſolent rumores ante ſalutem, obtrectatorum calumniæ ab ſcribendo deterrere debent. Cum vbiq; hæc tetra lues, & φάρμακον θανάσιμον; graueq; malum vigeat. Sed iam inſtitutum aggrediamur, & oram ſoluenti bene precemur.

1 RENouationis emphyteuticæ materia, & pertractatio, ſterilis eſt, & inculta, ſecundũ Angel. quẽ refert Affl. in c. 1. §. aut ſi poſt, nu. 41. quibus mod. feud. amitt. Eius igitur tractatũ aggreſſuri, operepreciũ fore arbitramur, ſi ab ipſius nominis Æthymologia, & definitione exordiamur.

Et imprimis, Renouatio, nihil aliud eſt, quàm in priſtinum ſtatũ reductio, inſtauratio, ſeu reformatio. Deducta, à verbo Renouo, quod idẽ eſt, quod inſtaurare, ſeu reintegrare, quod tùm ex probatiſsimis auctoribus, tùm ex Cicerone, pro Deiotaro colligitur. *Tu* (inquit) *vetus hoſpitiũ renouare voluiſti*. Et rurſus, de Oratore, *Acerba ſanè recordatio veterem animi curam, moleſtiãq; renouauit*. Renouare autẽ apud grauiſsimos auctores, variè vſurpatur. *Vetera renouare*, dixit Cic. 1. Acad. quæſtio. *Imò verò* (inquit) *& iſtã, & totam veterem academiã aqua abſorptã diu, renouari à te, niſi moleſtum eſt, velim*. Ager quoq; renouatur aratro, Ouid. 5. Triſt. elegia 13. Amores veteres renouamus deſyderio, dixit Catullus ad Caluum. 91. Animum renouare. Cęſar in Commentariis, *At cohortes, ſuis ex terrore firmatis, rurſusq; renouatis animis, legionarios conuerſis equitibus, &c.* Animum à ſacietate, vel fatigatione renouare. Quintil. lib. 6. Orat. inſtit. c. 3. de riſu. Animum quoq; renouare, & reuocare dixit Cic. 2. de orat. *Animos equitum Romanorum, apud quos, tum iudices, cauſa agebatur, ad Q. Cæpionis odiũ, à quo erant, ipſi propter iudicia abalienati, renouabam, atque reuocabam*. Idem, 2. de Inuentione, ſubdit. *Animus aut renouatur, ad ea quæ reſtant, aut omnibus iam dictis exſuſcitatur*. Annos renouauerat Titan. Tibull⁹. lib. 4. ad Mecœnatẽ. 1. Aratrum renouare terram, Ouid. 4. Triſtiũ, eleg. 5. Aruum renouauerat taurus, Ouid. 15. Met. Bellum quoq; renouare, dixit Cæſar, lib. 3. belli Gal. *Id aliquot de cauſis, vt ſubito Galli, belli renouandi, legioniſq; opprimẽdæ, conſilium caperent*, Caſus omnes renouare. Verg. lib. 2. Æn. Commendationem renouare Cicero, ad Trebat. lib. 7. *Multa* (inquit) *mihi crede aſſequère, ego enim renouabo cõmendationem*. Cõſilia belli renouare, Cæſar, lib. 8. bel. Gall. *Cõplures* (inquit) *eodem tempore ciuitates, renouare belli conſilia, conclamabantur*. Deſyderiũ renouare Cicero poſt reditũ ad Quirites. *Frater erat vnus, qui ſuo ſqualore veſtros oculos inflecteret, qui ſuo fletu deſyrium mei, memoriamq; renouaret*. Renouare quoq;, ideſt, iterum dicere. Cic. 2. pro lege Agraria. *Hinc quoniam video vos, homines dignitate, & contumelia legis eſſe cõmotos, renouabo illud, quod initio dixi, regnum comparari, libertatem veſtram hac lege funditus tolli*. Dolorem renouare Vergil. 2. Æneid. Fœdus renouare, Liuius, lib. ab Vrbe, *Cum Laurentibus renouari fœdus, iuſſum, renouaturq; ex eo quotãnis poſt diẽ decimũ Latinarum*, & rurſus, lib. 1. *Fœdus inter Romã, Lauiniumq; vrbes, renouatum eſt*. Cornelius etiã Tacitus, lib. 1. Annalium, *Renouandum* (inquit) *per annos ſacramentum, in nomen Tiberij*.

Renouare honores, Cicero, ad Quinctum Fratrem, lib.2. Renouare humum, Martialis, lib.2. in hæc verba,

*Nam duo de tenera, putrilia corpora, turba,*
*Sanguineam raſtris, quæ renouabat humum.*

Inſtitutum referre, ac renouare. Cic. 1. in Verr. *Hoc inſtitui, atque adeò inſtitutum referri, atque renouari moleſtè ferunt.* Legendo renouare, Cic.1. Academ. *Hæc incluſa habebam, & ne obſoleſcerent, renouabam, quum licebat, legendo.* Luctus renouantur acerbi, Tibullus, lib.2. elegia 7. Memoriam renouare, Cicero pro Muræna, *Et vt Scaurus, memoriam pene intermortuam, generis ſui virtute renouaret.* Et in Verrem, *Itaque Cæſaris munere, Deciorum quidem multo interuallo, per hunc præclarum virum memoria, renouata eſt.* Idem, lib. 1. de Inuentione. *Vt memoria non oratio renouata videatur.* Renouare militiam, Cicero, 7. Verri. *Renouabitur prima illa militia, quum iſte foro abduci, non vt ipſe prædicat, perduci ſolebat.* Renouare operam, Cicero, lib.1. ad Atticum, epiſt. 9 Nouis opibus ſe renouare, Cicero pro Muræna. *Tantum tamen conſilio, atque auctoritate, valuit, vt ſe, Rege Armeniorum adiuncto, nouis opibus, copiiſque renouauerit.* Renouare orationem, Cicero, 1. de Inuentione. Renouare prælium, Cæſar, lib.3. belli Gallici. *Hi noſtros disiectos adorti, prælium renouauerunt.* Liuius, lib.1. ab Vrbe. *Conglobati ad prætorium redeunt, & ſua ſponte prælium ipſi renouant.* Recordationem renouare, Cic. lib.1. de Finibus, *Stulti autem malorum memoria torquentur, ſapientes bona præterita, grata recordatione renouata delectant.* Idem, pro Quinctio. *Tametſi nolo eam rem, commemorando renouare.* Scelus priſtinum in aliquem renouare, Cicero 2. in Verrem. *Quùm in Cneum Dolabellam, ſcelus ſuum illud priſtinum, renouauit, & inſtaurauit Quæſtorium.* Societatem renouare, Liuius, lib.4. belli Punici. *Qui quùm ſe ad renouandam ſocietatem, quæ cum auo fuiſſet, veniſſe dicerent, per ludibrium auditi, dimiſſique ſunt.* Cic Cornificio, lib. 12. *Quòd ſocietatem Reipubl. conſeruandæ tibi mecum à patre acceptam, renouas, gratum eſt.* Studia renouare, Cicero, lib.2. de diuinatione. *Quod cum accidiſſet, noſtræ Reipublicæ, tum priſtinis orbati muneribus, hæc ſtudia renouare cæpimus.* Vulnera alicuius renouare, Ouidius, lib 2. de Triſtibus, & Quintilianus, lib.6. cap.4. *A ſacietate, vel à fatigatione renouat.* Hoc eſt recreat, vel inſtaurat. Inde renouatus, ex Quintiliano, lib.1. cap.3. *Itaque & virium plus afferunt, ad diſcendum, renouati, ac recentes.* Ager quoque renouatus, ex Ouidio, lib.1. Metaph.

*Nec renouatus ager, grauidis canebat ariſtis.*

Lucifer etiam renouatus, vnda Occeani, ex Silio Italico, lib. 7. & ſenecta renouata, in florem redit, Ouidius, 7. Methamorphoſeos, & templum Honoris à M. Marcello renouatum, Cicero, lib.2. de Natura Deorum.

Hinc deſcendit renouatio, ipſe renouandi actus, ex Cicerone ad Atticum, lib.6. *Confeceram, vt ſoluerent centeſimis ſexennij ductis, cum renouatione ſingulorum annorum.* Idem, de claris Oratoribus, *Vſurpatione & renouatione doctrinæ.* Et 2. de Natura Deorum, *A quò rurſum animante, ac Deo renouatio mundi fieret, atque idem ornatus oriretur.* Renouatio timoris, Cicero ad Brutum, lib. 11. *Tam recenti gratulatione, quam tuo nomine, ad omnia Deorum templa fecimus, renouatio timoris magnam moleſtiam afferebat.*

Apud



2 Apud noſtros autem Iurecõſultes renouare eſt, rem veterem reparare, ſarcire, tx. in l. dies, ff. de dãno infecto, vbi I.C. *Dies* (inquit) *cautioni præſtitus, ſi finitur, prætoris, vel præſidis officium erit, ex cauſa, vel renouare, vel protelare.* Renouatum quoque contractum, appellat Iureconſ. in l.1. C. de reſcin. vend. interdum tñ dicit, iterum renouare, l. fructuario, ff. ſi vſufr. peta. Et renouo, à præpoſitione, re, & nouo, quaſi iterum nouo. Inde nouatio, quæ eſt prioris debiti in aliam obligationem, vel ciuilem, vel naturalem, transfuſio, atque tranſlatio, l.1. ff. de nouatio. vnde ſi decem debeam ex vendito, quæ promittam per ſtipulationem Aquilianam, agetur contra me ex ſtipulatu, non ex vẽdito. Aquiliana enim ſtipulatio eſt, quæ ab Aquilio inducta, omnimodo, omnes præcedentes obligationes, nouat, & perimit, l. Aquiliana, ff. de tranſ. per nouationẽ autem à priſtina recedim⁹, obligatione, l. liberto, §. Lutius, ff. de annuis legat. Nouationem penſionis cauere à fundi vectigalis poſſeſſore, eſſe nunc nouũ titulũ expoſcere docet Budæus, in forenſi, quo nomine, nos etiã in praxi promiſcuè vtimur, nouationẽ quoq; emphyteuticã, ſeu renouationem nũcupantes.

3 Dicimus etiã nouam emphyteuſim, & nouum feudũ, quod primò acquiſitum eſt, & in perſona inueſtiti initium habuit, ſi vero à ſucceſſione progenitorum peruenit, antiquum dicitur, c. vni. qui teſt. ſint neceſ. ad nou. inueſt. facien. tradit Oldr. cõſ. 175. aliàs 178. Factum tale. Alber. in Diction. verbo. nouum, Iacoby. de ſancto Georgio. in tract. de feud. verſi. in feudum, diuiſione, 6. Curtius, conſi. 50. dubio 3. & cõſ. ſeq. Soccin. conſil. 252. viſis, vol. 2. Decius, conſ. 53. Placet mihi, & cõſ. 390. Quoniã, ex nu. 4. Alber. Bru. conſi. 68. ſi inſiſtamus, & Ioachym⁹ Miſsing. deciſ. 94. ad fin. cent. 2. Et tres effectus feudi noui, ponit Curtius, in tract feudo. 1. parte, q. 8. col. 2. Iaſo, in l. 2. col. fin. C. de iure emphyt. & Rebuffus, in declar. feudo. num. 10.

4 Vnde ſi prælatus, iurauerit non alienare feudum, nouum tamen, de nouo reuerſum, alienare non prohibetur tex. in c. 2. de feud. gloſ. in c. præceptis, 13. diſtinct. Barbat. conſi. 17. clementiſsimum, volu. 4. Item etiam ſi noui feudi alienatio fiat, ſine domini conſenſu, tunc nec filij, nec agnati reuocare poſſunt, ſed ad dominum reuertitur. Aluarotus, in cap. Titius, in principio, & in §. fina. 21. concluſ. quæ fuit prima cauſ. benef. amitt. Accedente vero domini conſenſu alienatio ſemper valet: quoniam nullius, niſi domini, qui conſenſit, intereſt non habita ratione vtrum filij contradicant, vel non. Aluarotus, in c. 1. in prin. q. vlt. de alien. feud. pater. Myſsinger. deciſio. Imper. 84. alienatio feudi, centur. 4. ad fin. verſic. prædicta tamen obtinent. Niſi feudum hoc duobus fratribus, cum pacto inuicem ſuccedendi, conceſſum foret, quoniam tunc alter frater, cui per hoc noceretur, reuocare poſſet, Aluarotus, in c. 1. §. ſi fuerint. Quibus mod. feud. amittatur. Nouũ autẽ dicitur, q̃ fieri incœpit, & nũquam fuit, c. Nouatianus, & c. non autem, 7. q. 1. l. opus nouũ, ff. de oper. publ. & l. fi. ibidẽ, & l. 2. de variis & extraord. cognit. ibi: *De vſu aquæ, & de riuis nouis.* Vnde nouũ emphyteutam appellat Imperator in l. fin. C. de iur. emph. ibi: *Sed nouũ*

*emphyteutam, in poſſeſsionem ſuſcipere.*
Et ruſus, ibi: *Sin autẽ nouũ emphyteu-
tam.* Item nouũ, Iureconſ. appellat,
quod nuſquàm relatũ eſt, nec vſquã
receptum, l. Quæret aliquis, ff. de
verb. ſign. & l. 1. in fi. ff. de Senator. c.
auaritiæ, de elect. in 6. & cap. Acha-
cius, 24. q. 1. Vnde carmen,

*Res noua Mæonio, nũquã prius eruta cornu*
*Prodiit in noſtras res inaperta manus.*

5 Nouus etiã emphyteuta dicitur
ille, qui ſub priori inueſtitura, non
eſt cõprehenſus, vt tradit Salycet.
in d. l. fi. C. de iure emph. Ex quo
elegãter infert, ꝙ ſi aliquis recepe-
rit emhyteuſim, pro ſe, & filiis, &
nepotibus, huiuſmodi filios, vel ne-
potes nõ teneri nouã inueſtituram
petere. Quod etiã vult glo. 2. verbo
debetur, in auth. ſi quas ruinas, C. de
ſacroſ. eccl. imò ſecũdum Salycetũ,
nec tenebũtur ad quinquageſsimã,
ſeu laudemium ſoluendum dño, &
vtrunq; caſum ſeqr̃ Iaſ. in l. fi. C. de
iure emph. n. 41. & tradit Pariſ. cõſ.
86. n. 9. vol. 4. Quod tñ ſecus eſt in
re feudali, in qua poſt mortẽ pr̃is, &
ſic primi poſſeſſoris, ſeu acquirẽtis
feudum ꝓ ſe, & filiis, &c. tenẽtur fi-
lii, & alii ſequentes ſucceſsiuè intra
annum, & diem inueſtiturã petere,
aliàs feudo priuãtur, c. 1. quo temp.
miles. Vbi ideo in feudo, filii vaſſal-
li debẽt nouã inueſtituram petere,
quia eſt onus ꝑſonale, & nõ reale, &
propterea filij, de nouo dñm debẽt
recognoſcere. Aliud etiã eſt in feu-
do, ratione iuramenti fidelitatis, ꝙ
debet vaſſallus præſtare, antequàm
realẽ inueſtiturã ſuſcipiat, vt in c. 1.
& ibi Bald. quid præced. deb. an iu-
ram. an fidel. & c. 1. qualiter vaſſall⁹
iura. deb. quoniã iuramentum per-
ſonale eſt, c. veritatis, de iure iur.

6 Cæterùm, in emphyteuſi, quæ
frequẽtius, ſub vna verborũ cõcep-
tione tribus perſonis cõceditur, vel
in tertiã generationẽ, id praxis, &
cõis vſus obſeruat, vt ſublata prima
perſona, in reliquis, quæ vi, & pote-
ſtate legitimæ conuentionis ſucce-
dunt, renouatio, aut noua inueſti-
tura neceſſaria nõ ſit, nec ſuccedẽs
nouus dicitur emphyteuta, quoniã
ſub priori cõceſsione, & inueſtitura
cõprehenſus eſt, & hoc iure paſsim
vtimur in hoc Regno, in quo iuxta
Regias ordinationes prior acqui-
rens nominat ſecundã perſonã: &
ſecũda, nominat tertiã, vel emphy-
teuſis ſit conceſſa, pro ſe & filio &
nepote, mortuo enim patre fili⁹, ac
ſubſequẽter nepos, ꝓprio iure ſuc-
cedunt, nec in alterutrius perſona,
renouatio aliqua neceſſaria eſt, cũ
vterq; ex vi cõprehẽſiua ſub prima
inueſtitura cõtineatur. Quod latius
& copioſius pertractabimus in no-
ſtro ſingulari tractatu de nomina-
tione emphyteutica. Quẽ poſt hãc
æditionẽ, in lucem Deo propitio
emittemus.

7 Nouum etiã de nouo ortum, fa-
ctum, ſeu promulgatum dicitur, tx.
in l. in rebus, ff. de conſtit. princip.
*In rebus* (inquit) *nouis conſtituendis, eui-
dens vtilitas, eſſe debet.* Et obligationẽ
lege noua introduci, ait l. vnica, C.
de condict. ex l. & l. quoties duplici,
ff de reg. iur. & l. nam & Seruius, §.
ſi viuo, ff. de negoc. geſt. & l. 2. §. ſed
quia diuina, C. de veteri iure enu-
cleando, ibi: *Natura nouas, deproperat
edere formas.* Et hæc noua quadã pul
chritudine decorata, eſſe ſcribit, tx.
in §. in ſecundo, in proœmio, ff. c. 1.
verſ. prouiſo. vbi Archidia. de elect.
in 6. Itẽ vitia priorũ cenſuum, edi-
tis nouis profeſsionibus euaneſcũt,
l. 2. ff. de cenſib. ideſt de recenti im-
poſitis. Facit l. ꝓponebatur, ff. de iu
dic. ibi: *Vt nulla tabula eadẽ permaneret,
quæ*



*quæ non noua fuiſſet.* ideſt, de recenti
appoſita. Sic accipitur, in cap. 2. de
decim. vbi nouum genus exactio-
nis appellat, clericos à clericis de-
cimas exigere. Licet ibi Panormi-
ta nouum, pro extraneo perperã
interpretetur. Noua etiã & inopi-
nata cauſa dicitur à Iureconſulto,
in l. 3. ff. de cond. indeb. vbi nouam,
& inopinatam cauſam eſſe decla-
rat, veluti nato poſthumo, quem
hęres in vtero fuiſſe ignorabat, vel
natum, l. Titius, §. Lucius, ff, de libe.
& poſth. Nouæ quoque obligatio-
nes, dñr in l. ab emptore, in fi. ff. de
pact. ibi: *Vt nouæ quædam obligationes
conſtituantur.* Et dicuntur quæ extra
contractũ principalem fiunt, l. vſu-
ra, ff. de verb. oblig. Nouum etiam
pactum, in l. ſi vnus, §. pactus, ff. de
pact. ibi: *Non enim ex nouo pacto prior
obligatio, reſuſcitatur, ſed proficiet pactũ
ad nouum contractum.* Nunc primùm
& vltimò factum, vocat Iureconſ.
nouum, vt & ibidem DD interpre-
tantur. Nouus quoque conſenſus,
de nouo præſtitus, in l. item quæri-
tur, ff. locati, in §. qui impleto. ibi.
*Huius enim nouus conſenſus erit neceſſa-
rius.* Nouus quoq; cõtractus de no-
uo factus, l. minor annis, ff. de min.
ibi. *Quia paratam ex iudicati cauſa per-
ſecutionem, nouo cõtractu ad initium alte-
rius petitionis redegerat.* Noua emptio
in l. pacta conuenta, in fi. ff. de con-
trah. empt. Nouũ quoque iudiciũ,
de nouo inchoatũ, vel inchoandũ,
l. Ateius, in fi. de aqua plu. ibi: *De eo
opere, quod poſt litem conteſtatam, factum
eſt, nouo iudicio agendum eſt.* Nouũ etiã
ius dicitur, ꝙ non eſt ſcriptum, nec
conſuetudine roboratũ, ſed de no-
uo à iudice factũ, gl. ſing. in l. 1. verbo
noui iuris, ff. quod quiſq; iuris, quã
ibi approbãt dd̃. & Barb. in c. 2. n. 26.
de conſtit. vel de nouo cõſtitutum,
vt ius authẽticorũ, ius nouũ dicitur
quaſi poſteà factũ, auth. nouo iure,
C. de relatio, & in auth. vt factæ no-
uæ conſt. Nouus etiã poſſeſſor, tx.
in l. ſi cui. §. 1. ff. quib. mod. pign. vel
hypoth. ſol. ibi: *Si debitor forte conceſſa,
venditione, rem deſierit poßidere, & nouus
poßeßor vendiderit*, ideſt de recẽti fa-
ct⁹. Inde noua poſſeſsio deriuatur,
quæ dicitur illa, quæ poſt ſñiam ac-
quiritur tx. in l. ſed & ſi, ff. de noxal.
actio. ibi: *Sed & ſi poſtea in poteſtate eius,
habere cœperit, ſeruũ, tenetur ex noua poſ-
ſeßione.* Dicitur etiã illa, quæ de no-
uo acquiſita eſt, ante annũ, vel quæ
annũ non exceſsit, l. 1. & per tot. ff.
vti poſsid. tradit Rebuf. 3. to. ad ll.
Gall. tit. de materiis poſſeſſ. art. 1. n.
7. Nouus dominus eſt is, qui ex do-
loſa alienatiõe, rei iam obligatæ eſt
effectus dominus, vt ſerui noxalis, l.
de illo, cum l. ſeq. ff. de noxal. actio.
vel nouus dñs, de recenti factus, l.
pen. in fi. ibid. & l. ancillarũ, §. ſi ſer-
uus, ff. de peculio. Noua etiã cauſa
in l. ſi poſt datum, ff. de procura. ibi:
*Si poſt datum procuratorem, capitales ini-
micitiæ interceſſerint, nõ cogendũ accipere
iudiciũ, nec ſtipulationẽ ob rem non defen-
ſam committi, quoniam noua cauſa ſit.* No-
ua cauſa ibi dicitur, quæ de recenti
intenditur, neq; tangit primã l. de
eo, §. 1. ff. ad exhib. ibi: *Nouam cauſam
interuenire, ſi is, qui vindicãdi gratia egiſ-
ſet, poſt acceptũ iudiciũ, eam ab aliquo, ac-
cepit, & ideo exceptionẽ ei non officere.*
Sic etiã dr̃ noua ratio, nondũ aſsig-
nata, ſed nũc primùm reddita. l. 4. §.
ſed, & ꝙ meretrici, ibi: *Sed noua ratio-
ne*, ff. de cõd. ob tur. cauſ. noua quoq;
facti capita articuloſe edere: articu
lare noua facta vocat Budęus, in fo-
renſi. Nouæ quoque defenſiones,
dicuntur, quæ nũc allegãtur l. pen.
cum l. ſeq. C. ſi ſæpius in integ. reſt.
poſtulet. Nouus homo dicitur, in l.

ſi ſeruus, in fine, ff. de adimen. legat. is qui ex libero factus eſt ſeruus, licet, noui homines dicantur, qui per ſe, citra vllius adminiculum clari eſſe incipiunt, nullos maiores præ ſe inſignes habẽtes: vt eſt apud Ciceronem, 6. in Verrem: *Ne iſta præclara nobilitas deſinat quæri, Populum Romanum hominibus nouis, atque induſtriis libenter honores mandare, ſemperque mandaſſe.* Et rurſus, T. Fabio, lib. 5. *Plus tibi virtus tua dedit, quàm Fortuna abſtulit, propterea quòd adeptus es, quod non multi homines noui: amiſiſti, quæ plurimi homines nobiliſſimi.* Item, 7. in Verrem. *Videmus quanta ſit inuidia, quantoque in odio, apud quoſdam homines nobiles, nouorum hominum virtus, & induſtria.* Et Liu. lib. 4. ab Vrbe. *An potius Decemuiris teterrimis mortalium, qui tùm omnes ex patribus erant, quàm optimis regum, nouis hominibus, ſimiles Conſ. ſimus habituri?* Noua quoque inſtrumenta dicuntur nunc primum reperta, tex in l. admonendi, ff. de iureiur. ibi: *Siquis ſe noua inſtrumenta inueniſſe dicat.* Et in l. Imperatores, ff. de re iu. ibi: *Impp. Verus, & Antoninus, reſcripſerunt, quanquam ſub obtentu nouorum inſtrumentorum, reſtitui negocia, minimè oporteat, tamen in negotio publico ex cauſa permittere, ſe huiuſmodi inſtrumentis vti.* Et ſub pretextu nouorũ inſtrumentorum, lites non debent inſtaurari, cap. inter monaſterium, de re iudicata, & in l. ſub prætextu, & ibi glo. C. de tranſact. Noua etiã inſtrumenta vocari poſſunt, quæ nunc facta fuerunt. Noua etiam charta, in qua nihil ſcriptum fuit, l. chartæ de bono. poſſ. ſecund. tabul. ibi: *Chartæ appellatio etiam ad nouã chartam refertur.* Noua quoque vectigalia, in rub. C. noua vectig. inſt. non poſſe. cap. generali, de electio. in 6. vbi glo. & ſic conſuluit Franciſqui. conſi. 9. ſacratiſsime, Et qui nouum vectigal inſtituerit, pœna legis Iuliæ, de ambitu tenetur, l. vni. §. iterum is, ff. de ambitu. & eſt excommunicatus, vt patet in bulla cœnæ domini, art. 2. Ego arbitror nouum eſſe, nunc primum impoſitum, verùm durare nouum, ſic quoad exactionem, vt eius exactio prohibita ſit, niſi ante hominum memoriam impoſitum fuerit vectigal. cap. ſuper, de verb. ſignif. Sic dicitur nouum priuilegium, l. qui autem, ff. ſiquis cautio. noua etiam conſtitutio quæ nouiter promulgata eſt, c. 2. de Conſtit. & in auth. vt factæ nouę conſtit. coll. 5. Noua etiam eccleſia, de recenti conſtructa, cap. ad audientiam, de eccleſ. ędif. Clem. vlt. de relcr. Noua etiam prouiſio eſt, prima Papę prouiſio, ad ad alterius iam factæ ab alio confirmationem, probatur in cap. poſt electionem, de conceſſ. prębend. gloſſ. in regula Chancell. 62. vbi inquit, nouam prouiſionem alium titulum neceſſariò præceſsiſſe, præſupponere. Tradit Rota, deciſio. 531. Primò, & 2. in antiq. Bellamera, deciſ. 116. ſi petens, tradit Rebub. in praxi benef. tit. de noua proui. fol. 191. n. 1. Quintilianus Mandoſ. in tract. de ſignat. gratiæ, pag. 24. titulo Nouæ prouiſiones, in prin. Vnde eleganter Iacobus Puteus, deci. Rotæ, 308. Et 12. April. n. 2. lib. 1. inquit nouam prouiſionem, eſſe præcedẽtis quaſi quandam confirmationem, nec excedere confirmationis naturam.

Sic etiam dicitur noua villa, tx. in l. diuortio, §. impendia, ff. ſoluto matrimonio. Noua Regio, quæ nunc primum eſt acquiſita, alluuione, vel alio modò, l. ex mille, §. pen. ff. de euictio. Nouos quoque fines appellat Iureconſultus, in l. penult. ff. fin.



ff. fin regun. ibi: *Sed demonſtratio confinium, nouos fines, inter fundos conſtituere debet.* Ideſt terminare, decernere fundos de recenti diuiſos. Nouum etiam riuum nõ poteſt, vſufructuarius imponere, l. vſufructuarius nouum, ff. de vſufr. Noua etiam tigna, immitere volentem, in parietem, meum prohibere poſſum, licet antea paſſus ſim, ideſt nondum impoſita, quę nondum habuerat, l. ſi cum meus, ff. ſi ſerui. vendic. ibi: *Si cum meus proprius eſſet paries, paſſus ſim te immittere tigna, quæ antea habueras, ſi noua velis immittere, prohiberi à me potes, imo etiam agere tecum potero, vt ea quæ noua immiſſeris, tollas.* Nouum etiam opus, tex. in l. 1 §. opus, ff. de noui oper. nunciat ibi: *Opus nouum facere videtur, qui aut ædificando, aut detrahendo aliquid, priſtinam faciem operis mutat.* Noua etiam cloaca, tex. in l. fin. C. de cloacis, ibi: *Nouam verò facere, is demum concedere debet, cui publicarum viarum cura ſit.* Nouum tectorium l. vſufructuarius nouum, tectoriũ, ff. de vſufr. ibi: *Aliudque eſt tueri quod accepiſſet, aliud nouum facere.* Noua etiam vindemia, tx in l. 2. de peric. & commo. rei vend. ideſt, de recenti acquiſita, ibi: *Hoc ita verum eſt, ſi is eſt venditor, cui ſine noua vendemia, non ſunt, iſta vaſa neceſſaria.* Inde nouum vinum dr̃ intra annum, poſt annum verò, vetus, l cumquid ff. ſi certum peta. l. vetus, ff. de tritico, vino, & oleo leg. Hinc Plinius, lib. 23. nat. Hiſt. cap. 1. *Nouitium vinum reſinatum nulli conducit.* Et nouitium idẽ eſt, quod nouum. Plautus in Muſtell. *Nouitium mihi quæſtum inſtitui non malum.* Idem, in Capt. 12. Scæ. *Quid tu vna nocte poſtulaſti, & dic, recens captum hominem, & nuperũ, & nouitium te perdocere.* Et Terent. in Eunucho. *Abducit ſecum ancillas, paucæ, quæ circum illam eſſent, manent, nouitiæ puellæ.* Et Quintil. lib. 1. Orat. inſtit. cap 12. *At nouitiis noſtris, per quot annos, ſermo Latinus repugnat.* De quo vidẽdus Valla, lib. 6. Elegant. cap. 59. Sic etiam, nouum frumentum dicitur, in l. 1. C. de cond. in publ. horreis, lib. 10. quia ſingulis annis, renouari frumenta ſolent, vt ibi: maximè in caſtris, & aliis locis, cuſtodiæ addictis. Sic etiam factum nouum vnius anni, l. ſi arbiter, ff. de probat. vel ꝙ de recenti proponitur, & ſic in praxi facta noua vocant dicanici. Sic etiam noua voluntas, l. ſed & cum aliquis, ff. de neg. geſt. ibi: *Si noua voluntate quoque aggredi cœperit.* Nouæ quoque vſurę poſt contractum acquiſitæ, & debitę, l. emptor, in prin. ff. de rei vendi. ibi: *Nam eos vſuris nouis dumtaxat compenſari.* Et nouum æs alienum poſt ſtipulationem cõtractum, l. ſiquis quemquam, ff. ſiquis cautio. Vltimò nouum dicitur, quod fuit, ſed eſſe deſiit, & poſtea renouatur: & dicitur nouum Chriſma, & vetus crematur, c. literis, de conſecr. diſt. 3.

8 Nouũ etiam etiam dicitur, quãdo non habet annum, inde nouæ nuptię intra annum, c. de gradibus, 35. q. 8. ſic noua mancipia vocantur, & vetera poſt annum, l. fin. §. quoties, ff. de public. ibi: *Sunt autem veterana quæ anno continuò in vrbe ſeruierunt, nouitia autem intelliguntur, quæ anno nondum ſeruierint.* l. præcipiunt, ff. de ædilitio edicto. Cuius rei extat Ciceronis teſtimonium in Piſonem. 1. *Syrum neſcio quem, de grege nouitiorum, factum eſſe conſulem.* Idem, pro domo ſua. *Nouitius Ligur.* Quod explicat Valla, lib. 6. elegantiarum, cap. 59. opus quoque nouitium dixit Plinius, in præfat. nat. Hiſtoriæ. Noua etiam inſolita, dicuntur, l.

ſi negocia, ff. de negociis geſtis, ibi: *Veluti ſi nouum negocium, quod non ſit ſolitus abſens facere*, l. fiſtulas, §. fin. vbi Bald. ff. de contrah. empt. Soccin. conſ. 110. ſuper cõtrouerſia, col. penult. vol. 3. Vnde ſi princeps committat alicui, vt cognoſcat de nouis rebus, intelligetur de inſolitis Barbat. & DD. in cap. 2. de conſtit. Ego tamen exiſtimarem, intelligi de rebus nouis, ideſt de nouo ortis. Vnde nouum ſummitur etiam pro inaudito, l. 1. in prin. ff. de vẽtre inſpicien. ibi: *Nouam rem deſyderas*, id eſt inauditam, ac inſolitam, l. in ambiguis, § non eſt nouum, ff. de reg. iuris, ſic Cicero actio. 4. in Verrem, *Noua & inopinata hæc tibi ſunt*. Idem, Cic. lib. 1. de Orat. *Nihil* (inquit) *dicam reconditum, nihil expectatione veſtra dignum, nihil aut inauditum vobis, aut cuiquam nouum*. Hinc dicimus, non nouum, illud quod eſt frequẽs, ac vſitatum, l. non eſt nouum, cum l. ſeq. ff. de legib. cap. non eſt nouum, 8. q. 1. l. rem non nouam, C. de iudicis.

9 Poſtremo nouum, ſeu antiquũ dicitur ſecundum ſubiectam materiam, & proferentis intentionem d. l. rẽ non nouã, & l. apud antiquos, C. de furtis. Sic conſuluit Bal. conſ. 370. verba reſcripti. vol. 3. Multa in hanc rem ſcribit Ludo. Roman. in repet. l. ſi vero, §. de viro. fallent. 50. ff. ſol. matr. & DD. in prælud. ff. noui. Nouum etiam dicitur interdum, cuius extat memoria hominum. Antiquum poſt hominũ memoriam, l. 1. §. fin. & l. in ſumma, §. 1. ff. de aqua pluu. arcen. Nouum verò apud politioris literaturæ auctores variè accipitur. Alicui rei nouus, Tacitus in vita Agricolæ, *Miſſus Petronius, Turpilianus tanquã exorabilior, & delictis hoſtium nouus*. Ideſt propitius, Nouas quoque ædes, dixit Plautus in Moſtell. Æſtas noua, apud Verg. lib 1. Æneidos. Nouus amator, apud Plautum in Trucul. Anguis nouus poſitis exuuiis Verg. 3. Georg. Artes nouas verſat. Verg. Æneid. lib. 4. Bella noua mouere, Verg. lib 6. Æneid. Carmina noua, magna, & admirãda, Virg. Ecglo. 3.

*Pollio & ipſe facit noua Carmina, &c.*

Coniux noua, Senec. Octaui. Conſilia noua verſat pectore Verg. lib. 1. Æneid. Factum nouũ Ouid. 8. Metham. Forma noua viri, Verg. lib. 3. Æneid. Fronde noua viret viſcum, Vergil lib. 6. Æneid. Fruges nouæ, Verg. lib. 1. Geor. Furor nouus, inopinatus. Verg. 5. Æneid. *Quis furor iſte nouus?* Nouus hoſpes, Verg. lib. 4. Æneid.

*Quis nouus hic noſtris ſucceſſit ſedibus hoſpes?*

Inſula noua, Liuius lib 9. belli Maced. *Nunciatum erat, haud procul Sicilia inſulam, quæ nondum ante fuerat, nouam editam è mari eſſe.* Recẽs, & noua lex Cicero pro Flacco ad Brut. lib. 2. Locos nouos explorare, Verg. lib. 1. Æneid. Luna noua, Cicero ad Atticum, lib. 10. Maritus nouus, Plaut. in Caſsin. *Nam nouum maritum hinc, & nouam nuptam volo.* Terent. in Adelph. *Ego nouus maritus, anno demum quinto, & ſexageſsimo fiam, atque anum decrepitam ducam?* Mens noua, Horat. 3. Carm. ode. 25. nouo modo Plaut. Milit. *Nouo modo tu homo amas.* Idem, Terentius, in Phormione, *Neque huius ſis veritus fœminæ primariæ, quin tu nouo modo ei faceres contumelias.* Monſtra noua, Senec. Octau. Mens nouus, Verg. Æneid. 2. Peſtis noua, Ouid. 9. Metham. Prodigium nouum, Vergil. 3. Æneid. Proles noua, Horat. Carm. Res nouæ Cicero, lib. 2. de lege Agr. Res inuſitata, & noua, Cicero ad Atticum, lib. 3. *Res nouæ, & inſignes, diutius in animo manent.* Auctor ad Herennium, lib. 3. rebus nouis gaudere, Lucretius, lib. 5. rebus ſtudere nouis, Cicero, 1. in Catil. Nouus ritus, Horat. 3. Carmi. ode. 1. *Sole nouo terras, irrorat Eous*, Vergil. Geor. 1. Spes nouas donare Horat. 4. Carm. ode. 13. Tumultus noui. Horat. 2. Serm. Saty. 2. Verba noua, Horat. 4. Carm. ode. 2. Vrbẽ nouã condere, Verg. lib. 1. Aen.

10 Hinc nouare verbum, hoc eſt, nouum, ſiue recens facere. Cicero ad Catonem, lib. 15. *Qui nouari aliquid volebant.* Salluſtius *Conſul optimum factu ratus, noctem, quæ inſtabat, antecapere, nequid eo ſpatio nouaretur.* Martialis lib. 14. *Debebis quoties ſcripta nouare voles.* Quintilia. lib. 3. cap. 9. *Hoc quoque idem aliquatenus nouat.* Agrũ nouare dixit Cicero. 2. de Orat. *Subacto mihi ingenio opus eſt, vt agro nõ ſemel arato, ſed nouato, & iterato, quò meliores fœtus poſſit, & grandiores ædere.* Nouatum agrũ appellat Budæus, diu ante ſemẽtem cultum, vt interim fermentaretur, & ſub ſementẽ iteraretur. Cultus nouare Sthatius. 1. Thebaidos. Fata nouare Ouid. 2. Metam. *Et bis tua fata nouabis*, & Vergil. lib. 5. Aeneid. *Fortuna fidem mutata nouauit.* Et Valerius, lib. 2. Argonauticôn, *Iura nouare*, & Ouid. 4. Metham. *Nomen, faciemque nouauit.* Idem, 3. de arte aman. *Opus nouauit.* Vergil. lib. 5. Aeneid. *Tranſtra nouant ipſi.* Et Cic. lib. 3. de Oratore, *Verba nouamus, & facimus ipſi.*

Nouare quoque apud Iureconſultos idem eſt, quod immutare, vt per tot. C. nihil, nouari appell. pẽd. in quem ſenſum alludit illud Suetonij, in Domitiano, c. 7. *Multa etiã in communi rerum vſu nouauit.* Et Cic. lib. 3. de legib. *Nihil habui ſane non modo multum, quod putarem nouandum in legibus.* Et Vergil. lib. 4. Aen.

*Aeneam fundantem arces, ac tecta nouantem, — Conſpicit.*

Noſtri etiam interpretes, dicũt emphyteuſim nouare, ideſt nouá facere, ſiue renouare, vel denuò cõcedere, inde nouationem facere ideſt, promiſsionem nouá facere, l. chyrographis, ff. de adminiſt. tuto. ibi: *Aut ad nouationem faciendam cogere.* Hæc obiter pro bonarum literarum candidatis, dixiſſe ſatis ſit. Nũc vero ad ipſius renouatiõis emphyteuticæ quæſtiones deſcendamus.

# Quæſtio II.

## SVMMARIVM.

1 *Renouatio emphyteuſis, tunc contrahitur quando ſemel extincta, finito tempore, à domino directo, iterum emphyteutæ, ſeu eius deſcendentibus, vel agnatis rurſus conceditur, & renouatur, nu. 1. q. 2.*

*Renouatur id quod finitum eſt, id quod durat prorogari dicitur, q. 2. n. 1.*

*Renouatio operatur eum effectum, quem operatur reſtitutio. q 2. n. 1.*

2 *Renouatio emphyteuſis ſcripturam requirit, q. 2. n. 2.*

*Contractus emphyteuticus ſcripturam requirit.*

3 *Renouatio emphyteuſis ex tacito domini conſenſu & manſione in emphyteuſi non inducitur, q. 2. n. 3. & n. 5.*

*Conſenſus tacitus non ſufficit in contractu, qui ſcripturam requirit, q. 2 n. 3.*

4 *Emphyteuſis per tacitum domini conſenſum*

*ſenſum renouatur, & per patientiam recipiendo penſionem ab emphyteuta poſt caducitatem.*

*Scientia & patientia domini, videtur inducere nouum mandatum, & illud renouare, ſi poſt reuocationem dominus procuratorem agere paſſus eſt.*

5 *Scripturam in emphyteutico cõtractu minimè requiri plures adſtruunt.*

*Caducitas ex non ſolutione canonis proueniens, tacitè ex repetitione canonis cenſetur remiſſa.*

6 *Renouatio emphyteuſis tacita inducitur ex repetitione canonis, quando in prima cõceſſione pactum fuit adiectum, quòd finito tempore fieret renouatio.*

*Actus præſumitur factus ex cauſa neceſſaria.*

7 *Renouatio inducitur, abſque alia noua ſcriptura, quando emphyteuſis eſſet Petro & Martino, & cuilibet eorum in ſolidum conceſſa.*

8 *Renouatio emphyteuſis, mutatis ſucceſſoribus fit principaliter ex quatuor cauſis.*

*Inſtrumentum antiquũm emphyteuſis renouari debet.*

9 *Pactum de renouando appoſitum, in cõceſſione emphyteuſis, producit efficacem neceſſitatem, ex præcedenti cõuentione de renouando.*

10 *Renouatio emphyteuſis etiam fit ratione tollendæ obſcuritatis, & difficultatis, probationis, vt quia per inſtrumenta antiqua, non apparent cõfines terræ, ſeu rei emphyteuticæ, & tunc renouatur inſtrumentum, vt confiniũ ambiguitas tollatur.*

11 *Renouatio etiã fit ratione mutatæ ſucceſſionis in ſucceſſorem ſingularem, quæ fit tripliciter.*

12 *Dominus tenetur recipere, & admittere nouum emphyteutam, in quem per primum emphyteutam, ſeu poſſeſſorẽ, fuit tranſlatum ius emphyteuticum, & huic nouo, & recenti emphyteutæ, renouationem, & nouam inueſtituram facere tenetur, & ei corporalem poſſeſſionem tradere.*

13 *Renouatio emphyteutici inſtrumenti à Domino peti poteſt, quãdo inſtrumẽtum emphyteuticum eſſet deperditũ.*

14 *Suſceptio, ſeu admiſsio noui emphyteutæ per procuratorem fieri non poteſt. Secus in feudo, vt ibi.*

15 *Tertia generatione finita, per renouationem noua locatio, ſeu conceſsio contrahitur.*

16 *Renouari non ſolùm dicitur illa conceſsio quæ ſemper vna eſt, & ſemper durat, ſed etiã illa, quæ iam finita eſt, & extincta.*

1 REnouationẽ emphyteuticam, tunc demũ celebrari intelligimus, cum emphyteuſis, ſemel extincta, vel per generationem finitam, vel cõmiſſum, vel etiam pacto, & conuentione partium, finito cõceſsionis tempore, à domino directo, iterum emphyteutæ, ſeu eius deſcendentibus, vel agnatis conceditur, & renouatur. Id vero quod adhuc durat, non renouari, ſed prorogari & protelari dicitur. l. dies, & ibi gl. & DD. ff. de damno infecto, & l. ſed ſi manente, ff. de precario, tradit Auguſti. Beroius, conſi. 119. n. 2. vol. 1. Eum autem effectum, operatur renouatio, quem & reſtitutio, quæ rem ad priſtinum ſtatum, quo ad omnia reducit, l. 1. & l. fin. C. de ſentent. paſsis, & l. 1. C. ſi aduerſ. tranſ. plura in hanc rem congerit Afflict. in tit. hic finitur lex Federi. not. 6. n. 1. cum ſeq.

2 Emphyteuſis autem renouatio, ſcri-



pturam requirit, vt in l. 1. C. de iure emphyt. cui ſuffragatur communis, & recepta ſententia, quę generaliter in omni emphyteutico contractu ſcripturam requirit, neceſſariò, gloſſ. in §. adeò, verbo, nec ad locationem, in fi. inſtit. locati. vbi Claud. & nouiores, glo. in l. contrahitur, ff. de pignor. & in l. pactum quod bona fide, C. de pact. Petrus, Cyn. Bald. d. l. 1. C. de iure emphyt. & ibi Albericus, Probus dicens communem ad Ioãnem Monachum, in cap. 1. §. poſtquã, de cenſi. nu. 5. Alex. conſi. 136. nu. 8. vol. 1. Bald conſi. 220. Proponitur, n. 1. vol. 1. Bald. in l. teſtium, n. 1. C. de teſtib. & ibi Saly. col. 2 Hoſtien. in ſumma de locato, n. 11. Ryminald. d. l. pactum, verſi. & in quantum gloſſa, & plures refert Paris, de Puteo. in tract. de reinteg. feudi, cap. pone quod eſt quęſtio. fol 34. n. 3. dicit cõmunẽ Angel. d. §. adeò, Salyc. d. l. 1. n. 5. Iaſo. nu. 61. Imola, in cap. potuit, n. 7. de locato. poſt antiquos, vbi dicit communem, & ibi Barbatia, num. 12. Anan. n. 24. & Beroius, 75. Soccinus, conſilio 120. circa primum, num. 24. vol. 4. Afflict. deciſio. 72. nu. 7. dicit communẽ Catilia. Cotta, in memorabil. verbo, emphyteuſis conceſſa, Benincaſius, in §. omnium, num. 39. inſt. de actio. Anton. Gomez. 2. tomo, cap. 2. nu. 17. Quæ eſt verior ex receptior ſententia, tùm ex iuribus, quibus ea communis ſententia nititur, quæ toties inſtrumenti mentionem inculcant, vt conſtat ex d. l. 1. ibi: *Scriptura interueniente*, tùm etiam ex l. 2. eiuſd. tit. ibi: *Emphyteuticis inſtrumentis*, & l. fin. eod. ibi: *Emphyteuticum inſtrumentum*, & in auth. de non alien. coll. 2. in §. Si verò xenones, ibi: *Inſcribi inſtrumentum*, & in §. adhæc, ibi: *Tabellionem quidem*, & §. hæc igitur omnia, & in §. quia veriſimile, verſic. tabelliones, & in §. fin. ibi: *Inſtrumentorum emphyteuticalium*. Tũ etiam ex Ordinatione noſtra Regia, lib. 3. tit. 45. ibi: *Aforamentos*, quæ ſcripturam requirit in huiuſmodi cõtractibus. Denique hanc vt communiorem ſequitur Iulius Clarus, lib. 4. recept. ſentẽtiarum, verbo. emphyteuſis, q. 4. & eo non relato, ab ea quoq; recedere non eſt auſus doctiſsimus Valaſcus, lib. de iure emphyt. q. 7. nu. 2. verſi. veruntamen. Licet plures à Claro, & Valaſco relati contrarium ſed perperàm tentauerint. Eaq; recepta ſententia apud nos citra controuerſiam in foro, & in tribunalibus obſeruatur, quam non parum iuuat, Ordin Reg. lib. 4. tit. 36. quæ in emphyteuſi eccleſiaſtica pro ſubſtantia contractus ſcripturam requirit.

3 Quamobrem emphyteuſis renouatio, iuxta ſuperiorem reſolutionẽ, ex tacito domini conſenſu, & manſione in emphyteuſi, ex eo quòd quis poſt finitam emphyteuſim, vel poſt tempus præfinitum, in ea perſeuerauerit, non inducitur, nec cenſetur facta, quoniam cum emphyteuſis ſcripturam requirat, tacitus domini cõſenſus, nihil prodeſt, text. in l. necui, C. locati. & hanc ſententiã expreſſe tenet Bald. in l. vni. q. 11. n. 32. C. quando non pet. part. idem Bald. in l. item quęritur, §. qui impleto, ff. locati, quẽ ſequitur Alex. conſi. 17. incip. viſo inſtrumento locationis, n. 12. vol. 4. & conſi. 76. n. 4. vol. 5. Decius, conſ. 328. num. 1. Iaſo, in l. 1. n. 66. C. de iure emphyt. Beroius, in cap. potuit, n. 78. de locato, Cotta, verbo. emphyteuſis, cõceſſa, Carolus Ruin. conſil. 107. n. 7. vol. 4. & conſ. 91. num. 13. vol. 1. Craueta, conſil. 87. num. 3. Soccinus Iunior, conſilio. 9. num. 15. & 17. vol. 3. idem. Ruinus, conſil. 110. num. 1. vol. 1. vbi aſſerit emphyteuſim, per patientiam non renouari, & rurſus, conſil.

præparare, in prin. coll. 1. & ibi gloſſ. verbo, antiquitatis: idem tenet Spec. tit. de emphyteuſi, §. nũc aliqua, verſ. 160. vbi dicit idem fieri perdito inſtrumento emphyteutico, idem tradit Felyn. in cap. accedens, in 1. col. 2. vt lite non cont. tradit Bald. in auth. ſi quas, n. 6. & ibi Iacoby. nu. 131. C. de ſacroſ. eccleſ. & Caſſan. in Conſuet. Burg. rubr. 11. nu. 16. Vnde eleganter Imola, licet ſub dubio aſſerit, in l. 2. ad fin. ff. ſol. mat. hoc procedere in quocunque contractu, ſcilicet, quòd vbi inſtrumentũ eſt antiquûm, renouari debet, quod tradit Barto. in l. chyrographis, in princ. ff. de adminiſtr. tut. & in l. ne caſu, C. de diſcuſſoribus, lib. 10. & Romanus, in l. ſi finita, §. eleganter, ff. de damno infecto.

9 Secundò, Renouatio fit ratione neceſsitatis, quod dupliciter contingit, vno modo quando ſcilicet in cõceſsione emphyteuſis, apponitur pactum de renouando finita tertia generatione, in tertiam generationem, quo caſu oritur neceſsitas ex præcedenti conuentione, de renouando, gloſſ. in §. neque illud, in auth. de nõ alien. aut permut. reb. eccleſ. coll. 2. tradit Bald. in d. auth. ſiquas ruinas, n. 6. verſi. ſecundò, & Caſſan. in conſue. Burg. rubr. 11. § 6. num. 17. licet Spec. tit. de emphyt. §. nunc aliqua, aſſerat quòd pactum renouationis faciẽdæ, non tenet, in emphyteuſi Conſtantienſis eccleſiæ, ſecus alterius eccleſiæ, per §. licentia, in auth. de alienat. & emphy. & in auth. perpetua, C. de ſacroſ. eccleſ. verſi. vt autem præſentem materiam.

Altero modo oritur hæc neceſsitas ratione conſuetudinis, quia ita conſuetum eſt, vt renouetur, ad hoc vt aliquid emolumenti ſoluatur pro renouatiõe, quod appellatur laudemium, arg. l. domini prædiorum, C. de agricolis, & cenſit. lib. 11. Bald. d. auth. ſiquas, n. 6. & ibi Iacoby. nu. 132. Caſſan. d. §. 6. nu. 18.

10 Tertiò, principaliter fit renouatio, ratione tollendæ obſcuritatis, & difficultatis, probationis, vt quia per inſtrumenta antiqua non apparent cõfines terræ, ſeu rei emphyteuticæ, certè oportet, innouari inſtrumentum, vt confinium ambiguitas tollatur, arg. l. eos, ff. fin. reg. & l. Lutius, ff. de actio. empt. & l. ſi prædiorũ, C. ad leg. Falcid. Bal. d. auth. ſiquas, num. 6. & ibi Iacoby. nu. 133. Caſſan. vbi ſup. num. 19.

Quartò principaliter, fit renouatio ratiõe mutatæ ſucceſsiõis, Quod dupliciter contingit vno modo in vniuerſalẽ hæredem, ſeu ſucceſſorẽ, & in cenſum, perpetuum, vel emphyteuſim perpetuam, vt tollatur materia negationis gloſſ. d. auth. ſiquas, & habetur in l. male agitur, C. de præſcrip. 30. vel 40. annorum, Iacobyn. d. auth. num. 134. & poteſt eſſe ratio, quia ſicut apocha debetur ſoluenti, l. plures apochis, C. de fide inſtrum. ita, & antapocha recipiẽti, quæ debet continere renouationem, Caſſan. d. §. 6. num. 21.

11 Alio modo ratione mutatæ ſucceſsionis, in ſingularem ſucceſſorem fit renouatio, propter triplicem cauſam. Primò, propter quandam commoditatem, quã ſentit dominus cenſus, vel eccleſia, quia habent quinquageſsimã, vel aliquid ex renouatione veluti ſiquis emat rem emphyteuticã, quam habeat ex contractu, ſeu titulo ſingulari: quo caſu conſuetudo attendenda eſt, vt tradit Dynus, in l. his verbis, § fin. ff. de legat. 3. & de hac renonatione loquitur l. fin. C. de iure emph. & ibi gloſ. verbo. æſtimationis, vbi Iaſo tradit num. 33. & tex. in cap. potuit, de locato. Et hæc renouatio





ſcripturã requirit, nã nunquã intelligr̃ tacitè facta, vt not. Bald. in l. 1. q. 11. verſi. ſed nunquid, C. qñ non pet. partes pet. accreſc. Secundò ꝓpter obligationẽ cẽſus, quia obligat ſe ſingulariter ſucceſſorib⁹ ad cẽſum, ad quẽ nõ tenebatur ex obligatiõe auctoris. Facit ꝙ not. in l. ſi vſusfruct. nomi. ff. vſufr. queãdmod. cau. tũ etiã quia ſingularis ſucceſſor, obligatiõe ꝑſonali, qua emphyteuta adſtringebatur, nõ alligatur, quoniã ꝑſonalis obligatio, fundũ nõ ſeqr̃, l. fin. §. fin. ff. de contr. empt. l. 1. §. ſi hęres. ff. ad Treb. Iacobi. à Sancto Georg. d. auth. ſiquas, n. 134. Tertiò fit ꝓpter cõmodũ, & vtilitatẽ ipſius ſucceſſoris, quia ipſi expedit, quo caſu deinceps poſt factã renouationẽ, illius generatio attẽditur, non auctoris, quia ex ſucceſſoris perſona ſummit initiũ. Vñ ſi nõ eſſet facta renouatio, reſoluto iure datoris, acceptoris ius reſolueretur. l. lex vectigali, ff. de pig. & l. peto, §. prædiũ, ff. de leg. 2. & l. neceſſariò, §. ſi. ff. de peric. & cõmo. rei vẽd. & l. ſi ex duobus, vbi ꝑ gl. & Dyn. ff. de aſsig. liber. ita tradit Bal. d. auth. ſiquas, n. 7. ſeqr̃ Caſſa. d. §. 6. n. 22. & Iac. à S. Geor. in rep. auth. ꝗ rẽ, C. de ſacroſ. eccl. n. 135. cũ ſeq. refert etiã Affl. in c. 1. § aut ſi, n. 40. quib. mo. feu. amit. & Iaſ. in l. ſi. C. de iu. emph. n. 33.

12 Ex prędictis infertur notabilis in praxi reſolutio, ꝙ dñs tenetur recipe & admittere nouum emphyteutã, in quẽ, per primũ emphyteutã, ſeu poſſeſſorẽ fuit tranſlatũ ius emphyteuticũ, vel etiã trãſlata melioramẽta, q̃rè dñs huic nouo & recẽti emphyteutę, renouationẽ, & nouã inueſtiturã facere tenetur, eiq; corporalẽ poſſeſſionem tradere, text. in l. ſi. verſ. neceſsitatẽ, C. de iure emph. ibi: *Neceſsitatẽ autẽ habere dominos, ſi alijs melioratio ſecundũ præfatum modũ vẽdita ſit, accipere emphyteutã: vel ſi ius emphyteuticũ, ad ꝑſonas nõ prohibitas, ſed cõceſſas, & idoneas, ad ſoluendũ emphyteuticũ canonem trãſponere emphyteuta maluerit, non cõtradicere, ſed nouũ emphyteutã, in poſſeſsionẽ ſuſcipere, &c.* quẽ tx. ad hoc idẽ ꝑpendit Iaſ. n. 32. & ibi. gl. verbo, æſtimatiõis, inquit hoc eſſe, ꝙ hodie dr̃, ꝑ renouationẽ dari. Quarè ſi emphyteuta emphyteuſim alienauerit, in tertiũ de cõſenſu dñi, debet dñs facere nouã inueſtiturã, ſeu renouationẽ, huic ſingulari ſucceſſori, ratione mutatæ ſucceſsionis. Idẽq; iuris eſt, qñ ius dñi directi, mutatur, ſeu trãsfertur in aliũ tertiũ, in quem dñs directus alienauit, tunc enim emphyteuta põt petere ab iſto nouo dño directo renouationẽ inueſtiturę, ſecundũ Spec. in §. nũc aliqua, verſ. 165. per tx. in l. oẽs. 3. in ſi. ff. vſufr. queãdm. caueat, ibi: *Si hæres alienauerit proprietatem, & poſtea amittatur vſusfructus, an ex ſtipulatione agere poſsit, videamus? Et fortius dici poteſt, ipſo iure non cõmitti ſtipulationem, quia neq; hæredi ſucceſſoribusùe eius reſtitui poteſt: nec is cui põt ideſt, ad quem peruenit proprietas, pertinet ad ſtipulationẽ, ſed is ad quẽ peruenerit, tempore quæſiti domini, ſibi proſpicere alia quoque cautione debet, quod etſi non fecerit, nihilominus in rem actione vti poteſt.* Sicuti fit in caſu, è cõtrario, qñ primus emphyteuta alienat in aliũ, ita Iaſ. in l. ſi. C. de iure emph. n. 35. verſ. Secũda.

13 Põt etiã emphyteuta, à dño inſtrumẽti renouationẽ petere, qñ inſtrumẽtũ emphyteuticũ eſſet, deperditũ, vt poſt Spec. tradit idẽ Iaſ. d. l. ſi. n. 35. ꝑ tx. in l. Chyrographis, in prin. ff. de admi. tu. quẽ B. ibi adhoc obſeruat I. C. in hęc verba: *Chyrographis debitorũ incẽdio exuſtis, cũ ex inuẽtario tutores, cõuenire eos poſſent, ad ſoluẽdã pecuniã, aut ad nouationẽ faciẽdã cogere, &c.* vbi gl. verbo. nouationẽ, ſubdit ꝙ amiſso inſtrumẽto, debitor d̃nouo ꝓmittere cogr̃.

14 Hæc autem ſuſceptio, ſeu admiſſio noui emphyteutę, quæ per dominum fieri debet, per eius procurato-

rem fieri non poteſt, quoniam quædã per nos metipſos poſſumus, quę tamen per procuratorem nõ poſſumus: prout in l.2.C. de his qui ven. æt. quare dominus tenetur admittere, & inueſtire nouum hunc emphyteutam per ſeipſum, vel per literas, non per procuratorem, per tex. d.l. fi. ibi: *Non per conductorem, vel procuratorem, ſed ipſos dominos per ſe, vel per literas ſuas*, ꝙ etiã obſeruat Iaſo ibidem, n.38. Secus autem eſt, in feudo, cuius inueſtitura vaſſallo fieri põt, ꝑ procuratorẽ dñi, c.1.§. ſed vtrũ, per quos fiat inueſtitura, ꝙ latiùs proſequitur Salyc. d.l. fin.

Pro huiuſmodi autem renouatione, ſeu admiſsione noui emphyteutę dñs directus, nihil pręter quinquageſſimã pretij partẽ, in recognitionẽ directi dñij accipere põt, ꝙ barbaro nomine *Laudemiũ* nuncupãt, tex. in d.l. fi. ibi: *Et nè auaritia tenti domini, magnã molẽ pecuniarũ, propter hoc efflagitẽt (quod vſque ad præſens tẽpus perpetrari cognouimus) nõ amplius eis liceat, pro ſubſcriptione ſua, vel depoſitione, niſi quinquageſimã partẽ pretij, vel æſtimationis loci, qui ad aliã perſonã trãſfertur, accipere*, & ibi gl. verbo, accipere, quæ ſubdit, à nouo emphyteuta, quã dicit ibi ſingul. Iaſ. n. 41. Pro qua facit, ꝙ in ſimili tradit Bal. in l. ſi preciũ, col.2.C. de ædil. actio. vbi inquit, quòd qñ in ſtatuto, nõ fit mẽtio quis debeat ſoluere gabellam, intelligitur quòd ſoluat acquirẽs, & nõ vendẽs, ꝑ tx. in l. debet. ff. de ædil. edicto. idem Bal. in rub. C. de reb. credit. q.3.

15 Tertia autẽ generatione finita, ſi ob id emphyteuſis ad dñm directũ, vel ex alia cauſa deuoluatur, ꝑ renouationẽ noua locatio, ſeu conceſsio cõtrahitur, cũ prior fuerit finita, q̃re nouus cõtractus fieri dr̃, vt tradit Angel. conſ.184. & Alex. conſ.165. vol. 2. Bal. in l. voluntas, C. de fideicõ. & in l. vni. C. qñ nõ pet. part. arg. tex. not. & ibi Bar. & Paul. Caſt. in l. itẽ quæritur, §. qui impleto, ad fi. cũ l. ſeq. ff. locati, ꝙ ita tradit Beroius, cõſ.116. n.17. vol. 1. Et eſt de mẽte Abbatis (ſecundũ eũ) in c.1. de precario, vbi facit differẽtiã, an cõceſsio fiat in perpetuũ, cũ pacto renouationis, & eo caſu, ſubdit ꝑ renouationẽ, nõ fieri nouã cõceſsionẽ. An verò conceſsio fiat ad modicũ tẽpus, veluti ad quinquenniũ, vel nouẽniũ, & tunc ꝑ renouationẽ factã, finito primo tẽpore, nouã conceſsionẽ fieri, nouũq; cõtractũ celebrari, quod ita explicat Beroius, d. n.17. ad fi.

16 Renouari verò nõ ſolùm dr̃ illa cõceſsio, vel locatio, quę ſemper vna eſt, & ſemper durat, vt ꝑ Ant. & alios, d.c.1. de prec. ſed etiã illa quæ iã finita eſt, & extincta, iterũq; eidẽ, ſeu filiis cõceditur, vt eſt tx. & ibi gl. in c.2. de feud. & ibi Imola, & alij, ꝑ gl. in c. non ſatis, 34. q 2. & in c.1. per tx. ibi de don. & in c. cum venerabilis, de cenſib. Beroius, conſ.116. n.21. vol.1.

## QVÆSTIO III.

*SVMMARIVM.*

1 R*Enouatio nõ eſt nouus titulus, ſed prioris tituli continuatio.*

*Renouatio ſi fiat durãte conceſsione emphyteutica, tunc noua emphyteuſis nõ conſtituitur, ſicut non dicitur feudũ nouũ, quod renouatur durante antiquo.*

*Renouatio, non requirit ſolemnitatem, quæ in conceſsione emphyteuſis neceſſaria eſt.*

2 *Emphyteuſis cum renouatur, non dicitur noua, ſed antiqua, & prout antiqua regulanda eſt, & idem in feudo.*

*Feudum nõ dicitur nouũ quantũcunq; princeps vtatur verbo, De nouo cõcedimus.*

*Noua inueſtitura, ſeu renouatio feudi, non facit feudũ deſinere eſſe antiquum.*

*Emphyteuſis, etſi renouetur, antiqua nõ noua cẽſetur, quoniã cẽſetur renouata ſecũdũ naturam, & qualitatẽ antiquæ.*

3 *Feudum antiquum, quando fuit aliquibus de agnatione à domino renouatum, cenſetur renouatum, ſecundum antiquam naturam*



*naturam feudi, neque deſint eſſe antiquum.*

*Renouatio videtur facta potius ad confirmationem, & non ad derogationem, & cum ſua cauſa, ſuiſque viribus.*

*Renouatio emphyteuſis, etiam ſi contineat, nouas conuentiones & pacta, nõ ideo emphyteuſis dicitur noua ad præiudiciũ aliorum, & præcipuè quando pacta primæ inueſtituræ, ad commodum domini alterarentur.*

4 *Qualitas primi contractus, cenſetur repetita in ſecundo.*

*Prima inueſtitura attenditur, & illi non derogatur ex poſterioribus inueſtituris, quæ aliter, quàm prima, loquantur.*

*Qualitas omnis præcedentis contractus, in contractu, qui renouatur, cenſetur repetita.*

*Renouatio rei emphiteuticæ, debet intelligi ſecundum naturam primi contractus, vt omnia quæ in præcedenti conceßione, in ſequenti renouatione, repetita videantur.*

*Renouatio cũ iiſdem capitulis, modis, qualitatibus, & conditionibus, antiquæ conceſsionis, & inueſtituræ facta cenſetur, ſi apponatur clauſula, ſecundum formã aliarum conceßionum.*

5 *In tacita refirmatione, ſeu renouatione contractus, omnes qualitates præcedentis contractus, cenſentur repetitæ.*

6 *Renouatio emphyteuſis ſimpliciter facta, abſq; expreſsione certæ penſionis, pro eadem pẽſione antiqua cenſetur celebrata, & cum eiſdem qualitatibus & conditionibus conceſſa.*

7 *Dominus in renouatione emphyteuſis nõ poteſt immutare formam antiquitùs inſtitutam, in præiudicium alterius.*

*Emphyteutici contractus principium, & origo ſemper inſpicienda eſt.*

8 *Inueſtituræ, & prioris conceſsionis forma adeo inſpicienda eſt, vt licet poſterioris inueſtituræ pactio, iuris regulis magis, quã prior cõuenire videatur, nihilominus prior attendatur.*

9 *A veteris inueſtituræ forma recedẽdũ nõ eſt, non tantum, cum alter contrahentiũ id abnegat, verùm etiam ſi id tertio detrimentum importet.*

*Secũda inueſtitura nõ poteſt alterari, in præiudicium vocatorum in prima.*

10 *Feudi recognitio, aliter quã ſoleat, facta poſteris non nocet.*

*Renouatio emphyteuſis, ſecundũ antiquarũ inueſtiturarum formã, facienda eſt.*

11 *Reformare fortiùs poteſt, qui dandi facultatem habet.*

*Renouatio ſecundum veterem conſuetudinem facienda eſt.*

12 *Emphyteuſis nõ eſt noua, ſed antiqua, etiã ſi emphyteuta renunciauerit in manibus domini emphyteuſim, ea conditione, vt ei renouationem concedat.*

*Renouatio in locum antiquæ conceſsionis ſubrogata, priſtinam illius aſſummit naturam, & qualitatem.*

13 *Bona empta ex pecunia redacta ex venditione bonorum emphyteuticorum, in locum emphyteuſis venditæ ſubrogantur, & antiquæ emphyteuſis naturã retinent.*

*Feudum comparatum ex pecunia alterius feudi patrimonialis, cenſetur patrimoniale.*

*Fundus emptus ex pecunia redacta ex vẽditione alterius fundi, ad altertum coniugum ſpectantis, non ſit cõmunis, tanquã acquiſitus, ſed manet eius proprius cuius is prior fundus fuerat.*

*Dotalis res eſt, res ex dote, comparata.*

14 *Precium quando ſuccedit loco rei, & res empta, in locum prioris, ſubrogatur.*

*Et ibi qualiter id colligatur.*

*Breuitas temporis facit præſummi, ea quæ mox ſequuta ſunt, in primo actu fuiſſe cogitata, eumque ipſum, ob ea fuiſſe factum.*

15 *Feudum nouum eſt, ſi ſimpliciter renunciatum eſt in manibus domini, qui poſtea illud renuncianti, & filijs ſuis concedit.*

*Qualiter conſtet quod ideo quis renunciat emphyteuſim, vt de ea inueſtiatur.*

*16 Emphyteuſis noua eſt, empta ex pecunia & precio emphyteuſis antiquæ quando mihi expreſſum eſt.*

*Precium ſuccedit loco rei, non tamen res loco precij.*

*17 Precium redactum ex venditione feudi, vicem feudi non ſubit, nec aliud quidpiam ex ea pecunia comparatum.*

*Res ſimpliciter empta, de pecunia antiquæ emphyteuſis venditæ, non ſubrogatur eius loco. Nec res empta ex pecunia pignorata eſt pignorata, nec ex pecunia dotali, dotalis eſt, nec ex pecunia communi communis eſt.*

*18 Sub rogatum in locum alterius, nedum in vniuerſalibus, ſed etiam in particularibus iudiciis eius naturam ſapit, ſi hoc expreſſum ſit, ſecus ſi non exprimatur, ſed ſimpliciter quid fiat.*

*Interpretata l. venditor ex hæreditate, ff. de hæred. vel act. vend.*

*In vniuerſalibus iudicis, in quibus precium ſuccedit loco rei, id quidem non verè, ſed per fictionem procedit.*

*19 Antiqua emphyteuſis, vel feudum ſi permutentur inuicem, antiqua remanēt non noua.*

*Quod in locum alterius ſubſtituitur, omnibus eius priuilegiis & prærogatiuis gaudet. Et res permutata cum re ſubiecta fideicommiſſo, efficitur fideicōmiſſaria. Itē res permutata cum re dotali efficitur dotalis, & fundus patrimonialis, cum alio permutatus.*

*Fundus obligatus ſi cum alio permutetur, hic alius nō perinde cenſetur obligatus, vt ille erat, quoniā licet res pmutetur, non tamē extinguitur obligatio, ſeu hypotheca.*

*20 Inueſtituræ inſtrumentum, vel renouationis tenor, à primo regulādus eſt, & ideo à prima conceſſione recedēdum non eſt, niſi accedat cōis partium conſenſus.*

*An noua adiectio, vitiet conceſſionem emphyteuticam, quando alio modo quàm ſolita eſt, conceditur.*

1 Renouationē emphyteuticam, quidam cēſent, ac definiunt, nō eſſe titulū nouū, ſed prioris tituli cōtinuationē, vt tradit Curtius Senior, cōſi. 48. nu. 46. & Felyn. in cap. de cauſis, nu. 1. de officio deleg. & Carolus, in Conſuet. Pariſ. tit. 1. §. 7. nu. 26. ſequitur Valaſcus de iure emphyt. q. 11. n. 15. ad fin. doctiſsimus Gamma, deciſio. 222. num. 7. Quæ concluſio minus dubij habet, ſi durante cōceſsione emphyteutica, eiuſdem fiat renouatio, tunc enim noua emphyteuſis, non conſtituitur, ſicut nō dicitur feudum nouum, quod renouatur durāte antiquo, vt per Curt. d. conſil. 48. verſi. ad decimum, & Afflictum, deciſio. 487. col. 1. arg. l. ſed ſi manente, ff. de precario, & cap. 1. de vaſ. decrætа. & l. dies cautioni, vbi Alex. ff. de dāno infecto. Quamobrem eam ſolemnitatem, quæ in cōſtituenda emphyteuſi neceſſaria eſt, in huiuſmodi renouatione non requiri tradit Bal. in l. cum ij, §. eam tranſactionem, ff. de tranſact. & Curtius de feud. 2. par. princ. q. 1. & 2. & Affl. in cap. 1. n. 20. de his qui feud. dare poſſ. ꝙ ita aliquando in noſtro ſupremo Luſitaniæ Senatu fuiſſe iudicatū, refert doctiſsimus, ſacri palatij Senator Antonius à Gāma, deciſ. 24. in cauſa. Quod an verū ſit latiùs inferiùs examinabimus.

2 Hinc deducitur elegans reſolutio, quòd cum emphyteuſis renouatur, non dicitur noua emphyteuſis, ſed antiqua, & prout antiqua regulanda eſt, quòd in feudis ſatis expeditum eſt, per text. in cap. 1. de vaſ. decrep. ætatis, ibi: *Vnde eorum ſententia præualuit, qui dixerunt hoc feudum, quamuis refutatum, nihilominus eſſe paternum.* Et hanc ſententiam tenet Bartolus, in l. ſi mihi, & Titio, ff. de verbo. obligat. & ibi Iaſo, num. 12. & in l. quod dicitur, ff. de impenſ. in reb. dotal. fact. tradit Roman. conſi. 315. num. 1. Alexand. conſil. 30. num. 5. & 6. vol. 1. Soccinus, conſil. 100. nu. 11. verſi. ex quibus infero in propoſito, vol. 3. Decius, conſi. 53. num. 3. Albert. Brunus. conſi. 79. nu. 4. tradit Afflict. in tit. hic finitur lex, Federici, notab. 6. nu. 41. vbi id verū eſſe cenſet, quantūcunque princeps, vtatur verbo, *Et de nouo cōcedimus*, ad quod allegat Andream de Iſernia, in d. cap. 1. de vaſ. decrep. ætat. per notata in c. inter dilectos, de fide inſtrum. & tradit Afli. in cap. 1. per quos fiat inueſti. Decius, conſi. 78. nu. 6. verſi. & licèt vaſſallus, Miſsyngerius, deciſio. imperiali, 94. centur. 2. & 83. & 84. cent. 4. Auguſti. Beroius, conſi. 69. poſt redditum, n. 16. vol. 1. vbi expreſsè inquit, quòd noua inueſtitura, ſeu renouatio feudi, non facit deſinere eſſe feudum antiquum, & paternum per d. c. 1. allegat etiam Bald. in l. fin. col. 2. de ſuis & legit. hæred. & in cap. 1. an agn. vel filius, & Alexan. conſi. 28. vol. 5. & vltra prędictos tradit idem Affl. in cap. 1. §. fi. de his qui feud. dare poſſ. n. 22.

Qua ratione idem quoque in emphyteuſi reſoluendum eſt, vt ſi renouetur, antiqua, non noua cenſeatur: quoniam emphyteuſis, cenſetur renouata, ſecundum naturam, & qualitatem antiquæ emphyteuſis, prout tradit Bart. in d. l. ſi mihi, & Titio, & ibi Alex. quem ad id refert, & ſequitur Ioannes Crottus, conſ. 18. Domina Iulia, n. 1. Bald. in l. vni. quæſt. 11. C. quando non pet. par. Alex. conſi. 88. vol. 4. Auguſt. Beroius, conſil. 161. nu. 13. vol. 1. quod verum eſſe comprobatur, ex traditis per Deciū, conſ. 53.

3 Id autē verū eſſe conuincitur ex his quę à ſimili in feudis quoque paſſim receptum eſt, quando enim feudum antiquum fuit aliquibus de agnatione, à domino renouatum, ſemper debet intelligi, vt renouatum dicatur, & conceſſum, ſecundum antiquam naturam feudi, neque deſinit eſſe antiqum, quod poſt auctores ſupra relatos, tradit Alex. conſi. 29. vol. 5. verſi. nunc de quinto, & Auguſtin. Berous, conſi. 69. num. 19. vol. 1. Vndè inquit Baldus, in l. vni. C. quando non pet. par. col. pen. quòd ſi dominus renouauit duos fratres, ſeu duos agnatos de feudo paterno, vel antiquo, per hanc renouationem, & per hunc nouum contractum, ius accreſcendi, quod ex iure antiqui feudi cōpetere poterat, nō dicitur ſublatum, vt infra latiùs dicemus. Quoniam renouatio videtur potius facta, ad cōfirmationem, & nō ad derogationem, ac proinde illis de agnatione præiudicium afferre non poteſt: quia renouatio videtur facta cū ſua cauſa, ſuiſq; viribus, l. ſiquis domū, ff. locati, & latiùs per Bald. ibi, & per Pau. Caſtrenſ. conſil. 45. vol. 2. verſic. & ſic innuunt. & tradit Præpoſ. in Præludiis Feudo. diuiſio. 6. verſic. tamen conſtito de aliqua inueſtitura, & per Alexand. conſil. 2. & 5. & conſil. 15. vol. 5. & facit quod habetur per Bar. in l. quod dicitur, poſt princ. ff. de impenſ. in rebus doct. fact. & Baldum, in l. etiam, ff. ſoluto matrim. Et faciunt quæ habentur per Calderi. cōſil. 11. tit. de feud. vbi ſcriptum reliquit, quòd etiā ſi in renouatione emphyteuſis fierent, nouæ conuentiones, non tamen diceretur noua emphyteuſis, ad præiudicium aliorum, & præcipuè quando pacta, primæ inueſtituræ ad commodum domini alterarētur, vt voluit Federicus, de Senis, conſi. 179. & per Alex. conſ. 79. vol. 7. arg. l. 2. c. de reſcind. vend. & cap. cum cauſam, de emptione,

& vendit. tradit Beroius, conſilio 69. num. 20. vol. 1. Ex quo eleganter ibidem, num. 21. ſubdit ex Alexand. poſt Bart. d. l. ſi mihi & Titio, quòd ſi ſit fiuitum feudum, aut emphyteuſis (quę habet naturam feudi propter lineam finitam) & dominus illam de nouo agnatis vltimi decedentis conceſſerit, talis noua conceſsio naturam primi feudi, ſeu primæ emphyteuſis aſſummit, ideoq; inter illos duos fratres, vel agnatos, qui de nouo fuerũt inueſtiti, erit locus iuri accreſcendi, & ſic conſyderabitur etiã tunc feudum, vt paternum, & antiquum, quæ eſt communis reſolutio, ex Alexandro ibidem, & Beroio, d. conſi. 69. num. 21.

4 Ratio prædictæ reſolutionis eſſe poteſt, quoniam qualitas primi contractus, cenſetur repetita in ſecũdo, Bald. in l. pacta nouiſsima, col. fin. C. de pact. tradit Decius, conſil. 190. circa primùm, col. 3. verſic. ſextò hoc idem ſuadetur, idem Decius, conſil. 53. nu. 1. Exea, de pactis, nu. 500. Facit etiam alia ratio, quoniam prima inueſtitura attenditur, & illi non derogatur, ex poſterioribus inueſtituris, quæ aliter quàm prima loquantur, vt in notabili caſu tradit Baldus, conſi. 82. proponitur quòd inueſtituræ, vol. 1. & notat Bald. in cap. 1. §. fin. col. fin. verſi. quæro quis dicatur Caſtaldus, de feudo Guardiæ, plura in propoſito adducit Decius, conſi. 185. in cauſa iſtorum, num. 3. verſic. non obſtat, quòd in alia poſteriori inueſtitura.

. Facit etiam, quia omnis qualitas præcedentis contractus, cenſetur in cõtractu qui renouatur, repetita. Expreſſè Bart. d. l. ſi mihi & Titio, ad fin. Ancharr. conſi. 30. dubitari ſolet, dubio. 3. Decius, cõſi. 407. col. 3. ad med. Et vltra prædictos DD. tradit Beroiꝰ, conſi. 121. viſis, nu. 3. vol. 1. vbi inquit, quòd renouatio, quę fit de re emphyteutica, etiam finita emphyteuſi, debet intelligi ſecundum naturam primi contractus, adeò quòd omnia quę in præcedenti contractu, & conceſſione continebantur, in ſequenti renouationis cõtractu repetita videãtur, arg. l. item quæritur, §. qui impleto, ff. locati, & l. pen. §. vxor, ff. ſol. matr. tex. in l. ſi ſtipulatus, in prin. ff. de vſur. Iſern. per illum tx. in c. 1. de Vaſ. decrep. æt. Bald. in l. 1. q. 15. ff. de rerũ diuiſ. Imol. in c. ex parte, de feudis: & eſt caſus expreſſus in cap. 1. de gradi. ſucceſſ. feudi, & in cap. 1. de duobus fratrib. quod Beroius inquit procedere, in dubio, quando verba in inſtrumento renouationis appoſita, non eſſent, clara, ne hoc importarent. Vndè ſi in inſtrumento renouationis, apponerentur verba, *Secundum formã aliarum cõceſsionũ, ſeu locationum*, eo caſu renouatio, cum iiſdẽ capitulis, modis, qualitatibus, & conditionibus antiquæ conceſsionis, ſeu inueſtituræ, facta cẽſetur. Nam cum poſterius inſtrumentum emphyteuticum, ſe referat, ad aliud anterius, omnia quæ in primo, expreſſa fuerunt, in vltimo cenſentur appoſita, & repetita, authent. ſiquis in aliquo documento, C. de ædendo, & ibi Bartol. & DD. & in l. omnes, C. de quad. prę ſcr. faciunt quæ habẽtur per Barto. in l. prætor, §. erit, in fine, ff. vi bonor. rapto. & eſt bonus text. in l. 2. ff. de coniug. cum emanc. lib. & in authent. de filiis ante dot. inſtrum. §. 1. & ita Beroius, conſil. 121. num. 2. vol. 1.

5 Quod etiam procedit, in tacita refirmatione, ſeu reuouatione contractus, in quo omnes qualitates, præcedentis contractus cenſentur repetitæ, in contractu qui renouatur exce-





excepto tempore tex. in l legem, vbi Bald C. locati, Alex. conſi. 28. ponderatis, in fi lib. 4. Iaſo. conſi. 3. col. 2. lib. 3. & Aymõ Crauetta, de antiq. temp. 4. parte, in cap. materia iſta. num. 106. pag. 173. verſo, & tradit ſingulariter Bartolus. in l. ſiquis eum aliter, verſi. præterea, & ibi Hieronymus Alban. in additio. nu. 1. ff. de verbo. obligat. vbi inquit, renouationem fieri cum omnibus qualitatibus & priuilegiis, quæ habentur primò ex natura contractus, vel rei in obligationem deductæ.

6 Ex quibus eleganter infertur, ꝙ ſi finita emphyteuſi, dominus rurſus faciat renouationem, eiuſdem ſimpliciter, nec certa penſio exprimatur, neq; aliquid aliud: pro eadem pẽſione, renouata, & cum iiſdem qualitatibus, & conditionibus conceſſa cẽſebitur, ac proinde omnia in ea repetita, quę in pręcedenti emphyteuſi expreſſa fuerunt, intelligentur: ita eleganter doctiſs. Valaſcus, in tract. de iure emphyt. q. 11. n. 15.

7 Facit in confirmationem prędictorum, quod elegãter ſcriptum reliquit Bal. in l. 1. col. pen. verſi. ſed quid ſi dominus & ibi Rom. q. 11. C. quãdo non pet. part. vbi reſoluit dominum in renouatione feudi, vel emphyteuſis non poſſe immutare formam antiquitùs inſtitutam, in præiudicium alterius. Idem propè voluit idẽ Bald. in cap. 1. col. 1. de eo qui ſibi & hęred. ſuis, & in cap. 1. §. vlt. verſi. modò quęro, de feudo guardiæ. & conſil. 215. proponitur, col. 2. verſi. in eo autem, vol. 2. Ancharr. conſil. 30. an valeat, col. fin. verſi. ſuper tertiò, Paulus Caſtrenſ. conſil. 311. circa id, dubio. 1. ad finem, vol. 1. & conſil. 46. viſo & examinato, verſi. ſed vltra prædicta, vol. 2. & conſil. 32. in cauſa appellationis, col. 1. vol. 2. & conſil. 142. videtur, col. fin. verſi. nec etiam obſtat, eod. vol. 2. Decius, conſ. 148. in cauſa, col. 3. verſi. primò, & conſ. 185. in cauſa, verſi. non obſtante, & rurſus. cõſi. 193. in ſucceſſione, verſi. præterea etiã, & cõſi. 208. ad clariorem, verſic. prima attenditur, & conſil. 390. quoniam, verſi. non obſtat illa. & conſil. 465. in caſu, verſ. & non obſtat confirmatio, & conſil. 468. ſuperiori, verſi. ſecundò principaliter, & conſi. 498. viſo caſu, verſic. ſecundò principaliter, & conſil. 516. quoniã cauſa, verſi. ſubſequẽter, Bertrandus, conſi. 1. n. 98. vol. 1. Ripa, lib. 1. reſponſ. c. 1. defuncto. n. 48. Gozadin. conſi. 26. in cauſa, n. 40. & conſi. 53. prima facie, num. 18. & facit quod tradit Cardi. Florent. conſi. 123. ſuper præmiſſo, verſi. ad primum, & vltra prædictos auctores, notatur in cap. 2. de feud. vbi Imola, n. 38. Bart. conſ. 161. & not. in c. 1. de his qui feud. dare poſs. & ibi Aluarot. nu. 34. Alex. conſi. 5. n. 7. vol. 5. & communem dicit ſentẽtiã Hieron. Gabr. conſ. 83. reſpondi, n. 10. vbi aſſerit veram, & receptiſsimam opinionem eſſe, dominum feudi naturam, vel conceſsionis formam immutare nõ poſſe, imò neq; formam ſolitam, alterare, & vltra eum Baldus, conſi. 375. vol. 2. Paul. Caſtr. conſil. 191. col. 2. vol. 2. Alex. conſ. 9. n. 12. vol. 5. Iacoby. de Feud. verbo, dictiq; vaſſalli, col. 4. verſi. inſuper quæro, Afſli. q. 195. n. 5. & 6. Gozad. qui hoc etiam in principe obſeruandum probat, conſil. 84. num. 8. & Carolus Molyneus, conſil. 50. num. 37. Ex quibus idem quoque, in emphyteuſi reſoluendũ eſt, in qua circa hoc nõ diſpar, ſed eadem ratio militat. Ac proinde ipſius emphyteutici contractus, & conceſsionis ipſius origo, & principium ſemper inſpiciendum eſt, cap. 1. de eo, qui ſibi, & hæred. vbi Baldus, Aluarotus, & Iſern. obſeruant, & per

& per illa iura, ita tradit Iacob. Philipp. Portius, conſ.65.nu.1.vol.2. Burſatus, conſi.46.nu.1.& 2.vol.1. Decius conſi.185, num.3. Ruinus, conſi.20. & conſ.187.vol.1. & Neuiſanus, conſil. 11.num.1. Tiraq. de retract. lign. §.32. glo.1.num.39.

8 Quamobrèm prioris inueſtiturę & conceſsionis formã adeò perpendendam eſſe, Reſpondit Paul. Caſtr. conſi.61.incip. videtur dicẽdum, col. fin. & Card. conſ.92. in prin. & Marti. Laudenſis, cõſi. 44.n.1. vt licet poſterioris inueſtituræ pactio, iuris regulis, magis quàm prior conuenire videatur, (puta quòd maſculis tantùm proſit) nihilominus ex priori inueſtitura fœminæ ipſæ admitterentur, ne pactio ipſa in alterius detrimentum, vllam mutationem recipiat, l. ab emptiõe. ff. de pact. & ſæpius ex facto reſpondit Bald. conſi. 215. proponitur quòd inueſtituræ antiquæ, vol. 2. Alex. conſi.202. vol.6. Curt. conſil. 50. & 54. Decius, conſi.185. & 193. Gozad. conſ.90. in cauſa Mantuana. Et vice mutua, ipſis fœminis, ſequẽs inueſtitura non prodeſt ſi ex ſuperiori maſculi dumtaxat admittantur. Cumanus, conſi.99. Quædam poſſeſsio. Cui quidem nihil, quod poſteris ipſis obeſſet, vlla ratione adijci potuit, Alex. in l. quod dicitur, ff. de verb. ob. & Cuma. d. conſil.99. & Portius, cõſ. 65.nu.4.vol.2. Facit poſtremò tx. in l. legem, C. locati, vbi notant Alberi. Bald. & Salyc. locationem ipſam ſub eiſdem pactionibus renouatam intelligi, quæ in initio cõtractus fuerãt appoſitæ tex. in d. §. qui impleto, vbi Bart. Salyc. & Florianus, & not. Portius, conſil.65. facto, nu.3. vol.2.

9 Nec tantùm, cum alter contrahentium id abnegat, à veteris inueſtituræ forma recedendum non eſt, verùm etiam ſi id tertio detrimentũ aliquod importet. Decius, conſ.193. col.2. ad fin. Portius, d. conſi.65 nu 4. & tradunt ij auctores, quos paulò antè retulimus, in verſi. facit in confirmationem. Quarè non licet in præiudicium vocatorum, in prima inueſtitura, ſeu conceſsione alterare ſecundam, Bald conſ.327. vol.1. Brunus conſi.11. Gozadi. conſ.26. verſi. vndecimò. Cephalus, conſi.155.nu.9. & 10. vol.1. Neuiſa. conſ. 11. num.6. Burſat. conſi.46. num.2. vol.1.

10 Ideoq; feudi recognitionẽ, aliter quàm ſoleat, factam, poſteris non nocere, traditum eſt, in cap.1. verſic. quæro quis ſit, de feud. guardiæ. vbi Bald. Præpoſ. Aluarot. Adeò in conuentionibus huiuſmodi, conceſsionis ipſius initium, & origo perpendi ſolet Bald. in cap.1. §. ſi verò, de ſucceſſ. frat. vel grad. ſucc. Vndè dominus à ſuperiorum, ſeu pręcedentium inueſtiturarum forma, recedere nõ poteſt, ex Baldo, Cumano, & Decio, in dictis cõſiliis. Quin imò illa inſpecta, renouationem bonorum emphyteuticorũ, ex prioribus pactionibus, conficere obligatus eſt, vt ex Curtio probat, Portius, conſi.65.num.8.vol. 2. aliàs ſi quicquam adderetur, vel diminueretur, iam renouatio, non eſſet, l. ius autem ciuile, ff. de legi. Quocirca in propoſito, nec parentem ipſum, ius filiis ab auita prouidentia quæſitum, abdicare poſſe, reſpõſum eſt, quin imò alienatum à patre, ab ipſis filiis reuocari poſſe conſtat, ꝙ ex facto conſultus reſpondit, Iaſo, conſi.56. vol.3. Nec quicquã vrget, ꝙ dominus, cũ emphyteuticũ prædiũ alteri concedere poſsit, à cuius iure emphyteuta ipſe ceciderat, cap.2. de feudis, cap. vt ſuper, de reb. eccleſ. nõ alie. cap. per tuas, vbi Hoſtienſ. Butr. & Abb. de dona. multò magis, conceſsionis ipſius formã mutare poſſe di-



dicendum fore, l. non debet, ff. regu. iur. cap. ex parte, in 2. de decim. & argum. l. ſed ſi manente. ff. de precario, Quoniã reſpondeo, hoc in huiuſmodi obligationibus locum nõ habere, quæ vtrinq; conſuetudinis vinculo coniunguntur, l. ab emptione, ff. de pact. l. ſicut, C. de actio. & obl. ex quibus poſteritati ius acquiſitũ eſt, argu. c. quæ in eccleſiarum, de conſtit. vbi DD. & in l. id quod noſtrum, ff. de regul. iur. Licet autem domini has cõceſsiones facere poſsint, huiuſmòdi tamen promiſsio, cum ſuis qualitatibus intelligenda eſt, nempè propter ipſius emphyteutæ contumaciam, l. 3. C. de iure emphyt. & l. traditio, ff. de acq. rerum domin. verſi. quoties, & l. ſi pupillorum, ff. de rebus eorum, & ibi Bald. idem, Bald. in auth. quibuſcunque, C. de ſacroſ. eccleſ. & c. profectò, de lege Corradi.

11 Deniq; non vrget ea conſyderatio, illum ipſum, reformare fortiùs, poſſe, qui dandi facultatem habeat, l. ſi vnus, §. pactus, ff. de pactis, quoniã id nõ procedit, cum reformatio, ipſa rei ſubſtantiam adeò reſpicit, vt formam prorſus, immutet, l. ius autem, ff. de legib. idq; aduerſus aliorum cõmoda, d. l. id quod noſtrum, & l.1. & 2. C. quando liceat ab empt. Quamobrem in propoſita quæſtione indubitatum exiſtimo, veteris inueſtituræ formam, ab ipſo domino immutari non poſſe, ſed renouationem ſecundum veterem cõſuetudinem, facere obſtringi, ꝙ conſtanter aſſerit Philipp. Portius, conſi.65.n.11.vol.2.

12 Quæ concluſio vera eſt, etiam ſi emphyteuta, renunciauerit, ſeu refutauerit emphyteuſim in manibus domini, ea conditione, & pacto, vt dominus renouationem denuò concedat eius filio, quoniã talis emphyteuſis non erit noua, ſed antiqua, vt eſt tex. in cap.1. de vaſ. decrepitæ æta. vbi not. Afflict. n.1. Præpoſitus, nu. 2. idem, Affl. in c.1. §. fin. num.22. de his qui feud. dare poſſ. In quam rem facit ratio, quoniam, cum hæc renouatio, in locum antiquæ conceſsionis ſubrogetur, priſtinã illius aſſummit naturam, & qualitatem, ſecundum Bald. in d. c.1. & ibi Affl. num.2. argu. tex. in l. item ſeruandum, ff. de leg. 2. l. ſi eum, §. qui iniuriarũ, ff. ſiquis cautio, & l. ſi donatæ, §. ſi ſponſus, ff. de donatio. inter virum, & l. Filiæ, §. à Titia, ff. de cond. & demonſtr.

13 Idq; verum eſt, etiam ſi emphyteuſis antiqua vendatur, vel alienetur, cum conſenſu domini, & de eius precio, alia bona emphyteutica emãtur, tunc enim huiuſmòdi bona, naturam antiquę emphyteuſis aſſument, & retinebunt, & in vicem, & locum emphyteuticorum ſubrogantur, per ea, quę in ſimili de feudo tradit Affl. in cap.1. de vaſſallo. decrepi. ætat. nu.8. & 9. poſt Iacob. de Ardizo. in ſumma feudo. verbo, nouum, & nõ paternum, §.1. Faciunt quæ in ſimili tradit Maſſuerius, in tit. de ſocietate, §. item nomina, ſeu debita, vbi ſcripſit feudum, comparatum ex pecunia alterius feudi patrimonialis, patrimoniale cenſeri. (quinimò, & ipſam pecuniam, non dum in emptionem prædiorum, aliorum cõuerſam, illorum vicem ſubire, & fore cẽſendam, per regulam generalem, quæ habet ſubrogatum ſapere naturam ſubrogati: quod expreſsim voluit Baldus, quem nullus refert conſil. 112. Quæritur, col.2. verſi. prædicta ſunt vera, vol.1.) Idem quoque voluit Guillel. Bened. in cap. Raynut. verbo, & vxorem nom. Adelaſ. nu.791. verſi. idem videtur, de teſtam. Caſſa. in Conſuet. Burg. tit. *Des droitz*, §.2. verbo, *Acqueſtz*, col.2. & rurſus, in tit. *Des ſucceßions*,

§.8.verbo *Sont yſſuz*, col.2. idem tradit Arnoldus Ferronius, in Conſuet. Burdig.tit.de teſta.§.6.in fi.& rurſus, in tit.de retract.§.23.col.1.& Palacius Rube.in repet.rub.de donatio. inter virum,§.61. verſic.illud tamen quod dixi, vbi ſcribit fundum emptum ex pecunia redacta ex venditione, alterius fundi ad alterum coniugum ſpectantis, non fieri eorum commnem, tanquàm acquiſitũ, ſed manere eius proprium, cuius is prior fundus fuerat, per l. 62. tit. 4.lib.3. Foro legum, & alia iura, idem, eandemq́; naturam, & prærogatiuam rebus ſubrogatis tribuentia. Accedit adhoc, quod tradit Speculator, tit.de empt. & vendi. verſi.item pone, vir alienauit prædiũ dotale. Hic enim bona empta ſuccedunt loco emphyteuſis venditæ, & tanquàm ſubrogata, eius naturam mutuantur, per iura paulò ante citata. Facit etiam optimus tex. in l. pater, ff.de adim. lega. vbi Iureconſ.loquitur de pecunia legata, & poſteà in emptionem prædiorum conuerſa, tex.in l.ſi cum dotem,§. vlt. ff. ſol. matr. vbi loquitur de rebus ex dote comparatis, & eſt pro hac ſententia melior tex.in l.Imperator,§.vlt.cum l.ſeq.ff.de legat. 2. in hæc verba: *Cum autem rogatus, quicquid ex hæreditate ſupererit, poſt mortem ſuam reſtituere, de precio rerum vẽditarum, alias cõparauit, diminuiſſe, quæ vendidit, non videtur, ſed quod inde comparatum eſt, vice permutati dominij reſtituetur*, text. etiam, in l. ſi & rẽ, ff.de petit hæred. vbi I. C. ita ſubdit, *Quia poteſt exiſtimari in locum hæreditariæ rei venditæ, precium eius ſucceſsiſſe, & quodammodo ipſum hæreditarium factum.* Vñ eleganter per illum tex. d. l. Imperator, ſcriptũ reliquit Hoſtienſ.in ſumma.tit.de vſuris,§.vlt. verſi. quid ſi vſurarius, quòd ſi de pecunia fœnebri vſurarius prędium emat, ipſumq́; poſteà vendat, & aliud emat ex precio redacto, ex illa vẽditione, poſterius prædium ex ea pecunia emptũ, fœnebre cenſeri, poſſeq́; à debitore à quo primum vſuræ exactæ ſunt, repeti.tradit, idem Hoſtienſ. in c. cum tu, ad fin.eod. tit. de vſur. Bartol.Brixienſis, in quęſt. Venerealib. 76. Aliquis emit.& Lappus, alleg.74.Quęro an res empta.Alber. d. l. ſi & rem, ff. de pet.hære.& in l.qui vaſ.ff.de furt.

14 Quod autem ſupra diximus, verum cenſet Affli. d. cap.1. de vaſſ.decrep.ætat.nu.9. quando feudatarius, ſeu vaſſallus dixit, & voluit, quòd hęc bona empta in locum priorum ſuccederent, nomenq́; priorum retinerent. Tunc enim ſi is qui ita vendidit, fundum emphyteuticũ, ſeu feudum ex pecunia illius alterum emat, ac proteſtetur, ſeu declaret, eo animo, & nomine ſe id facere, vt res empta, emphyteuſis venditæ locum ſubeat, vtique credit, naturam antiqui feudi, ſeu emphyteuſis retenturum, idq́; comprobatur ex ſententia, gloſ. in l.ſed & ſi lege,§ 1.ff. de pet. hæred. & d.l.Imperator,§.fin. & in ſimili alterius gloſſæ, in l.res quæ, ff. de iure dotium, & facit tex.in l. at ſiquis, §. ſed interdum, verſi. oportebit, ff. de relig.& ſump.funer. Precium enim hoc caſu ſuccedit loco rei, & conſequenter res empta ex precio, vt notat gloſſa, in l. Labeo, ff.de verb. ſign. Quamobrem, ſi emphyteuta, vendẽs voluerit hunc poſteriorem fundum, in locum prioris ſubrogari, idq́; tacitè, vel expreſſè declarauerit, ambigendum non eſt, eundem, eiuſdem naturæ cenſeri. Hæc autem voluntas facto, vel verbis deprehenditur, l. de quibus, ff.de legib. l. recuſari, & ibi gl. ff.de acq.hæred. vel etiam ex aliis cõiecturis, colligi poteſt, vendentem, eo animo, & conſilio feciſſe. Veluti ſi confeſtim venditione facta, fundi emphyteutici pecuniam in emptionem aliorum prædiorum conuerterit, id enim ſatis videtur ex temporis breuitate, declarare, in id ſe vendidiſſe emphyteuſim, vt emeret, aliam rẽ, ſubſtitueretq́; hunc fundum nouiter emptum, in prioris locũ, per ea quæ in ſimili reſoluit Tiraquell.de retra. conuentio.§.1.gloſſ.5.nu.1. cum ſeq. vbi concludit ea, quæ in continenti fiunt, vel ſtatim poſt actum in ipſo contractu ineſſe videri. Etenim ex breuitate tẽporis præſummimus, ea quæ mox ſequûta ſunt, in primo actu fuiſſe cogitata, eumq́; ipſum ob ea fuiſſe factum, l. ſi ventri, §. vlt. & ibi not.Barto.& alij, ff.de priuileg. cred. cap.officij, de offic.deleg.Barto.in l. poſt contractum, verſi. quintò præſummitur, ff.de donat.Iacob.Butr. & Alber.in l.ſi tibi pecuniam, ff. ſi cert. petat.Bald.conſi.493.multiloquium, col.2.verſi.certè ego, vol.4.vbi per d. l. ſi ventri,§.vlt. reſpondet, ex breuitate temporis præſummi pecuniam aliunde receptam, fuiſſe conuerſam, in prędij emptionem, cum ſcilicet, non multum eſt ſpatij, inter receptionem, & emptionem.

15 Ex quibus eleganter Afl. d. c. 1. de Vaſſ.decrep.ęt.num.5.verſi.& poſita pro vera, infert, quòd licet, vbi aliquis renuntiat, ſimpliciter fundum paternum, in manibus domini, ſine aliqua conditione, & proteſtatione, ſi poſtea dominus illud ſibi cõcedat, vel filiis ſuis, aut aliis, propter huiuſmodi inueſtituram, feudum nouum ſit, & non paternum, ſeu antiquum, per tex.in l.fin.C.de remiſſ.pigno. & per tex.in l.ſiquis pro eo,§.ſi nũmos, ff.de fideiuſſo. & l.repetita, ff.de fide inſtrum.& l.ſi vnus,§.idem dicemus, ff.de pact. & l. pacta, ff. de contrah. empt.& l.ſi fortè, ff.de caſtr.pecul. & l.ſi conſtante, C.de donat.ante nupt. Tamen ſi poteſt conprehendi aliqua iuris prçſumptione, quòd agebatur tacitè intereos, vt ipſe idem inueſtiretur, cum taciti, & expreſsi idem ſit iudicium l.cum quid, ff.ſi cer.pet. tunc huiuſmodi feudum paternum eſſe, non nouum. Conſtare autem, iuris præſumptione, ſcilicet quòd id eò renunciat, vt inueſtiretur, ex breuitate temporis dicẽdum eſt. Veluti ſi hodie renunciet, in manibus domini, qui ſtatim, vel poſt paucos dies, idem concedat, certè tacitè videtur actum, in renunciatione, vt inueſtiat, & ſic erit feudum antiquum, vt erat, non nouum, per d.l.ventri,§.fin. idẽ not. Bald.in l. 1. in fine, col. 4. C. de ſeruis fugit.& optimè Cynus, in l. ſiquis poſthac, C.de bon. damnat. vbi allegat tex. & gloſſ.d.c. officij, quod jure feudorum inſpecto, verum eſt, quanuis de iure canonico ſi feudum perueniat ad dominum, qui deinde concedat filio feudatarij, vel alteri conſanguineo, non dicatur feudum nouum, vel de nouo acquiſitum, ſed antiquum, cap. ex parte, de feudis, cap. nuper, de reb.eccleſ. non alien. c.per literas, de donatio. gloſſ. 25. q. 2. cap. quicunque.

16 Sin autem in emptione nihil expreſſum ſit, nec concurrant coniecturæ, ex quibus animus, & voluntas emphyteutæ, deprehẽdatur, emphyteuſis de nouo empta, ex pecunia ꝓueniente ex emphyteuſi antiqua, vtique noua cenſebitur, pro qua ſentẽtia eſt tex.in l.quanuis, C. de pignor. & facit quod tradit Bald.in l.pro debito, col.1.C.de bon.aucto.iud. poſsi. vbi inquit, quòd licet vẽditori mercium, merces ipſæ ſint tacitè obligatæ, ad precium, ſi tamen huiuſmodi merces fuerint venditę, & alię ex eorum precio emptæ, hæ non cẽſentur eſſe

eſſe obligatę, vt priores, per tex. not. in l. quidam, ff. de in rem verſo. Facit pro hac ſententia tex. in l. ſed etſi lege, §. 1. ff. de pet. hæred. ibi: *Item ſi rem diſtraxit, & ex precio aliam rem comparauit, venit precium, in petitione hæreditatis, non res, quam in patrimonium ſuum conuertit.* Ex quo notat Barto. quòd licèt precium ſuccedat loco rei non tamen rès loco precij, quod etiam voluit Cynus, & Albericus, in l. mater, C. de rei vendi. & ibi Bald. verſic. quæro quid è contra, per l. ſi ita fideiuſſorem, ff. de fideiuſso. idem Bald. in l. ſi eum ſeruum, verſiculo. ſed quid è contra, ff. ſi cert. petat. vbi adhoc allegat, l. Proculus, ff. de iure dotium, & l. Titium, §. altero, ff. de adminiſt. tut. Vnde cum res de nouo empta, ex precio redacto ex prioris rei venditione, non ſubrogetur, nec ſubſtituatur in locum primæ, vtiq; in propoſita ſpecie, emphyteuſis nomẽ antiquæ, retinere non poteſt, alioq; iure cenſenda eſt.

17 Quod comprobatur in ſimili ex recepta paſsim DD. ſententia, qui aſſerunt precium redactum ex venditione feudi, vicem, aut locum feudi, non ſubire, nec aliud quidpiam ex ea pecunia comparatum per tex. in c. fin. de feudi cogn. ſequitur Aretinus, conſi. 14. viſo, col. 2. Iaſo, & Alciat. in l. ſi eum ſeruum, ff. ſi cert. peta. Affli. in conſtit. Sicilię, incip. baiuli locorũ, in 1. col. 3. not. 3. verſi. item quæro.

Vnde res ſimpliciter empta, de pecunia antiquæ emphiteuſis venditæ, non ſubrogatur eius loco, tex. in l. idemq;, §. fin. ff. qui pot. in pigno. habean. vbi res empta ex pecunia pignorata, non eſt pignorata, nec res empta ex pecunia eccleſiæ eſt eccleſiaſtica, ſi vera eſt Lappi ſententia allega. 72. in quæſtione. Comprobatur etiam ex text. in l. ex pecunia, C. de iure dotium. Vbi res empta ex pecunia dotali, dotalis non eſt, l. vlt. C. de ſeruo pigno. dato manum. niſi id actũ ſit ex voluntate mulieris, l. res quæ, & ibi gloſſ. ff. de iure dotium, tex. in l. ſi ex ea, C. de rei vend. vbi regulariter res empta pecunia mea, non eſt mea: nec res empta ex pecunia cõmuni, nomine alterius tantùm communis eſt, ſed eius ſolius cuius nomine eſt empta, licet acquirens, vel cõmunicare debeat, ſecundùm, quoſdã, vel ſecundum, alios, partem pecunię reddere, l. ſiquis ſocietatem, & l. ſed & ſi ſocius, §. ſi abſenti, & l. actiones, §. diximus, & l. ſi vnus, §. ſi vnus, ff. pro ſocio, & l. ſi patruus, & ibi DD. C. commun. vtriuſq; iud. & l. qui aliena, & ibi Bald. & Salycet. C. ſiquis alteri, vel ſibi, idẽ Bald. in l. cum oportet, col. 2. verſi. quæro quarè fratres, C. de bon. quæ liberis, & in l. ſi ſocius, ff. ſi cert. peta. & in l. vlt. §. quatuor, ff. de legat. 2. Ange. conſi. 112. Vanucius, & conſi. 174. filius Huggonis, Raph. Comen. conſi. 8. duo erant ſocij, Roman. conſi. 3. viſo themate, & conſil. 291. cum iſti fratres, col. 2. Paul. Caſtrenſ. conſi. 349. ex diẽ, col. 2. verſic. ſecundò oppono, vol. 1. Alexand. cõſ. 49. maturè, ad fin. lib. 1. & conſil. 78. diſcuſsis, col. 1. & 2. vol. 2. & conſil. 37. conſyderatis, ad fin. vol. 4. & rurſus, conſil. 152. in cauſa, verſi. confirmantur prædicta, volu. 7. Soccyn. conſil. 192 capio difficultatem, verſi. ex quibus infero, vol. 2. Curtius Iunior, cõſ. 7. Iacobus. Palac. Rubeus, in repet. rub. de donat. inter vir. §. 65. n. 12.

18 Ex quibus prædicta vtriuſq; caſus diſtinctio abſq; difficultate procedit, illaq; regula generalis, conſtituenda eſt vt nedum in vniuerſalibus ſed etiam in particularibus, iudiciis ſubrogatum in locum alterius, eius naturam ſapiat, ſi hoc expreſſum ſit:

ſecus



ſecus ſi non exprimatur, ſed ſimpliciter quid fiat, quod probat tex. in l. ſi donatę res, §. ſi ſponſus, ff. de dona. inter vir. & tradit Iaſo, in l. ſi grege, col. 2. verſi. nota, ff. de leg. 1. licèt non deſint, qui in hac re differentiã inter vniuerſalia, & ſingularia iudicia conſtituant, per tex. qui id diſcrimen ponit, nuncupatim, inter vtrunque, in l. venditor ex hæreditate, ff. de hæred. vel actio. vend. vbi probat I. C. quod ſi vẽdatur vniuerſitas, preciũ ſuccedit loco rei, ſed vbi vẽditur, vel q̃ ſi vẽditur res ſingularis, preciũ, vel pœna ab alio exacta loco rei nõ ſuccedit, nec eſt propriè in obligatione, ibi: *Credimus precium in ſtipulationem veniſſe*, & ibi: *Sed hoc in re ſingulari nõ poteſt credi*, quod idem tradunt Bartol. Alberi. & Ang. in l. ſi & rem, ff. de petit. hæred. idem Bartol. Bald. Imol. in l. Imperator, §. fin. ff. de leg. 2. ita intelligentes illa iura, vt procedãt in vniuerſalibus iudiciis, idem Bart. in l. qui à debitore, ff. quæ in fraudem cred. & in rubr. ff. ſol. matr. & conſil. 124. punctus quæſtionis, Albericus, in l. qui cum tutoribus, ff. de tranſact. Bald. in l. mater, C. de rei vendi. & in l. item veniunt, in prin. ff. de pet. hæred. & in l. ſi eum ſeruum, & ibi Salyc. & Iaſo. ff. ſi cert. peta. idem Bald. conſil. 53. remanentibus, ad medium, vol. 1. & conſil. 112. eod. vol. & conſi. 135. pater, eod. vol. Paul. Caſt. conſi. 360. Barto. in quodam, ad fin. vol. 1. & conſil. 326. ſuper 1. vol. 2. & Ioan. de Platea, in l. 1. C. de Caſtr. pecul. lib. 12. Alexand. conſi. 81. perſpectis, verſi. quod autem, vol. 2. & conſi. 40. ſuper primò, verſic. vlterius non obſtat, vol. 4. & conſi. 124. eod. & conſil. 119. viſo proceſſu, col. vlt. vol. 5. & conſ. 186. omiſſa, eod. vol. Iaſo, conſi. 43. Ioann. vol. 3. Illud tamen non omittendum cenſeo, quod etiam in ipſis vniuerſalibus iudiciis, in quibus precium ſuccedit loco rei, id quidem non verè procedit, ſed ex fictione, vt pulchrè, & ſingul. voluit Bal. in l. cogi, ad fi. verſi. deinde quęro pone, C. de pet. hæred. ſequitur & cõmendat Iaſo, in l. ſi eum ſeruum, ff. ſi cert. peta.

19 Ex ſupradictis iam infertur, idẽ quoq; quod in ſuperiori ſpecie reſoluendum fore, in permutatione emphyteuſis, vel feudi antiqui: ſi enim illa permutentur, cum habente emphyteuſim, vel feudum nouum, per permutationẽ, antiqua remanebunt, argum. iurium præmiſſorum, quam ſententiam approbauit Lucas de Pena, in ſimili, in l. 1. C. de impo. lucr. de. ſcript. lib. 10. col. 3. verſic. ſed quid in quæſtione, vbi tenuit, & multis comprobauit rem immobilẽ, à patre receptam, ex permutatione alterius, eandem oĩo naturam ſortiri, ideoq; filios, in ea eodem modo ſuccedere debere, atq; in illa, quam pater reliquit, etiam ſi aliàs, ſucceſſuri fuiſſent, quam doctrinam refert, & ſequitur Afflict. in c. 1. de vaſſ. decrep. æta. n. 11. eoq; nõ relato, refert & ſequitur Tiraq. de retr. lign. §. 32. gloſſ. 1. num. 27. Ratio eſt, quia id quod in locum alterius ſubſtituitur, debet omnibus ei⁹ priuilegiis, & prærogatiuis gaudere, vt in l. vnicuiq;, C. de proxim. ſacro. ſcrin. lib. 12. & l. 1. & ibi per Lucam de Pena, C. de Caſtr. pecul. eod. lib. 12. & facit gloſſ. in cap. eccleſia, vt lite pend. & q; in ſimili tradit Iaſo, cõſil. 231. iſtæ duæ mulieres, col. 1. vol. 2. vbi conſuluit, rem permutatam cum re ſubiecta fideicõmiſſo fieri fideicommiſſariam, & tradit Math. de Afflict. deciſio. 336. Quidam nobilis, vbi inquit rem permutatã, cum re dotali, fieri dotalem. Et quod voluit Bald. conſ. 112. vol. 1. vbi tradit fundum patrimonialem, cum alio permutatum,

haud

haud dubiè patrimonialem cenſeri, & Maſſuerius,tit.de Societa.,§. item & dicuntur cōqueſtus.& in ſimili voluit Alberi.poſt Guilel.de Cugno, in l.vlt.col.2. verſi.item quæritur, ff. de negoc.geſtis,vbi aſſerit rem permutatam, poſſe vendicari, quando res mea,quæ ab aliquo fuit permutata, periit. Nec obſtat prædictæ reſolutioni,quod tradit Bald.in l. pro debito,col.1.ff.de bon. aucto. iud. poſsid. (per notata in l.Labeo, ff.de verbor. ſignifi.& in l. mater, C. de rei vend.) vbi inquit, quòd ſi fundus obligatus, cum alio permutetur, hic alius non perinde cenſetur obligatus, vt ille erat. Ex quibus videtur rem permutatam, non ſortiri eandem naturam, quam alia,cū qua permutatur. Quoniam id,eo fit in eo caſu,à Baldo propoſito,quia ibi licet res permutetur, non extinguitur obligatio,ſeu hypotheca, quæ tranſit ad quemcunq; res transfertur,nec impedit alienationē fieri cum ſuo onere:ideoq; ius, & effectus obligationis non poteſt tranſire in rem permutatā, vel quæ in rei permutatæ locum ſubrogatur.

20 Vltimò cōcludo, inueſtituram, ſeu renouationis inſtrumētum à primo,cuius potiùs tenor eſt attendendus,ſi in aliquo variant, fore regulādum, ex Baldo conſi.82. vol. 1. & in cap.1.§.fin.verſi.quæro quis dicatur, de feudo guardiæ, Ruin. lib.1. conſil. 91.nu.6. Gratus, conſil. 110. num.46. vol.1. Paulus, lib.1.conſil. 61. vbi firmat, quòd à clauſulis primæ inueſtituræ,ſeu contractus non eſt recedēdum,niſi accedat communis partiū conſenſus,eo enim adhibito,à prima cōceſsione recedi poteſt, tradit Decius, conſi.185.num.3. verſi. non obſtat,Curtius Iunior,conſi.108. nu. 18. & in tractatu feudo. 2. part.q.7. Neuiſanus,conſi.11.nu.6.Zaſius,de feud. 5.par.nu.60.& par. 6. num. 23. & par. fin. nu. 41. vbi etiam in fine ſcripſit, non eſſe recedendum à prima forma,niſi ſcienter,& prudēter fiat, Brunus,conſil.25.in fin.Paulus Pariſ. cōſ. 22. nu.8.& 23.num.65. & 68. & num. 145.vol.1. Natta,conſi.505.num.17.& 18.vol. 3. Cæphalus, conſi. 12. nu.1. & 26.& melius,conſi.27.nu.1.& ſeq.vol. 1.Roland.conſi.67.n.6.cum ſeq. vol. 1. idem Cæphalus,conſi.152.num.60. & conſi.155.num.9. vol.1. Iaſo.conſi. 13. num.4.vol.1.Burſatus, conſil. 122. nu.17.vol.1.Menochius, conſil.1.nu. 124. cum ſeq. vol. 1. Aliter per ſecundam cōceſsionem, ſeu inueſtituram, non derogatur primæ,ex Decio,cōſ. 185. Cephalo,conſi.197. nu.9. vol. 1. An autē adiectio noua vitiet conceſsionem emphyteuticam in totū, veluti quando emphyteuſis,alio modo quàm ſolita eſt,cōceditur, tradit Iulius Clarus,in §.emphyteuſis, q.6. n. 2. vbi concludit, in forma ſolita eam conceſsionem ſuſtineri.

# Queſtio IIII.

## SVMMARIVM.

1 *Emphyteuſis antiqua quæ cecidit in cōmiſſum ſi remiſſa commiſsi pœna denuò concedatur, vel renouetur,an ſit antiqua, vel noua.*

*Et ibi quid in feudo, ſi dominus felloniam remittat.*

2 *Feudum nouum cenſetur, ſi poſt ius ipſo iure amiſſum,facta remiſsione denuò cōcedatur,ſecus ſi vaſſallus nondum erat priuatus,ipſo iure,licèt eſſet priuādus, tunc*



*timè feudum antiquum remanet.*

*Res extincta, ſi renouetur, dicitur noua; & alia res.*

3 *Licet emphyteuſis concedatur ſub ea forma, quòd ipſo iure ad dominum reuertatur,tacitam habet cōditionem ſuſpenſiuā, effectus commiſsi, ſi dominus velit, & petat;aliàs non fit à iure executio.*

*Emphyteuſis non eſt noua,ſed antiqua etiāſi in conceſsione eſſet expreſsè cōuentum: quòd res, ipſo facto, cadat in commiſſum.*

4 *Dominus ſi declarauit ſe velle vti cōmiſſo & vaſallum eſſe priuatum,ita vt feudū ipſo iure committatur, deinde caducitatē & feloniam remiſit & vaſallum inueſtiuit,vel emphyteuſim renouauit, an feudū vel emphyteuſis, noua eſſe cenſeantur.*

5 *Rex ſi concedat Titio Caſtrum, nomine ac iure antiqui feudi poſsidendum; licet verè id ſit feudum nouum, tanquam nunc primum conceſſum,tamē aſſummit naturam & qualitatem antiqui feudi.*

6 *Licet alij contra n. 6. ſed hæc poſterior verior.*

7 *Veritas,& ſubſtantia rerum,hominum denominatione non immutatur.*

*Rerū ſubſtantia,non nomen cōtractus inſpiciendum eſt.*

*Et ſola nominis differentia non mutat ſubſtantiam.*

8 *Emphyteuſis, vel feudum noua eſſe cenſentur etiam ſi nulla ſententia, & nulla realis executio; interuenit quando dominus procedit per modum meræ nouæ conceſsionis emphyteuticæ, vel infeudationis, quādo emphyteuta vel vaſſallus ipſo iure priuati ſunt.*

*Emphyteuſis eſt noua quando in renouacione,vel inueſtitura adijcitur noua forma, vel qualitas.*

*Feudum dicitur nouū ratione nouarū conuentionum.*

*Noua conceſsio efficitur & conſtituitur,ob noua pacta & ex alteratione primæ inueſtituræ, & ex mutatione formæ antiquarum conceſsionum.*

*Emphyteuſis noua dicitur, quando in renouatione, ſeu noua conceſsione, apponitur clauſula,ſeu aliqua forma; quæ primam & antiquam conceſsionem alteraret.*

*Renouatio non dicitur, quando emphyteuta cum nouis pactis,& qualitatibus fuit inueſtitus, nec dicitur cōceſsio facta ex cauſa renouationis,ſed noua conceſsio,nouaq; inueſtitura.*

*Alteratio ſeu mutatio cenſus, vel canonis non inducit, nouum contractum ſeu renouationem.*

*Noua emphyteuſis facta,non dicitur,ex appoſitione nouorū pactorū,quādo per noua pacta conditio eccleſiæ,melior facta eſſet.*

*Conceſsio prima eſt attendēda, quæ mutari non dicitur; nec eius natura, alterari per renouationem factam ex neceſsitate quadam oriente ex pacto de renouādo, appoſito im prima conceſsione.*

9 *Noua conceſsio facta non dicitur ex alteratione qualitatis, & accidentis, ſecus ſi mutaretur, aut alteraretur forma circa ſubſtantiam.*

*Forma ſubſtantialis emphyteuſis tunc alterata cenſetur, quādo aliquid adderetur p quod eccleſiæ cōditio, vel alterius domini directi, deterior fieret, ſecus ſi melior.*

*Conditio domini deterior fit, quādo fit alteratio canonis, ad maius illius præiudiciū quā prius eſſet, quo caſu alteratū dicitur ſubſtantiale emphyteuſis, quia canon dicitur de ſubſtantialibus.*

10 *Noua emphyteuſis qualiter conſtituatur, & quibus id coniectnris colligatur.*

*Renunciatio, ſeu repudiatio feudi antiqui, facta per vaſallū, non nocet agnatis, quin mortuo refutante, vel eius deſcendētibus debeant admitti.*

11 *Inueſtitus de feudo veteri, tanquā denouo: id nouum fit, & veteris qualitatē amittit.*

*Feudum ſi re vera ſit paternum, vel antiquum, & de eo tanquàm de nouo vaſſallus inueſtiatur, non propterea nouum cēſebitur, ſed manet vt prius erat paternū, vel antiquum.*

Empby-

12 *Emphyteuſis noua eſt, ſi emphyteuta emphyteuſim refutauerit in manibus domini: tunc enim dominus directus poteſt eum tanquam de noua emphyteuſi inueſtire.*

13 *Emphyteuſis eadem perſeuerat, quando dominus procedit per viam cõmunem, & mixtam: veluti remittimus, & de nouo concedimus.*

14 *Clauſula remittimus tibi culpã, reſtituimus feudũ & de nouo cõcedimus: an conſtituat nouum feudum.*

*Emphyteuſis amiſſa per emphyteutam, & in patrimonium domini incorporata, & poſſeſsione apprehenſa, ſi denuò renouetur, noua emphyteuſis dicitur, & nõ antiqua.*

15 *Antiquæ, & nouæ emphyteuſis, differentia.*

*Vſusfructus pro ſe, & filiis, in perſona filiorum dicitur nouus vſusfructus.*

16 *Emphyteuſis in qualibet perſona, noui ſucceſſoris, non dicitur noua, ſed antiqua.*

*Res reſtitutioni, ſeu fideicommiſſo ſubiecta, per hæredem alienata, pendente conditione, ſi deceſſerit ſine liberis, cõtra poſſeſſorem vendicari non poteſt, niſi poſtquàm conſtiterit, grauatũ ſine liberis deceſsiſſe.*

*Emphyteuſi conceſſa pro ſe, & liberis, ius vẽdicadi rem, aduerſus colonum emphyteutæ, ſeu alium rem emphyteuticam tenentem, & poſsidentem non competit, niſi quãdo conſtiterit emphyteutam, ſine liberis deceſsiſſe.*

17 *Dominus ſi durante conceſsione emphyteutica, agat cõtra poſſeſſorẽ, ſeu tertium, rem detinentẽ, exceptione de iure emphyteutæ repelli poteſt.*

18 *Noua emphyteuſis, dicitur non quãdo propter lineam deficientem, ſed ob culpam, vel delictum emphyteutæ fuit finita.*

19 *Emphyteuſis, ſi de nouo concedatur, duobus fratribus, pro ſe & filijs, ſi contingat alterũ, vel illius filios, ſine filijs decedere, pars illius deficiẽtis, alteri fratri nõ accreſcit, ſed ad dominum directũ deuoluitur.*

20 *Emphyteuſis finita per generationem, ſi denuò duobus fratribus, à primo emphyteuta deſcendentibus concedatur, ac renouetur, non noua conceſsio, ſed antiquæ, continuatio eſt, & reintegratio: ſecùs ſi propter delictum.*

21 *Emphyteuſis auita, ſeu paterna, quæ ſit.*

*Emphyteuſis noua dicitur, quando noua forma, nouæq; clauſulæ apponuntur in inueſtitura, ſeu renouationis inſtrumento, ac ab alio, & diuerſo domino conceſsa fuit.*

22 *Emphyteuta, ſi de eiſdem bonis accepit inueſtituram, ſeu renouationem, ab alio diuerſo domino, eo caſu tacitè renunciat, omnibus iuribus ſibi ex priori inueſtitura competentibus, omneq; ius ſuum amittit.*

23 *Emphyteuſis, quando cenſeatur reuerſa, & incorporata in bonis eccleſiæ.*

24 *Emphyteuſis, neque antiqua eſſe, nec antiquæ naturam habere deſinit, licet in cõmiſſum cadat, niſi domini declaratio facta ſit.*

25 *In emphyteuſi noua, ſi ſint duæ lineæ cõſtitutæ, quæ ad fœminas, etiam maſculis non extantibus, tranſire poſsit, quouſque aliquis ſiue maſculus, ſiue fœmina, de vna linea ſupereſt, alij de alia linea admitti nequeunt, nec eſt locus iuri accreſcendi, ſecùs ſi emphyteuſis ſit antiqua & paterna. Et effectus qui ſequitur ex hoc, n. 26.*

26 *Emphyteuſis noua, decedente patre ſine*
*filijs maſculis, ſola filia fœmina ſuperſtite*
27 *tota ad filiam pertinet. Secùs ſi ſit anti-*
*qua. Rurſus, nu. 27.*

28 *Renouatio emphyteutica, non eſt de natura, nec ſubſtantia, contractus emphyteutici, ſed potiùs contrà, vel præter contractum.*

*Renouatio in contractu precarij, ſeu precariæ, dicitur de natura contractus.*

*Renouationẽ qui petere tenetur, & id quod pro renouatione facienda fuit, promiſſum ſoluere, ſi omiſerit emolumento cadit.*

29 *In contractu emphyteutico, in quo de renouatione conuentum fuit, ſi ea petita non fuerit, propter hoc, quis à iure ſuo non cadit.*

*Pœna priuationis, nunquàm dicitur impoſita, niſi in caſibus à iure expreſsis.*

30 *Inter precariam, et emphyteuſim, eſt quædam affinitas, & cognatio.*

*In contractu præcariæ, ſi conductor omiſerit, tempore cõuento renouationem petere, volente domino directo, abſq; ſpe recuperationis, à iure ſuo cadit.*

*Renouatio neceſſaria eſt, in contractu emphyteutico, ſtante loci conſuetudine, ſeu conuentione de renouando, ſicuti in contractu precariæ, in quo renouatio à conſuetudine ortum habuit.*

*Renouatio, ſi tempore debito, vel conuento, vel conſueto, non fuerit petita, conducẽs ipſo iure, volente domino directo, cadit à iure ſuo.*

31 *Elapſo anno, & die feudatarius, non petens renouationem, volente domino, ipſo iure priuatur.*

*Renouatio, ſi non fuerit intra tempus conuentum petita, dominus vlteriùs renouare non tenetur.*



1 SVperiori diſputationi, proxima inſurgit dubitatio, ſi emphyteuſis antiqua in cõmiſſum cadit, & à domino commiſsi pœna remittatur, ac denuò concedatur, vel renouetur, an emphyteuſis antiqua remaneat, an verò noua dicatur, quaſi ex noua domini gratia, liberalitate, & beneficio profecta? Qua in re nihil reſoluit Tiraquellus loquens in feudo, de retract. lign. §. 32. gloſſ. 1. num. 29. licèt plura remiſſiuè alleget more ſuo. Et imprimis aduerto, quòd omnes gloſſæ, & Feudiſtæ, paſsim tenent, feudum antiquum remanere, ex veteri conceſſione, vt licèt dominus felloniam, vel ius commiſsi remittat, nihilominus vaſſallo relictum à domino, priſtinæ illius qualitatis, & naturæ cenſendum ſit, vt in eo frater ſuccedat, & alia obſeruentur, quæ in feudo antiquo, vel paterno, locum habent, gloſſ. in l. 4. §. ſi ære, ff. de peculio, gloſſa in l. quod dicitur, ff. de impẽſ. in reb. dotalib. fact. & in l. imperialẽ, §. inſuper, verbo, priuetur, vbi omnes Feudiſtæ, de proh. feudi alien. per Federicum.

2 Cœterùm, nonnulli ex noſtris auctoribus, in hac re ſolẽt diſtinguere, vt ſiquidem feudum omnino extinctum ſit, quia ſcilicèt vaſſallus eſſet priuatus, feudo, ipſo iure, vt ex crimine læſæ maieſtatis, vel per ſententiam, vel ſi feudum fuerat conceſſum ſub eo pacto, quòd vaſſallus per felloniam caderet à feudo, ipſo iure, vt tunc nouum feudum eſſe cẽſeatur, tanquàm poſt ius ipſo, iure amiſſum, facta remiſsio, ſit noua cõceſsio. Sin autem vaſſallus nondum erat ipſo iure priuatus, licèt eſſet priuandus, tunc feudum antiquum remaneat, vt concludit Baldus, in cap. 1. § inſuper, in fine, de proh. feudi alien. per Federic. tradit Alexand. conſil. 34. viſis, & ponderatis, col. 2. vol. 5. Curtius Senior, conſil. 48. col. pen. & conſi. 49. Zaſius, in epito. feudorum, 3. parte, poſt prin. & par. 10. ad fin. Dueñas, regula. 323. limit. 1. Ratio eſt, quoniam res extincta, ſi renouetur, dicitur noua, & alia res eſt, tx. in l. inter ſtipulantem, §. homo liber. verſi. & nauis, ff. de verborum oblig. & in l. 1. § opus, ff. de noui oper. nuncia. Iaſo, in l. ius autem ciuile, nũm. 15. & 18. ff. de iuſtitia & iure, Decius, in l. 1. in princ. num. 28. ff. quod quiſq; iuris, Afflictus, in d. c. 1. num 12. de Vaſſall. decrep. æta. vbi poſt Bald. & Aluarot. & omnes Feudiſtas, ita diſtinguit.

3 Sed hæc diſtinctio minimè admittenda eſt, nec ſimpliciter verum eſt, quòd feudum nouum ſit facta remiſſione, etiam in caſu, in quo feudum ipſo facto in commiſſum ceciderat: & vaſſallus ipſo iure erat priuatus, quoniam id verum eſt, ſi dominus velit, & declaret voluntatem ſuam, vt tradit Bald. in l. fin. C. de reuoc. donatio. Licèt igitur exprimatur, quod ipſo iure emphyteuſis, ad dominum reuertatur, tacitam habet conditionem ſuſpenſiuam effectus commiſſi, ſi dominus velit, & petat, aliàs non fit à iure executio, vt notant omnes, per gloſſ. & Barto. in l. 2. ff. ſi ager vectigal. & omnes, in l. 2. C. de iure emphyt. vbi propter non ſolutum canonem, ita demum emphyteuta cadit, in commiſſum, ſi dominus velit, aliter domino non conquerente, vel expreſſè remittente caducitatẽ, non eſt noua emphyteuſis, ſed continuatio antiquæ, etiamſi in conceſſione eſſet expreſsè conuentum, quòd res ipſofacto cadat, in commiſſum, vt apertè tenet Cœpola, conſil. 25. col. 2. in ciuilibus, & Corneus, conſil. 115. licèt in hac, vol. 1. Decius, conſil. 138. col. 2. idem tradit Baldus, in l. 1. C. de reuocã. dona. vbi aſſerit, quòd quandocunque agitur de feudo reuocando, vel donatione reuocanda, ſemper oportet, domini voluntatem inquiri, adeò quòd in dubio etiam ingratitudine ſecuta, nunquàm reuocaſſe præſummatur, ꝙ veriſsimùm eſſe ex eo conuincitur, quoniam ſi domini taciturnitate, vel diſsimulatione, qui in vita conqueſtus nõ eſt, fellonia, & ius commiſsi remittitur, idemq; feudum perſeuerat: idẽ profectò, & multò fortiùs dicendum eſt, ſi dominus nedũ diſsimulauit, & non declarauit, ſe velle vti commiſſo, & reuocatione feudi: ſed etiam felloniam, & commiſſum palàm remiſit. Quamobrèm, prædictam diſtinctionem meritò reprobauit Imola, in c. 2. de feudis, quem ſequitur Præpoſitus, in præludiis feudorum, diuiſio. 6. & Carol. in Conſuet. Pariſ. §. 30. num. 106.

4 Sed ex prædicta reſolutione, alia, & grauior inſurgit difficultas, ſi dominus declarauerit, ſe velle vti cõmiſſo, & vaſſallum eſſe priuatum, ita vt feudum ipſo iure committatur: deinde dominus caducitatem, vel felloniam remiſit, & commiſſum: vaſſallumq; vel emphyteutam inueſtiuit, ac renouauit, an emphyteuſis, vel feudum noua eſſe cenſeantur, ac priſtinam naturàm retineant? Et in hoc dubio remota diſputatione, ſequens diſtinctinctio adhibenda eſt, aut enim dominus, per modum ſimplicis remiſsionis proceſsit, & tunc feudum, vel emphyteuſis, noua non inducitur, ſed remanet, vt antiqua, nedum ſi emphyteuta, vel vaſſallus non erat, ipſo iure priuatus, vt omnes fatentur, ſed etiam ſi erat priuatus, ipſo iure, imò etiam ſi ſententia declaratoria, vel priuatiua lata erat, ſed nondum executioni mandata. Ex quo enim dominus, non fuit exequutus popoſitum ſuum, & ſententiã obtentã, ex euentu ſecuto veroſimile eſt, ipſum dominum, per declarationem, & perſecutionem præcedentem, non ſupprimendi, & reuocandi feudum, vel emphyteuſim, cum effectu, ſed potiùs conuincendi vaſſallum, & munificentiam ſuam oſtendendi, animum habuiſſe.

Imò etiam, ſi conſtaret, Dominum, animum habuiſſe præciſè, priuandi emphyteutam, ſeu vaſſallum, & ad ſe emphyteuſim, reuocandi. vel feudum: tamen ſi antequàm exequatur cum effectu, animum mutauerit, & omne ius reſolutionis, emphyteuſis, ſeu feudi remiſerit, vaſſallo, vel emphyteutæ, vel inueſtituram iure priſtino renouauerit, arbitror nouam emphyteuſim, ſeu feudum non induci, ſed antiquum manere. Ratio eſt, quoniam ſiue aliquo caſu, ex lege feudorum, vel emphyteuſeos, vel ſpeciali pacto inueſtituræ, cautum ſit emphyteuſim, aut feudum ipſo iure amitti, ad ipſumq; dominum, abſque noua retraditione, vel apprehenſione facti reuerti, id quidem ſpeciali iure, domini fauore, cui renunciare poteſt, inductum eſt, vt in l. paciſci, ff. de pactis. Quamobrem, res de facili ad ſuam primæuam naturam, & ſtatum reuertitur, l. ſi vnus, §. pactus ne peteret, ff. de pactis.

5 Suffragatur huic interpretationi, quod tradunt Baldus, in cap. 1. verſic. extra not. & ibi Martinus Laudenſ. Cardin. Alexand. tit. de alien. feudi paterni, vbi tradunt, quòd ſi Rex mihi concedat caſtrum, nomine, ac iure antiqui feudi poſsidendum, licèt id verè ſit feudum nouũ, tãquam nunc primum conceſſum, tamen aſſummit naturam, & qualitatem antiqui feudi, argum. l. quicunque, C. de omni agro deſer. lib. 11. Ideoq; poſſe huiuſmodi feudum, in proximiores agnatos, tanquàm antiquum alienari: quod ſi nouum eſſet, minimè poſſet: quod voluit idem Bald. in cap. 1. verſ. demum quærit gl. tit. an agn. vel fili. Aluarot. & Alexandr. in cap. 1. ad fin. de vaſſallo decrep. æt. & in c. 1. de ſucc. fra. Iſer. in c. 1. de contro. feudi, apud pares termi. Laud. & Card. in c. 1. §. porrò, qualiter olim feud. alien. poter. Paulus, Caſtrenſ. conſi. 44. circa præſentem caſum, in prin. vol. 1. & conſil. 284. de vtroq; quæſito, vol. 2. vbi aſſerit hęc verba, habere vim pacti, vt in eo feudo ſuccedatur, tanquã in feudo veteri, tradit Alexan. conſil. 30. quoniam omne datum, verſi. fortius dicit, vol. 1. & conſil. 45. perſpectis, vol. 3. & conſil. 55. perſpectis, verſ. circa aliud dubium, vol. 4. & conſil. 1. ponderatis, verſi. non obſtat, vol. 5. & conſi. 29. perſpectis, verſi. confirmantur hæc, eod. vol. 5. Curtius Senior, conſi. 49. recolendæ, per totum; & conſil. ſeq. verſi. quintò & fortius: & hanc dicit eſſe communem opinionem, Iaſo, conſi. 1. nobiles viri, verſic. ſecundò principalius, vol. 3. idem Iaſ. conſil. 136. præſupponitur, verſic. ſecundò ſpecialius, vol. 4. Decius, cõſi. 53. placet mihi, verſi. quartò facit. Et conſi. 185. in cauſa iſtorum, verſi. non omitto, & conſi. 114. viſo tenore, vbi hanc communem dicit Ripa, in l. 1. col. 2. ff. de legat. 1. verſ. tertiò induco. Anton. Rub. vbi hanc dicit eſſe communem, conſil. 84. viſo, & conſi. 164. circa primùm, verſ. circa aliud, Alcia. in tractatu præſumptio. regul. 3. præſumptio. 28 num. 4. vbi dicit communem, & Carolus Ruinus, conſi. 5. videtur, vol. 1. in princ. & conſil. 14. de pluribus, num. 5. eod. vol. Afflictus, in conſtit. Siciliæ, Poſt mortem, col. 2. in fine. Carolus, in Conſuetu. Pariſ. titu. 1. §. 5. num. 84. vbi dicit communem.

6 Quamuis contrariam ſentẽtiam, imò quòd emphyteuſis, ſeu feudum nouum conceſſum iure, ac nomine antiquæ emphyteuſis, ſeu feudi non mutet ſuam qualitatem, per huiuſmodi verba, quin nouum ſit, & nouum maneat, tenuerint Oldraldus, conſi. 178. factum tale eſt, col. 2. & Albericus, in l. qui teſtamentum, per textum ibi, ff. de probatio. ff. de probatio. idẽ Alberi. in ſuo dictionario, verbo nouum, Baldus, in Præludiis

C 2 Feu-

Feudorum, 3. diuiſio. & ibi Martinus Laudenſis, in capit. 1. 3. diuiſio. qui feudũ dare poſſ. Paulus Caſtrenſis, conſil. 183. de vtroque, vol. 2. Alexan. ſibi contrarius, conſil. 10. ponderatis, verſi. quia adhoc reſpondeo, vol. 3. Iaſo ſibi contrarius, conſil. 57. in cauſa mota, verſi. ſcio quòd poſtremò, vol. 1. & conſil. 152. ſuper feudo, col. 1. volu. 2. & conſil. 180. circa primùm, verſic. ſexto moueor, & verſi. primò, quòd quando feudum, eod. vol. 2. & conſi. 7. vertitur, verſic. tertiò deueniendo, vol. 3. & conſil. 107. in diuiſione, verſ. confirmatur, quòd conſenſus, volu. 4. Zaſius, conſil. 13. ex facto, num. 15. Alber. Brunus, conſil. 79 poſt ſcripta, ad med. quorum opinio tanquàm falſa improbatur, à Carolo, in conſuet. Pariſ. tit. 1. §. 5. nu. 84. ad fin. & nu. 85.

7 Cœterùm hæc reſolutio, & opinio poſterior, priori contraria, licèt ab his, qui communem tuentur ſententiã, improbetur, ſi exactè & cum iudicio perpendatur, non adeò iure & ratione, deſtituta eſt, Si enim feudum, vel emphyteuſis noua ſit, & ex noua domini conceſsione, conferatur, non video, qua ratione ea antiqua fieri poſsit, non magisquàm ſi puer anniculus, ſtatim naſceretur ſenex ſexagennarius, quemadmodũ neque homo ſexagennarius, ſeu ſenex, repueraſcere poteſt, id enim cum per rerum naturam impoſsibile ſit, eiq; minimè conſentaneum, fruſtra admittẽdum videtur, in propoſita ſpecie, cum veritas & ſubſtantia rerum, hominum denominatione non immutetur, tex. in l. ſi fortè, ff. de caſtrenſ. pecul. vbi ſiquis non ex caſtris notus, aliquid filiofamilias donauerit, nominatimq; adiecerit, vt id habeat, in caſtrenſi peculio, tamen id caſtrenſe peculium, non cenſebitur, *Veritatem enim,* (vt inquit I.C.) *ſpectamus*, tex. ad hoc in l. cum falſa, C. de iuris & facti igno. *Cum falſa* (inquit Imperator) *demonſtratione, mutari ſubſtantia veritatis minimè poßit*, tx. in l. nõ nudis, & l. nõ epiſtolis, C. de ꝓbat. & l. aſſumptio, vbi Bart. & Alb. quã legit. cum l. Labeo, ff. ad munic. & l. inſulam, & ibi Paulus, de preſcr. verbis, & l. vbi ita donatur, ff. de dona. cauſa mortis, & l. ſi olei, & ibi not. C. locati, & l. ſi vno, in princ. ff. eod. probat tex. in cap. conſtitutus, de rel. domi. & Clement. vlt. 2. reſponſo, de ſentent. excommuni. cuius tex. auctoritate dicit eleganter Speculator titu. de inſtrum. editio, §. porrò, col. vlt. quòd etiam Papalis denominatio, non immutat rei veritatem. Facit in hanc rem, quod tradit Baldus, in l. qui ſe patris, verſi. hoc ſcias, quòd ſi princeps, C. vnde liberi, & in l. 1. col. 2. verſi. quid ſi notarius, C. de rerum permutatione, vbi inquit, quòd non attenditur nomen contractus, quo vtuntur contrahentes, vel notarij, qui ipſius inſtrumẽtum conficiũt, ſed ſubſtantia ipſius, per d. l. inſulam, idem Bald. in l. ædе. verſi. ſed quid de eo, qui emit. C. locati, vbi aſſerit, non nomen contractus, ſed rerum ſubſtantiam inſpiciendam fore, idẽ Baldus, in l. 2. verſi. ſed iuxta hoc quæro, C. commodati, vbi inquit verba magis deſeruire naturæ contractus, quàm è contrario, idem Bald. in l. licèt certis, verſi. quintò quæro, C. locati, vbi ait, quòd ſola nominis differentia, non mutat ſubſtantiã, & in c. licèt vitanda, de electio. vbi cautela verborum, non poſſe rei naturã mutari, ſubdit, per not. in Clem. vlt. de reſcript. & plura in propoſito Tiraquellus, de retract. lign. §. 32. gloſſ. 1. num. 36.

Ex quibus videtur ſatis probabile,





quòd licèt emphyteuſis noua concedatur iure antiquæ emphyteuſis, nihilominus, noua emphyteuſis ſit, neq; antiqua cenſenda ſit: nulla enim tàm ciuilis, quàm naturalis, iuris ratio admittit, vt quod nouum eſt, vetus ſit, & naturam veteris ſortiatur.

8 Secundum diſtinctionis membrum eſt, quando dominus procedit, per modum, meræ nouæ conceſſionis emphyteuticæ, vel infeudationis, & tunc ſi emphyteuta, vel vaſſallus ipſo iure, priuati ſint: emphyteuſis, vel feudum, noua eſſe cenſentur, etiamſi nulla ſententia, nullaq; alia realis executio interuenerit, quia ſufficit vnà cum diſpoſitione iuris, voluntas domini declarata, & non reuocata, prout non mutatur, per hunc actum, per quem conſtat, quòd acceptauit commiſsionem emphyteuſis, ipſo iure factam, & à tali acceptione non diſceſsit, ſed illa vtendo, de nouo conceſsit, quamobrèm à forma, & proprietate verborum, nouæ conceſsionis, ex quo, & veritati, & materiæ ſubiectæ conformis eſt, minimè recedendum eſt, l. ille aut ille, §. cum in verbis, ff. de legat. 3. & l. 3. C. de liber. præter. Vndè, communiter concludunt DD. quòd quando in renouatione emphyteuſis, vel inueſtitura feudi, adijcitur noua forma, vel qualitas, tunc ex tali adiectione nouæ formæ, dicitur noua emphyteuſis, ſeu feudum, vt tradit Bald. in cap. 1. §. inſuper, in fi. de prohib. feud. alien. per Federicum. Ex mutatione enim formæ, renouationis, ſeu inueſtituræ, efficitur noua emphyteuſis, ſeu feudum, vt concludit Cœpola, conſi. ciuili. 31. num. 7. Iaſo. in l. ſi mihi & Titio, num. 12. ff. de verbo. obligat. idem voluit Oldraldus, conſil. 178. Quidam nobilis, vbi dicit, quòd feudum nouum dicitur ratione nouarum conuentionũ, quem ſequitur Curtius Senior, conſ. 50. num. 29. Afflictus, deciſio. 112. nu. 5. & deciſio. 248. nu. 8. Albertus Brunus, conſil. 78 nu. 5. tradit Bald. in l. quoties, col. 2. de ſuis & legitim. here. & in cap. 1. nu. 19. & ibi Martinus Laudenſ. & Aluarotus, & Cardina. Alex. tit. an agna. vel filius, & in cap. 1. de Vaſſal. decrep. æta. & in cap. 1. §. hoc quoque, de conſ. recti feudi, Bald. conſi. 249. verba, Inueſtituræ, volu. 2. Alexand. d. l. ſi mihi & Titio, verſi. & tene mẽti, Iaſ. conſ. 7. pro reuerendiſſimo. col. 2. verſ. Secundò, & conſi. 8. verſi. non obſtat, vol. 3. & conſi. 24. in cauſa feudali, verſ. præterea & fortiꝰ, eod. vol. 3. Brunus, conſi. 78. quia caſus, col. 2. qui omnes concludũt, quòd noua conceſsio ob noua pacta, & ex alteratione primæuæ inueſtituræ, efficitur, & conſtituitur, quod vltra prædictos Doctores tradit Calderinus, conſi. 11. col. 2. tit. de feudis, qui dicit quòd ex mutatione formæ antiquarum conceſsionum, efficitur noua conceſsio, & de ea, vt de noua iudicandum eſt, ſicut nouum ædificium dicitur, quando eius forma mutatur, l. 1. §. opus nouum, ff. de nou. oper. nunc tradit Auguſt. Beroius, conſ. 93. num. 12. & 51. vol. 1. & conſi. 109. num. 27. eodem vol. 1. & conſi. 112. num. 2. eodem, & conſil. 119. num. 8. eodem. vbi reſoluit, nouam eſſe emphyteuſim, quando in renouatione, ſeu noua conceſsione, apponitur clauſula, ſeu aliqua forma, quæ primam, & antiquam conceſsionem, alteraret. Vndè infertur, quòd renouatio non dicitur, quando emphyteuta, cum nouis pactis, & qualitatibus fuit inueſtitus: nec dicitur conceſsio facta ex cauſa renouationis, ſed noua conceſsio, nouaq; inueſtitura, Bald. in capit. imperialem, §. inſuper, de

12 Emphyteuſis quoq; noua eſt, ſi emphyteuta,emphyteuſim refutauerit in manibus domini, vel renũciauerit,tunc enim dominus directus poteſt eum, tanquàm de noua emphyteuſi inueſtire,arg.eorum quæ in ſimili, de feudo tradit Baldus, in cap. 1.anagnat, vel filius def.n.19.emphyteuta enim nouæ inueſtituræ, ſeu renuationi conſentiendo,ius veteris inueſtituræ perdidit, arg.l. ſiquis ante, ff.de acquir. poſſeſſ. & l. pacta nouiſſima,C.de pactis, & l. cum in plures, §.lege dicta,ff.locati,& l. cum ſtipulatus ſim mihi à Proculo, ff. de verb. oblig.& l. Valerianus,ff. de prætoriis ſtipul. Fit enim plena nouatio, à cõtractibus,qui ſunt oppoſitæ rationis, & qualitatis, vt inquit Bald. d. c.1. an agn. vel filius,n.19.ad fin.

13 Vltimum diſtinctionis membrũ, eſt, quando dominus, procedit per viam cõmunem, & mixtam, veluti, *Remittimus,& de nouo concedimus*, quo caſu ſiue emphyteuſis, ſit commiſſa ipſo iure,vel etiam ſententia lata,ſed nõdum cum effectu executa,vel etiã ſi non erat commiſſa,ipſo iure, clarũ eſt,eandem emphyteuſim perſeuerare:quoniam illa verba, *Et de nouo cõcedimus*,intelliguntur quatenus, & in quantum opus eſt. Hic autem neutro caſu neceſſaria eſt, noua conceſſio,quum ſufficiat ſimplex remiſsio. Adhæc,in dubio pro conſeruatione, ſeu recuperatione prioris ſtatus, & forma rei,iudicandum eſt argum.l.ſi vnus,§. pactus ne peteret, ff. de pact. ita tradit Carol. in Conſuet. Pariſ. §.30.num.111.

14 Ex quibus,reſultat deciſio quæſtionis, quam mouent, DD. in cap. vni.de Vaſſ.decrep.æta.quando vaſſalus commiſit felloniam, perquam priuatus eſt,vel debet priuari, & dominus dicit, *Remittimus tibi culpam, reſtituimus feudum, & de nouo concedimus*, an dicatur nouum feudum, vel antiquum quale erat prius? Quorum argumento, ex his quæ ibidem, col.2. ſcripſit Andr.de Iſern. videtur reſoluendum, in emphyteuſi mẽtem domini,quæ poteſt ex verbis præambulis,vel ſequentibus colligi,debere attendi. Vbi autem aliàs de mente nõ conſtaret,emphyteuſis noua eſſe videtur,quoniam illa verba, *De nouo concedimus*,quæ poſteriora ſunt,priorib⁹ derogant,l.ſi mihi & tibi, §. fin. ff. de legat.1.& l.pacta nouiſsima,C de pactis, quod ita in feudo reſoluit Iſernia. Quod tñ verum non eſt, ideoq; meritò reprehẽditur à Martino Laudenſe, & Præpoſito ibi,col.fin.& Afflicto ibidem, nu. 15. Qui tenent ibidem,in dubio manere feudum antiquum,& bene per prædicta, ſequitur Carolus,d.§.32. num. 111. Quamobrem idem quoq; in emphyteuſi concludendum eſt.

Illud autẽ extra cõtrouerſiam videtur,vt ſi emphyteuſis, amiſſa per emphyteutam, in patrimonium directi domini incorporetur, eiuſque poſſeſsio per dominum apprehẽdatur, ſi tunc denuò emphyteutæ,eiuſdem renouatio fiat,noua emphyteuſis dicetur,non antiqua, per ea quæ in ſimili de feudo, tradit Bald. in l. 1. q.15. ff.de rerum diuiſ.nu. 11. Alexan. conſi.34. col.2. vol.5. Iaſo.conſi. 152. nu.1.in fin.vol.2.& conſi.64.n.1.verſi. ſecundò poſſunt limitari, vol. 3. Gozadin. conſi.84. nu.10.& 21. Quæ tamen interpretatio non procederet, quando emphyteuſis renouaretur, ſub commemoratione antiquarum inueſtiturarum,& ſub eiſdem pactis, & qualitatib⁹, ex his quæ in ſimili de feudo reſoluit Aret.in l.ſi mihi & Titio,ff.de verb.oblig. Alexan.conſ.30. num.6.verſic. & ita etiam colligitur ex verbis, vol.1. Albert.Brunus, conſ. 79.vol.1.



15 Sed video iam,interrogantẽ lectorem,quorſum tam anxia, & laborioſa emphyteuſis antiquæ, & nouæ inueſtigatio? Quæ inde differentia, quæuè vtilitas emergit, antiquitatẽ, vel nouitatem inueſtiganti? Et prætermitto emphyteuſim, aliam eſſe nouam,aliam antiquam. Noua dicitur, quæ adhuc in primo acceptore conſiſtit: antiqua quę à patre, vel ab auo prouenit,vt dicitur de feudo,vt tradunt ſcribentes,in l. ſi mihi,& Titio, ff. de verbo. oblig. Bald. in præludiis feudorum, & tradit expreſsè Auguſtinus Beroius,conſi.129.nu.14.vol.1. Vndè licet emphyteuſis eccleſiæ, qñ alicui pro ſe & filiis, & deſcendentibus conceſſa reperitur,poſsit in perſona filiorũ, dici noua emphyteuſis tñ non eſt,ſicuti etiã de vſufructu dr̃, in l.ſtipulatio iſta, §. ſiquis ita, ff. de verborum oblig.& per Alexand.in l. apud Iulianum, §.ſiquis, ff. de legat. 1. quanuis hoc dictum ſit, valde ambiguum,ſecundum Alex. ibi, nec ſit arguendum de vſufructu ad emphyteuſim, quia vſusfructus eſt quoddã ius perſonale,quod cum perſona extinguitur,§.finitur,inſt.de vſufr. iuncta l.1. ff. de ſeruitut. & ideo ſi fuerit pro ſe,& hæredibus,vel filiis,ſtipulatus, cum fuerit in perſona ſtipulatoris extinctus, ſequitur, quòd in perſona hæredis,ſeu filij, dicatur nouus, & nunquã reſpectu hęredum, & deſcendentium antiquus dicatur,d.l.ſtipulatio iſta. At emphyteuſis ſui natura, cum perſona non extinguitur, ſed ad hęredes,ſeu filios, ſecundũ diuerſitatem emphyteuſeos, eſt tranſitoria,vt in l. 1. ff. ſi ager vectigal.& §. emphyteuſim, in auth.de non alien. aut permut.ideo noua emphyteuſis, in pſona hæredis, vel filij, dici nõ põt.

16 Sicut autem feudum ex perſonis hęredum, vel filiorum non mutatur quin idẽ dicatur, & paternum, ſeu antiquum, vocetur, licèt prima perſona deficiat: ita eadem ratione, dicendũ eſt in emphyteuſi,quòd noua eſſe non dicatur,neque tanquàm noua in perſona filij, primi impetrãtis,incipiat, ſed ſit paterna, ſeu antiqua. Sicut igitur,in perſona filij, ſeu nepotis,non dicitur nouum feudum vt dixi, ita emphyteuſis in qualibet perſona noui ſucceſſoris, non dicitur noua,ſed antiqua,ſeu paterna, & & ſic illa met,quæ fuerat in perſona primi,cum morte regulariter non finiatur,prout finitur vſusfructus, tradit Auguſti.Beroius, conſi. 129. nu. 5. vol.1. Vndè filiis & deſcendẽtibus huiuſmodi emphyteuſis,acquiritur, nõ ſolùm ex facto patris acceptoris, ſed etiam ex prouidentia, domini cõcedentis,ex traditis per Batt. Alexand. & alios,in l. ſi mihi & Titio,ff. de verbo.obligat. Quò fit,vt deficiente prima perſona,quæ acceptauit emphyteuſim,ius vendicandi rem,aduerſus colonum emphyteutę, ſeu aliũ rem emphyteuticam tenentem, & poſſidentem,domino non competat,niſi quando conſtiterit,emphyteutã ſine filiis,ſeu liberis deceſsiſſe. Nam cum res, non ſit ad dominum reuerſura, niſi ipſo emphyteuta ſine liberis decedente, non poteſt dici ius vendicandi ipſi contra quemlibet, poſſeſſorem cõpetere,niſi poſtquàm conſtiterit,emphyteutã, ſine liberis deceſsiſſe: prout in ſimili dicitur de re ſubiecta reſtitutioni, ſeu fideicõmiſſo, per hæredem alienata pendente illa conditione, ſi deceſſerit ſine liberis,quæ contra poſſeſſorem, ſeu emptorem, vendicari non poteſt, niſi poſtquàm conſtiterit, grauatum ſine liberis deceſsiſſe,vt in l.fin.§.ſin autẽ, ſub

ſub conditione,C.cõm.de leg.Potuit enim res emphyteutica, ad tertium perueniſſe,qui,vel ex titulo emphyteutico,vel ex locatione ad modicũ, vel longum tempus,rem ab ipſo emphyteuta,vel ab eius filio, qui in ea ſucceſſerat, habuerit, ex traditis per DD. in l.fin. C.de iure emphy. & per Imol. in cap.potuit, de locato. Et ita expreſſè tradit Beroius,conſ.129.n.7. vol.1.

17 Ideo ſtatim, quòd dominus videt,tertium, ad quem res non poteſt peruenire,emphyteuſim poſsidere, non poteſt contra poſſeſſorem,& rẽ detinentem agere, quod ſi agat, poterit dominus exceptione de iure emphyteutę repelli,ac ſubmoueri,vt eatenus apud illum,maneat res emphyteutica,quàm occupauit, quatenus futura erat,apud ipſum emphyteutam,recognoſcendo agentem, in dominum,ita gloſ. celebris,verbo,in re,ad fi.in §.ſed ſi nummi,in l.indebiti,ff.de condi.indeb.quam eſſe ſingularem teſtatur Angel.ibi,& Iacob.Butric.Alberic.& Salyc.& in iudicando non eſſe ab eius doctrina recedendũ, ſcribit Paulus,nu.14.& communiter teneri poſt longam diſputationem, Iaſo,col.fin.& nouiſsimè Petrus Coſtalius,contra Vldaricum,in fi. ſequitur etiam Bart.in l.2. ad fin. de exceptio.rei iudi. Salycet.& Paulus, in l. cum ſeruum,C.de ſeruis fugit. Bald. etiam, in l.1. col.2. ad fin. C. de iure emphyt.& Iaſo,in l.2.num.19.C.eod. Nec in hoc caſu regula à Iureconſulto tradita,in l.loci corpus,§. competit,ff. ſi ſeruit. vendic. de exceptione iuris tertii non admittenda, locum habet,quoniam ius emphyteuticum, ſeu feudale, quod eſt dominiũ vtile de per ſe,ſicut directum principaliter exiſtit, ideò poteſt domino directo obiici, ſecus in aliis iuribus acceſſoriis rei alterius, vt prædialibus, vel perſonæ,vt vſufructu,vel vſu:qua illa iura nõ poſſunt,obiici,principale ius habenti.Quæ ſententia vera eſt,quãuis non deſint plures auctores qui cõ tradixerint,vti Fulgo.d.l. cum ſeruũ, Bald. Caſtellion. Fulgoſius, & Alex. nu.9 in d.§.ſed ſi nummi,quibus ſuffragatur gloſſ.verbo,in rem,2.in l.1. §.quod autem,verſi. is autem cuius, cui ibidem Bar.& Angel. conſentiũt, ff.de ſuperficiebus. Quamobrem, in propoſita ſpecie nõ poteſt dominus contra tertium poſſeſſorem, & rem detinẽtem agere, ex ſupra dictis,niſi apertè conſtet emphyteutã, aut eius filium,ſine liberis deceſsiſſe,alioquin emphyteutam,vel eius filium in ſua poſſeſsione moleſtare,ac perturbare diceretur,argum.l.fin.ff.vti poſsid.& per Bart.in l.1.§.quod ait Prætor, ad fin.eod.tit.& per Beroium,conſ.129. num.8.vol.1.

18 dicitur etiam noua emphyteuſis, & non antiqua,qñ emphyteuſis, non propter lineam deficientem, ſed ob culpam,vel delictũ emphyteutæ,fuit finita, veluti ſi propter canonem nõ ſolutum,abuſum rei,& pacta nõ ſeruata,ad eccleſiam,vel alium dominũ directum deuoluitur: ac denuò eidẽ emphyteutæ,vel eius filiis, vel alteri conceditur:quod tradit Barto.in l.ſi mihi & Titio,col.vlt.ff.de verb. obligatio. vbi inquit quòd quando emphyteuſis eſt finita,in perſona vnius, in perſona alterius dicitur de nouo conceſſa,Bald.in cap.1.§.inſuper, de prohib.feud.alie. per Federi. vbi inquit quòd quando quis fuit ipſo iure priuatus feudo, ſi eidem rurſus, vel eius filiis concedatur,dicitur nouum feudum, quo argu.idem in emphyteuſi reſoluit Beroius,conſi.109.viſis. inueſtituris,n.1.2.& 3.vol.1.idem Beroius conſil.112.n.3.vol.eod.



19 Effectus,qui ex hac reſolutione reſultat,eſt, quoniam ſi emphyteuſis de nouo cõceditur,duobus fratribus pro ſe,& filijs,ſi cõtingat alterum,vel illius filios,ſine liberis decedere, pars illius deficiẽtis,alteri frĩ, vel aliquib⁹ ex eius linea, nõ accreſcit, nec acquiritur,ſed ad eccleſiam liberè reuertitur, quæ,pro arbitrio,de ea diſponere, & illam portionem,cui velit,dare ac conferre poteſt, ex verbis Bartoli quem DD.ibi cõmuniter ſequuntur, vt ibi p Alex. in d. l.ſi mihi & Titio,& eſt textus in cap.1.§.cum verò,Cõradus,de his qui feud. dare poſſ. ibi: *Sin autem vnus, ex fratribus, à domino feudum acceperit, eo defuncto, ſine legitimo hærede, frater eius in feudum non ſuccedit: quod & ſi cõmuniter acceperint, vnus alteri non ſuccedit, niſi hoc nominatim dictum ſit, ſcilicet vt vno defuncto, ſine legitimo hærede, alter ſuccedat*: tex.etiam in c.1.de fratrib.de nouo benef. inueſtit. ibi: *Si duo fratres de nouo beneficio, & non de paterno ſimul, inueſtiti fuerint, vno ſine hærede defuncto, ad alterum non pertinet, eius beneficij portio. niſi facta fuerit, eo pacto inueſtitura*. vbi gloſſ.verbo, portio,tangit,quid ſi res ſit indiuiſibilis. Gloſſa etiam, verbo, proſpexiſſe, in cap. vni.de duob⁹ fratrib.à capit. inueſtit. Bald. in auth. ſi quas ruinas C.de ſacros eccleſ. Beroius, cõſi.109.n.4.vol.1.ſecùs ſi emphyteuſis foret antiqua,ſeu paterna,cap. 1.de natur. ſucceſſ.feudi,vbi eſt locus iuri accreſcẽdi, & plures collaterales de eadem re ſimul inueſtiti,ſimul admittũtur, tradit Beroius,conſi.109.n. 8.vol.1.& rurſus cõſil.112.n.2.eod vol. vbi aſſerit in emphyteuſi noua,non eſſe locum iuri accreſcendi.

20 In hoc igitur, ad diſcernendam nouã,vel antiquã emphyteuſim conſiderandum cenſeo,an emphyteuſis ob lineam deficientem,an verò propter culpã, vel delictũ, finita ſit, vt in primo caſu,emphyteuſis antiqua ſit, ac prout antiqua reputetur. Ex quo infero, quòd ſi emphyteuſis finita, per generationẽ,denuò duobus frib⁹ à primo emphyteuta, deſcẽdentibus concedatur, ac renouetur, hæc vtiq; non noua conceſsio, ſed potiùs antiquæ cõtinuatio,& reintegratio ſit, ac proinde in ea ius accreſcendi locum habeat, vt ſupra, quod tradit, Alex. conſil.2. vol.5.Auguſt. Beroius conſ. 112.n.2.ad fin. vol.1.& conſil.122. n.21. vol.3. In ſecũdo verò caſu, noua dicitur conceſsio, & noua emphyteũſis. vnde ſi dominus emphyteuſim duobus fratrib⁹, à primo emphyteuta deſcendentibus, denuò cõcederet, emphyteuſis dicitur noua, & in ea iuri accreſcẽdi locus nõ eſt:tradũt Imola, & alij,in cap.vt ſuper,de reb.eccle.nõ alien. Beroius conſil.112.nu 3. vol.1. Ratio diuerſitatis eſt,quoniam quando emphyteuſis fuit finita,ob lineam deficientem, res ad dominum penitus nõ reuertitur, nec dicitur omnino deuoluta,quin aliquod ipſis deſcẽdentibus,ſeu agnatis, primi emphyteutæ, qui aliis extraneis ſunt præferendi,ius remaneat: per ea quæ traduntur in l.1.§. permittitur. ff.de aq. quot. & æſti. & infra dicemus q.5. Ideò facta renouatione, nõ cenſetur noua facta conceſsio, tanquã de noua emphyteuſi, ſed de antiqua, propter primordiale ius, quod adhùc penes deſcendentes, & agnatos remanſit. Item quando res ad eccleſiã reuertitur, ob lineam finitam, nõ dicitur,cũ melioramentis reuerti,quoniã penes hæredes,ipſi⁹ emphyteutæ remanent.Bald.in l.pen.C.de ſolutio & in l.ſenatus.§.Marcellus.& ibi Angel. ff.de legat.1. Cœterùm, quando emphyteuſis ad dominum,vel eccleſiam, propter culpã,vel pacta nõ ſeruata,

nata, vel rei abuſum, vel ob non ſolutionem canonis, vel ob aliud delictũ deuoluitur, tunc res omnino, & penitus, nullo iure remanente, penes deſcẽdẽtes, vel agnatos, tàm reſpectu impetrandi nouam inueſtituram, ſeu renouationem, quàm melioramẽtorum, dicitur reuerſa, & deuoluta, ac directo dominio conſolidata. vt per Bar. & Alex. in d. l. ſi mihi, & Titio. ff. de verb. obl. & traditur per ſcribentes in cap. potuit de locato. & in cap. ex parte de feud. & per Aug. Beroium, conſil. 112. n. 4. vol. 1.

21 Ex quo infertur, quòd licèt quãdo emphyteuſis auita, ſeu paterna, (quæ ſcilicet incepit in perſona aui, vel alterius aſcendentis) eſt finita, & ad dominum directum reuerſa, vel eccleſiam, ſi dominus illam filiis, vel deſcendentibus illius cõcedat, prout tenetur, de ea vt de antiqua, ſeu paterna iudicandũ ſit, & ideò inter eos locus erit iuri accreſcendi, vt not. voluit Bart. & Alex. d. l. ſi mihi & Titio, in fi. tñ ſecùs, ſi propter delictũ, non propter lineã finiretur, vt declarat Beroius conſil. 122. n. 23. vol. 3.

Emphyteuſis etiam noua dicitur, quãdo noua forma, nouæq; clauſulæ fuerut in inueſtitura, ſeu renouationis inſtrumento appoſitæ, & adiectæ & ab alio, ac diuerſo domino cõceſſa fuit, & ei recognitio præſtita, per ea quæ in indiuiduo voluit Bald. in cap. 1. §. in ſuper. de proh. feud. alie. per federi. & in c. 1 anagn. vel filii, cum aliis allegatis per Alex. d. l. ſi mihi & Titio, col. antepen. & per modernos in præludiis feudorum 6. diuiſio. per l. ius ciuile. ff. de iuſt. & iure. tradit Beroius conſil. 109. n. 5. vol. 1.

22 Quando autem emphyteuta, de eiſdem bonis accipit inueſtiturã, ſeu renouationem ab alio diuerſo domino, eo caſu tacitè renunciat omnibus iuribus ſibi ex priori inueſtitura cõpetẽtibus, omneq; ius ſuum amittit, ita Beroius d. conſil. 109. n. 6. & 7. vol. 1. per tex. in cap. 1. anagn. vel fil. defcùm glos. pen. & fin. Quod ſi emphyteuſim antiquam, ſeu auitam, ex aliqua cauſa finitam, & ad dominũ reuerſam, candẽ dominus poſtea, duobus de linea paterna cõceſſerit, tanquàm antiqua regulanda eſt, & illius naturã retinet, vt concludit Beroius conſil. 109. n. 24. vol. 1. & conſ. 112. n. 5. eodem.

23 Prædicta vera ſunt, quãdo dominus, ad quẽ emphyteuſis eſt reuerſa illico reinueſtiuit, ſeu renouauit, & nullo tẽpore penes ſe rem retinuit, vt in cap. 2. de feud. Abb. in c. vt ſuper. de reb. eccleſ. non alien. nam ſi res ad eccleſiam reuerſa, non ſit in bonis eccleſiæ incorporata, vt quia illam ſaltem per annum nõ retinuerit, nec ea, pro ſe vſa fuerit, tunc nõ cenſetur reuerſa nec incorporata argu. l. plerumq;. ff. de ritu nupt. & habetur per Abb. & alios in. d. c. vt ſuper. Adeo quòd etiam ſi Prælatus iuraſſet, de nouo nõ infeudare, nec alienare, tamen illa bona ſic reuerſa, & nõ dum incorporata, non obſtãte iuramẽto, poſsit concedere, & infeudare, quia tunc non dicitur de nouo cõcedere, d. cap. 2. quamuis iuramẽtum ſit præciſè obſeruandum. cap. ad noſtram. 1. de iureiur.

24 Illud tamen aduerto, quòd & ſi quis, ab emphyteuſi antiqua cadat, vel à feudo, etiã propter canonẽ non ſolutũ, vel cõmiſſum, vel felloniã illa neq; antiqua eſſe, nec antiquę emphyteuſis, vel feudi, naturã habere deſinũt, licèt ipſo iure emphyteuſis, vel feudũ, in cõmiſſũ caderet, niſi declaratio à dño facta eſſet. tx. in c. potuit; & ibi not. Ioa. de Imo. de locat. & ibi Abb. & DD. cõmuniter, quod et in feudo



feudo, hoc expreſſè voluit. Ioan de Imola. in cap. 2. de feud. & in vtroq; caſu reſpondet Beroius conſil. 109. n. 26. vol. 1. Priuatio enim nõ cauſatur, niſi declaratione, à domino facta l. 2. cum ibi not. C de iure emph. & faciũt notata per Bald. in cap. 1. §. & quia, de his qui feud. dare poſſ. col. 3. Quin imò illud verum eſt, quòd ſi domini declaratio ſequuta fuiſſet & antequã facta eſſet incorporatio, infra breue tempus, dominus emphyteutam, ſeu vaſallum, renouaſſet, ſeu inueſtiiſſet adhuc emphyteuſis noua non diceretur, ſed antiqua, vel ſaltẽ, antiquæ naturam retineret per tex. in d. c. 2. & not. per Abb. & Barbat. d. cap. vt ſuper, gloſſa in l. quod dicitur. ff. de impenſ. in reb. dot. fact. gloſſ. & DD. in cap. 1. quo tẽp. mil. Andr. de Iſern. in c. 1. de feudo ſine culpa non amitt. cum aliis per Præpoſitum, adductis. in pręludiis feudo. in 6. diff. & ſecũdum ſupra relata, debet declarari, ꝙ voluit Bald. in d. cap. 1. §. in ſuper de proh. feud. alien. perſede. & tradit Beroius. conſil. 109. n. 27. vol. 1.

25 Alia eſt etiam differentia, inter nouam, & antiquã emphyteuſim: nã in emphyteuſi noua (in qua ſunt duæ lineæ conſtitutæ, & quæ ad fœminas etiam, maſculis non extantibus trãſire poſsit) quouſque aliquis, ſiue maſculus, ſiue fœmina, de vna linea supereſt, alij de alia linea admitti nequeunt, nec locus eſt iuri accreſcẽdi. tx. in c. 1. de duob. fratr. à cap. inueſtit, & ibi Andr. de Iſern. & cõmuniter feudiſtę tx. in c. 1. §. 1. de natu. ſucceſſ. feudi. & in c. 1 in fi. de ſucceſſ. feudi, & ꝑ illa iura ita expreſſè tradit Auguſt. Bero. loquens in emphyteuſi cõſi. 111. quia veritas. n. 1. vol. 1. Sin autẽ emphyteuſis fuit antiqua, & pña, tũc etiam ſi fuerit conceſſa in forma prædicta, fœmina non admittitur, quouſq; aliquis ex deſcendentibus maſculis primi accipiẽtis ſuperſit. Vnde, ſi cõtingat alterum ex duobus inueſtitis cũ filia decedere, illa propter maſculos deſcendẽtes primi recipiẽtis, excluſa dici debet, neq; admitti poteſt, quouſq; aliquis ex deſcẽdentibus maſculis, primi acquirentis ſuperſit. tex in c. 1. de eo qui ſibi vel hæred. ſuis maſculis, & fœmi. inueſt. acceper. Decius conſi. 263. cum ſeq. Beroius conſil. 111. num. 2. vol. 1.

26 Ex quo reſultat, mirabilis effectus, quòd & ſi in diuiſione res emphyteutica, tota vni fuerit aſsignata, qui poſteà deceſsit ſine maſculis, ſolà filia fœmina ſuperſtite, & ſuperſtite patruo ac patruelibus ipſius filiæ, ſi emphyteuſis, ſit noua tota ad filiam pertinet, ſi verò antiqua, patruus & patrueles ad eam excluſa filia admittũtur. Quoniã in emphyteuſi antiqua, ſeu paterna maſculi præferũtur cuilibet fœminę, quæ et ſi ex natura cõceſsionis, comprehenſa eſſet, tamen niſi omnibus maſculis deficientibus admitti non poterit arg. c. 1. de natur. ſucceſſ. feudi, & eſt gloſſa. in c. ſi quis miles, cõſtit. feud. dom. Loth. imper. & cap. 1. de eo qui finẽ fecit ag. de feudo pater. & cap. 1. §. ſi Titius cum Sempronio, Si de feudo fuer. cõten. inter dom. & agn. & hoc modo eſt intelligendum quod tradit Bar. & Alex. & alij in l. qui Romę, §. duo fratres, q. 10. ff. de verbo. obligat. & Bal. in l. 1. q. 11. ff. de rerũ diuiſ. & tradit, alios allegans Auguſti. Beroius. conſil. 93. n. 26. vol. 1. vbi inquit ex preſſè, quòd in feudo ſuperſtes de linea illius, ad quẽ feudum in totum, vel pro parte peruenit, præfertur omnibus etiã maſculis de alia linea, hoc eſt alterius fratris. vbi allegat Baldum conſi. 331. dubio. 1. vol. 2.

27 Si autẽ eſſemus, in emphyteuſi noua

noua, ſeu feudo conceſsis pro ſe, & eorum filijs maſculis, &illis non extãtibus pro filiabus, & deſcendentibus fœminis, eo caſu ſi alter ex dictis, fratribus ſine maſculis hæredibus ſupreſtite filia deceſſerit, filia in ſuccedẽdo patruum & patrueles excludit: Vnde et ſi inter ipſos fratres facta eſſet diuiſio, & vni ſoli tota res emphyteutica ſeu feudalis eſſet aſsignata alteri verò fratri bona allodialia data eſsẽt, ſi poſtea cõtingat alterum ſine maſculis decedere, ſupreſtite ſolùm filia illa admittitur, ad partẽ, quæ ex conceſsione debuit ad patrẽ peruenire, excluſis patruo, & patruelibus ita Beroius, conſil. 111. nu. 3. vol. 1.

28 Vltimò quidã cẽſent renouationem emphyteuticã, de iure nõ videri neceſſariã quia nõ eſt de natura neq; de ſubſtãtia cõtractus emphyteutici, ſed potius contra, vel præter cõtractum, vt in §. neq; illud. in auth. de nõ alien. aut perm. reb. eccleſ. coll. 1. & ibi glo. quãuis pacto partiũ de renouatione conuenire liceat, vt colligitur ibi ex gloſſa verbo, tradere, & Ioã. de Imol. in cap. 1. de precario. ſicuti in contractu precarii, ſeu precariæ, dicitur de natura cõtractus per gloſſam, in c. precariæ. 10. q. 2. tradit Aug. Beroius. conſil. 115. viſo quodam inſtrumẽto. n. 1. vol. 1. Quamobrẽ renouationem qui petere tenetur, & id q; pro renouatione facienda fuit promiſſum, ſoluere, ſi omiſerit, emolumento cadit. arg. l. cum proponas. 2. C. de pact. & l. ſiquis maior, C. de trãſactio. & gloſſa. in cap. 1. & ibi Anto. Abb. & Barba. de precar. vbi ſi renouatio in contractu precariæ. nõ petatur, rem conducens cadit a iure ſuo.

29 In contrarium tamen videtur vrgere, ea conſideratio, nam licèt in contractu precariæ, qui fit de quinquennio, in quinquenium, ad renouandum diſpoſitũ ſit, quòd fiat renouatio, aliàs à iure ſuo, precari9 poſſeſſor cadat. vt ind. cap. 1. tamen in contractu emphyteutico. vel alio ſimili, in quo de renouatione conuentum fuit, ſi ea facta, vel petita non fuerit, propter hoc quis à iure ſuo nõ cadit, quoniã hoc nullibi in iure cautũ eſt, ideoq; dicendũ nõ eſt. arg. l. ſiquis ſeruũ. §. non dixit prætor. ff. de acq. hær. cap. ad audiẽtiã cum gloſſ. de decim. & l. vni. §. ſin autem ad deficientis, C. de cad. toll. quod ita tenet Aug. Bero. conſil. 115. n. 44. vol. 1. idem Bero. cõſ. 117. per tot. eod. Quòd etiam perſuadetur, & efficaciùs, nam pœna priuationis, nunquã dicitur impoſita, niſi in caſibus, in quibus hoc fuerit à iure expreſſum. gloſſa. cõmuniter recepta, in cap. fin. de iure patrona. ſed in caſu renouationis non petitæ, hoc nõ reperitur expreſſum, niſi in cõtractu præcariæ, ergo. &c. & ita cõcludit Bero. d. cõſi. 115. n. 45. Renouatiõis tamẽ petẽdæ pactum, in contractibus emphyteuticis, & ſimilibus tollitur, per pactũ contrarium, vt ibi reſoluit Beroius num. 42.

30 Cæterum in propoſita ſpecie, quòd ob non petitam, infra tempus conuentum, renouationem: emphyteuta à iure ſuo cecidiſſe dicatur, ſtãte voluntate, & declaratione domini directi, quæ ob hanc cauſam. illũ iure ſuo cecidiſſe uel priuatum eſſe declarauit perſuaderi videtur, tùm ex ijs, quæ ſup. diximus initio propoſitæ qñis, tùm etiã quia certum eſt in iure emphyteuſim, & precariã, pari paſſu ambulare, adeo vt quod in vno reperitur, in alio expreſſum cenſeatur, & ideo gloſſa in cap. precariæ. 10. q. 2. inter eas, quandam eſſe affinitatẽm, & cognationem aſſerit, & Bart. in l. ſi finita §. ſi de vectigalibus, ff. de damno infecto, in omnibus, & per omnia



nia, in ijs ineſſe, quandam ſimilitudinem teſtatur, & Præpoſitus in præludiis feudorũ, ad fi. vbi ait in nihilo differre, ac in omnibus, & per omnia æquiparari. tradit Alex. cõſil. 165. col. 2. vol. 2. Auguſti. Beroius conſil. 116. in cauſa caducitatis, num. 1. vol. 1. at in cõtractu precariæ, ſi cõductor omiſerit, tempore conuento renouationẽ petere, volente domino directo, abſque ſpe recuperationis, à iure ſuo cadit. vt volũt omnes DD. poſt gloſſ. fin. in c. 1. de precario. & per Hoſtiẽſ. Ioan. de Imola, Abbatẽ & Andr. Barba. ibidem. Quam obrem in cõtractu emphyteutico eccleſiæ, vel alterius domini derecti, idem dicendum eſt, quòd volente & declarante domino, emphyteuta à iure ſuo cecidiſſe, dicatur. Et quamuis de iure in cõtractu emphyteutico, renouationi non ſit locus, quia hoc iure cautum nõ reperitur, tamẽ ſtante loci conſuetudine, ſeu conuentione de renouãdo renouatio neceſſaria eſt, ſicut in cõtractu precariæ, in quo renouatio à conſuetudine ortum habuit. d. c. 1. de precar. & ibi Anto. & Imola & Abb. & probatur ex tex. cum gloſſa. in §. neque illud, in auth. de non alien. aut permut. rebus & per Bald. in auth. ſiquas ruinas. col. 2. C. de ſacroſ. eccleſ. & optimè per Imolã. d. cap. 1. col. 1. & circa conſuetudinẽ, quæ in contractu emphyteutico, renouationẽ introduxit, doctoribus de ea re aſſerẽtibus ſtandum eſſe, colligitur ex traditis, per Bart. in l. de quibus. ff. de legib. & not in c. fi. de conſ. & plura tradit Viuius, lib. opi. com. verbo, Doctori. Quoad hũc autẽ effectũ, nõ refert, an cõceſſio facta fuerit ad vitam, vel ad certũ tempus, renouandũ, vel in perpetuũ cum pacto renouationis, quoniã in precaria idem cõtingit, quæ ad certũ tempus, vel ad vitam, vel in perpetuũ ad renouandum de quinquennio in quinquenium fieri poteſt. & tamen quomodo cũque facta fuerit, ſi renouatio tempore cõuento, vel cõſueto nõ fuerit petita, conducens ipſo iure volẽte eccleſia, vel illius prælato, domino directo cadit à iure ſuo. vt paſſim DD. d. cap. 1. atteſtantur. ergo idẽ in contractu emphyteutico, per prædicta dicendum eſt Beroius cõſil. 116. n. 6. vol. 1. nec finito vno quinquẽnio tacitè & ex perſeuerantia, renouatio inducitur, quoniam illa ſcripturam requirit. Vnde quod tradunt ſcribentes, ex patientia & tolerãtia domini, emphyteutam vel feudatarium, ad obedientiam admittendo, dominum caducitatem remittere cẽſeri, vt per gloſſam, in d. c. potuit. non procedit vbicũque actus propter quem à iure ſuo cecidit, eſt ſucceſsiuus, & adhuc poſt caducitatem durat, vt quando ob alienationẽ factam cecidiſſet, vel propter aliam cauſam ſucceſsiuam, & duratiuam cauſam habentem, vt voluit Antonius de Butrio. conſil. 22. in nomine domini &c. viſis punctis. col. 2. refert & ſequitur. Præpoſitus, in titulo, quo tempo. miles, col. 4. verſic. in quantũ iſta gloſſa. ſed iſte actus non petendi renouationẽ eſt ſucceſſiuus, & adhuc durat poſt curſum temporis ad petendam renouationem, dati: quia ſemper verum eſt, renouationem, non fuiſſe petitam, quo vſque fuerit declaratum emphyteutam cecidiſſe, ergo &c. & ita tradit Beroius conſilio. 116. num. 9. volum. 1. quem refert, & ſequitur Hyppolytus Ryminaldus Iunior, conſilio. 257. numer. 89. & nume. 90. vol. 3.

31 Præterea, ex quo certum tempus, ad petendum renouationem, præfixum eſt, elapſo illo tempore, emphyteuta debet dici, ipſo iure priua-

priuatus, arguendo de feudo, ad emphyteuſim, in quo, elapſo tẽpore anni, & diei, ſecundum perſonarum diuerſitatẽ, feudatarius, ſeu eius hæres, volente domino, ipſo iure priuãtur, cap. 1. §. præterea, 1. de prohib. feudi alien. per Federi. c. 1. quo temp. miles. gloſſ. Abbas, & DD. in cap. 2. de Feudis.

32 Ex quo, cum renouatio non fuerit infra tempus conuentum, petita dominus, vlteriùs renouare non tenetur, neque ampliùs peti renouatio poteſt, ex quo prima conceſsio, fuit finita, Beroius, conſ. 119. num. 9. & 10. vol. 1. vbi concludit, quòd facta conceſsione de 29. in 29. annos, ad renouandum, quòd finito tempore cadit emphyteuta ipſo iure, à iure ſuo ſi renouationem non petierit ſtatim: ſequitur Rymin. Iunior, conſil. 257. num. 85. vol. 3. quia facto illius, qui renouationem petere debebat, res deſiit eſſe integra, ſimulàc dñs emphyteutam ob hoc, à iure cecidiſſe, declarauit, iuxta not. per Bald. in auth. qui rem, C. de ſacroſ. eccleſ.

# Queſtio V.

## SVMMARIVM.

1 *Renouatio rei emphyteuticæ, vt fieri poſsit, ſiue poßeßori, ſeu alij tertio neceſſaria eſt, primæ conceſsionis abdicatio, extinctio, ſeu renunciatio, vt ei nouus fiat titulus.*

*Res non dum vacans, non poteſt in emphyteuſim concedi, & ideò emphyteuſis conceſsio, de re prius alteri data, & conceſſa eſt nullius momenti.*

2 *Dominus nõ poteſt in præiudiciùm eius, cui ius eſt quæſitum, alteri inueſtituram concedere: ſeu alterum admittere.*

3 *Beneficii, viuentis reprobata eſt feſtinata, & præpopera, impetratio.*

*Ius in aliena re, dari non poteſt.*

*Renouatio ſeu inueſtitura emphyteuſis, quæ penes alterum exiſtit, inducit votum, captandæ mortis.*

*Renouatio, emphyteuſis de re alterius, alteri fieri poteſt, de conſenſu poſſeſſoris.*

*Beneficium viuentis, de conſenſu ipſius poteſt, impetrari.*

4 *Emphyteuſis conceſsio, tertio fieri poteſt, durãte prima conceſsione in perſona alterius, citra illius conſenſum, cum clauſula relata ad tempus, quo finietur ius emphyteutæ poſſeſſoris.*

5 *Beneficia eccleſiaſtica, antequàm vacẽt, concedi, vel promitti, non poſſunt.*

*Vnio beneficii nondum vacantis, abſque poſſeſſoris conſenſu, ſine illius tamẽ præiudicio fieri poteſt.*

*Beneficium, viuente poſſeſſore reſeruari poteſt, & illi reſignandi facultas auferri, per papam.*

*Conſuetudo, ad renouationem impetrandã plurimum habet roboris, & momenti.*

6 *Renouatio emphyteuſis, quo iure, ſeu actione petatur, & receptius eſt, nobili iudicis officio expediri.*

7 *Renouatione emphyteuſis iam factã, ſeu conceſsione de nouo, verius eſt condictionem ex lege competere pro obſeruatione emphyteutici contractus.*

8 *In feudo oritur actio ex feudo.*

*Promiſsio facta de inueſtiendo, abſque ſtipulatione producit condictionẽ ex moribus.*

*Vtilis reiuendicatio datur vaſſallo, nõ tantùm contra extraneum, ſed etiam contra dominum, ſi iam in poſseſsionem vaſallus fuit inductus.*

*Dominus poteſt agere contra vaſallum ad ſeruitium, actione ex ſtipulatu, vel condictione*



*dictione ex moribus.*

9 *Renouatio ſi ex pacto, tempore conceſsionis appoſito debeatur, producit actionem perſonalem ad renouandum.*

*Emphyteuſis finito tempore, poſt quod renouatio ex pacto debetur, nõ poteſt alteri concedi, vel renouari, ſed illi tantùm, cui promiſsio de renouando facta eſt.*

*Quando quis tenetur ad factum, ex diſpoſitione legis præciſè compelli poteſt.*

*Stante pacto de renouãdo emphyteuta præciſè dominum, ad renouandum cogere poteſt, adeo vt præſtando intereſſe non liberetur. Dummodo intra annum, renouatio petatur, ibidem.*

10 *Emphyteuta renouationem petere, non tenetur ſi nolit.*

*Renouatio quæ ex forma cõtractus, & inſtrumenti, in fine temporis præfixi peti debet, petenda non eſt, niſi finito tempore.*

11 *Renouatio emphyteuſis intra annum petenda eſt, ab hæredibus, vel deſcendentibus, aliter renouationis iure omnino excluduntur.*

12 *Annale ſilentium habet, vim repudiationis.*

*Lapſus diei habet vim pacti, de non petendo.*

*Lapſus diei ad aliquid præſtituti, habet vim tacitæ renunciationis.*

*Quando aliquod ius competit alicui, quod poteſt acceptare infra certũ tẽpus, ſi permittat illud tempus labi, & illud nõ acceptet, cenſetur tacitè repudiare.*

13 *Tempus legis dicitur pro forma.*

14 *Officium iudicis quod cõpetit cõſanguineo, ſiue agnato ratione feudi alienati ad illud reuocandum, tollitur per lapſum anni, quando eſt facta alienatio, in remotiorem agnatum, ſecus ſi in extraneum.*

15 *Anni tempus ad petendam renouationem, quare fuerit limitatum.*

16 *Dominus elapſo anno præfixo, ad petendam renouationem, emphyteuſim cuicunque velit, concedere poteſt, & de ea, quemcunque inueſtire, & renouare. Etiam abſque alia valuntatis declaratione.*

7 *Renouatio, etſi intra annum non petatur, non indiſtinctè res cadit incommiſſum, ſed requiritur domini declaratio, vt ex non petita renouatione, cadat ab emphyteuſi.*

18 *Emphyteuta, ſeu vaſallus non petentes renouationẽ, ſeu inueſtituram intempore, poſſunt moram ac pœnam, intra modicum tempus, iudicis arbitrio conſiderandum, purgare.*

19 *Conceßio ſimplex de re emphyteutica, cum pacto de renouando de 29. annis, in viginti nouem annos, vel alio certo tempore perpetuò, tribuit actionem ad renouandum aduerſus dominum, perſonalem quæ finito tempore conceſsionis intra triginta annos proponi poteſt: ac proinde intra illud tempus requiritur domini declaratio, vt ob non petitam renouationem cadere exiſtimetur.*

20 *Pactum expreſſum inter contrahentes factum, quòd elapſo tempore 29. annorũ emphyteuta renouationẽ potere teneatur, à domino, ipſum emphyteutã adeò afficit, ac reſpicit, quòd ſi elapſis 29. annis, vel aio tempore à contrahentibus præfinito, renouationem ſibi fieri non petierit, abſq; alia domini declaratione, ſtatim, & ipſo iure, vel ſaltem elapſo anno, à iure ſuo cadat.*

21 *Minor 14. anis non petens renouationẽ, infra annum, non amittit renouationis beneficium.*

22 *Minori adulto currit tempus anni, ad petendam renouationẽ, reſtituitur tamen.*

*Minor non petendo renouationem, ſeu inueſtituram emphyteuſis intra annum, eo ipſo eſt læſus.*

*Intorpretata lex. fin. C. in quibus caſibus, in in tegrum reſtitutio non eſt neceſſaria.*

23 *Anni lapſus, ad petendam renouationem, non nocet, quando aliqua iuſta cauſa, vel impedimentum, non petentem renouationem, ſeu inueſtituram, excuſaret.*

*Impedimentum iuſtum eſt, ſiquis aduerſa valetudine detineatur, non ſolùm ſua, ſed etiam ſuorum.*

*Impedimentum carceris excuſat non petentem renouationem intra annum. Item etiã ſi bellum ingrueret, vel locus vbi dominus reſidet, non eſſet tutus, propter inimicos.*

*Impedimentũ etiam iuſtum eſt, abſentia cauſa reipublicæ, vel inundatio aquarum, vel niuium impedimentum, vel etiam regis præceptum, vel maioris.*

*Impedimentum probatur euidentiſsimis probationibus, niſi probatio difficillis ſit.*

24 *Anni lapſus, ad petendam renouationem nõ nocet militi, cuiius concedit annũ, & menſem.*

25 *Anni lapſus ad petendam renouationem non currit ignoranti, rem eſſe emphyteuticam, & ſi propter ignorantiam, intra tempus à lege præfinitum renouationem non petiit.*

*Propter iuſtam ignorantiam, hæres tutus, atque illæſus conſeruatur, ipſo iure abſque ope reſtitutionis.*

*Ceſſatio imponens pœnam caducitatis, emphyteutæ propter moram nõ ſoluendi, debet intelligi de ceſſatione culpabili.*

26 *Annus ad petendã renouationem à principio eſt vtilis ignoranti, poſt ſcientiam verò continuus.*

*Tempus, ipſo iure non incipit currere emphyteutæ, ad petendam renouationẽ, ſeu inueſtiturã, niſi à die ſcientiæ probabilis.*

27 *Tempus anni non currit, niſi à die aditæ hæreditatis, & an hoc verum ſit.*

*Maior viginti quinq; annis, ex clauſula generali propter iuſtam ignorantiam reſtituitur, vt quia hæres.*

*Ignorans non negligit neque contemnit.*

*Ignoranti non currit annus datus executori à conſtitutione ſynodali, ad exequendum teſtamentum.*

*Inueſtitura eſt nulla, quæ fundat ſe in non petita renouatione, cum emphyteuta, priuatus, rem eſſe emphyteuticam ignoraret.*

28 *Annus ad petendã renouationem, currit hæredi, quando apparet penes illum fuiße inueſtituras, ſeu inſtrumenta emphyteutica, vel alios titulos ſuorũ prædeceſſorum, vel aliter de ſcientia probaretur.*

*Hæres quotieſcunque ex facto ſuo, & propria culpa conuenitur, omino propter iuſtam ignorantiam excuſatur.*

*Hæres emphyteutæ, iuſtam habet ignorantiæ cauſam.*

*Hæres ignorans, rem conductam à defuncto, non tenetur pœna legis, non abs re, C. vnde vi.*

29 *Hæres emphyteutæ vendens fundum emphyteuticum non cadit à iure ſuo, dominusque reuocare volens, ſcientiam probare debet.*

*Emphyteuta, ſeu vaſſallus, vbicunque ex facto proprio debent cadere à iure ſuo, intelligitur in ſciente, & non ignorante, rei qualitatem cauſantem caducitatem.*

30 *Annus ad petendam renouationem non currit, ſi poſt annum lapſum, dominus penſionem recipiat.*

*Dominus poſt annum, ſi recipiat vaſſallum ad ſolita ſeruitia, & ad obedientiam, & ſic elapſo tempore, ad petendam renouationem, caducitatem, & culpam remiſiſſe videtur.*

31 *Dominus poſt lapſum anni, ad petendam renouationem, recuperando penſionem, & vaſſallum ad ſuum ſeruitiũ recipiendo, tacitè videtur iuri expellendi renunciaſſe.*

32 *Tẽpus anni & diei, ad petendã renouationẽ nõ currit, quãdo emphyteuta emphyteuſim non poſsidebat, ſed erat penes tertium.*

*Tempus datum ad petendam inueſtituram ſeu renouationem, impedito non currit, maximè quando per impedimentum, pacificè non poſsidet.*

*Annus datus promoto, ad curatum beneficium noncurrit turbato in poſſeßione.*

33 *Vaſſallus ad hoc vt feudum amittat, requiritur quòd in dolo verſetur.*

34 *Dominus directus, ſi durante tempore petendæ renouationis, alij extraneo emphyteuſim concederet, tunc vſque ad 30. annos facultas petendæ renouationis durat, extranea perſona inueſtita.*

35 *Quando vaſſallus, vel emphyteuta, culpa ſua deſiit poßidere emphyteuſim, vel feudum, annus ad petendam renouationem currit: aliàs ſecus.*



1 RENOUATIO emphyteutica, vt fieri poſsit, ſiue poſſeſſori, ſiue alij tertio, rei emphyteuticæ poſſeſsione, penes alium exiſtente, neceſſaria eſt primæ conceſsionis abdicatio, extinctio, ſeu renunciatio, vel refutatio, & ita in primo caſu paſsim praxis, totius regni obſeruat, vt non aliter emphyteuſis, noua fiat inueſtitura, ſeu renouatio, priuſquàm emphyteuta, ſeu poſſeſſor rem, & poſſeſsionem, in manibus domini directi renunciauerit, vt ei denuò, nouus fiat renouationis titulus, cui ſuffragatur prima conſtitutio Braccarenſis, tit. 19. ibi: *Daqui em diante ſe não faça algum emprazamento, de couſa eccleſiaſtica, ſe não for vaga per morte, renunciação, ou demanda.*

In ſecundo verò caſu, id tam ciuilis, quàm humana iuris ratio dictat. Quoniam res nondum vacans, non poteſt in emphyteuſim concedi: ideoq; emphyteuſis conceſsio, de re prius alteri data, & conceſſa, eſt nullius momenti, Baldus, & Aluarotus, in cap. 1. § ſiquis fecerit, verſic. quæro quid ſi dominus, quo tempore miles, vbi text. irritam decernit conceſsionem feudi, viuente vaſſallo inueſtito, & non conſentiente factam, textus etiam, in cap. 2. de feudo, dato in vicem legis commiſſ. & in cap. 1. qui ſucceſſo teneantur, Decius, conſil. 144. num. 2. Corneus, conſil. 184. vol. 4. Gozadinus, conſil. 20. num. 10. Gabriel. conſi. 88. num. 3. & ante eos Bald. conſil. 134. volu. 2. & doctiſsimus Anto. à Gamma, quæſt. 36. num. 1. verſi. ſimiliter.

2 Cui reſolutioni ſuffragatur regula, quæ habet, quòd dominus non poteſt in præiudicium eius, cui ius eſt quæſitum, alteri inueſtituram cõcedere, ſeu alterum admittere Baldus, conſil. 82. proponitur, quòd inueſtitura, vol. 1. & in c. 1. § fin. de feudo guardiæ, Paulus Caſtrenſis, conſil. 61. videtur dicendum, col. fina. idem, in l. 1. C. quando non pet. par. Abbas, & ſcribentes, in cap. quæ in eccleſiarum, de conſtitutio. Soccinus, conſil. 38. vol. 4. Alexand. conſil. 15. vol. 5. & conſil. 203. perſpectis his, col. 1. vol. 2. Curtius, conſil. 50. & 53. qui aſſerunt, talem inueſtituram eſſe nullam, nec competere ius renouandi, Gozadinus, conſi. 20. num. 10. Ex quo paſsim vulgò, illud quaſi in prouerbium abiit: *Prazo ſobre prazo, não val nada.*

3 Hinc etiam, vt opinor, deſcendit, reprobata illa beneficij, viuentis feſtinata, & præpopera impetratio, tam ciuili, quàm canonica lege, omnino damnata, vt vtrunque latè, & eleganter comprobat Quintil. Mandoſius, regul. 21. Chancell. de impetratio. benefici. viuent. quæſtio. 1. per

totum,& rurſus, in tracta. de ſignat. gratiæ,fol. 48. & probat tex. in cap. 1.de conceſ.præbendæ,vbi probatur, quòd non debet quis,impetrare beneficium viuẽtis, nec in illius locum ſubſtitui,alioquin eſt ab eccleſiaſtica communione depellendus,latè comprobat Rebuffus,in praxi, fol. 336. c. de reproba.benef.viuẽt.impetr.quoniam beneficia debẽt eſſe perpetua, c.ſatis 56.diſtinct.et beneficiis nõ eſt, quis priuandus ſine cauſa,c. inuentũ, 16.q.7. Item etiam, quia ius in aliena re dari non poteſt,l.2.ff.de pign. act. glo.in l.1.ff. de pigno. & in l.2. C.ſi res aliena.pigno.data ſit. Quare cum beneficium ſit eius, cui primò collatum fuit,c. ſi tibi abſenti, de præb. in 6.ob id alteri concedi non poteſt.

Sic etiam improbanda eſt, illius inueſtitura, ſeu renouatio emphyteuſis, quam quis de emphyteuſi alterius, ꝑ eum poſſeſſa,impetrat,& obtinet. Inducitur enim votum captandæ mortis, lege tàm ciuili, quàm canonica, exoſum,c.2.de cõceſſ.præb.gl.in reg. 20 Chãce. Eſt enim maxima ambitio eius, qui petit ſe inueſtiri de emphyteuſi non vacante,arg. c. quia in tantùm,de præb.& cap ſicut.1.q.6. & facit c.non furem,7.q.1. vbi impetrans beneficium viuentis eſt fur,& latro. De conſenſu tamen illius qui emphyteuſim poſſidet, renouatio alteri fieri poteſt, ſicut etiam in ſimili beneficium viui, de ipſius conſenſu impetrari poteſt, tex. in cap. ex tranſmiſſa, de renunciatio.cap.ſicut alterius, 7.quæſtio.1. ibi: *Abſque eius conſilio,& voluntate*, cap. beneficium, de regul. in 6. ibi: *Niſi ad id, ipſius accedat aſſenſus*. Facit lex finalis,C. de pactis, cuius diſpoſitio limitatur, niſi fortè ipſe, de cuius hæreditate pactum eſt voluntatem ſuam accommodauerit Anchartan.conſil. 403. viſo diligenter, ante num.3.Fulgoſius, conſil.73. pater familias, num.2. verſic. quando factum eſt ei volenti, Soccynus, conſil.53.miror quòd in pręſenti,nu. 1.volu.3.& in beneficiis expreſsè tradit Quintilian. Mandoſius, regula 21.quæſtio.5.num.4. & rurſus, quæſt. 9.num. 3. & Rebuffus, in praxi de reprob. benefic. viu. impetr. gloſſ.7. num.58.

4 Licèt autem,emphyteuſis inueſtitura, ſeu renouatio, durante prima conceſsione in perſona alterius, citra illius conſenſum, concedi non poſsit,alteri tertio: cum clauſula tamen relata ad tempus, quo finietur ius emphyteutæ poſſeſſoris, bene tertio concedi poteſt, ita Soccinus, conſil.167. num. 23. volu.2. ad quod facit bonus textus, in cap. 1. qui ſucceſſor. dare feudum teneantur, vbi etiam, quòd ſucceſſor non tenetur hanc inueſtituram ratam habere, ſi in vita cõcedentis,non fuit perfecta, nec cõſũmata:facit etiã tex.in c.1.qui ſucceſſ. teneantur,ibi: *Siquis inueſtitus fuerit de alieno feudo poſt mortem eius, vel ſiquis fuerit inueſtitus ſub conditione aliqua, vel tempore, quo nullus erat inueſtitus, inueſtitor, & inueſtitoris hæredes, tenentur inueſtito, vel hæredi eius veniente tempore, vel conditione*, & eſt etiam textus, in capit. 1. de Clerico, qui inueſtituram facit, ibi: *Vbi verò de alterius feudo fecerit inueſtituram, ſiquidem purè, non valeat, ſed ſi ſub tempore, vel conditione, quo feudum ſibi aperiatur, valebit inueſtitura: etiam ſine voluntate vaſſalli facta*, & paulò inferius, *Aut cum ſe viuente, feudum apertum fuerit, poſſeßionem tradat, & inueſtituram adimpleat*. Melior textus, in cap. 1. §. moribus, ſi de feudo def. contentio ſit, inter domin. & agna. vaſſall. ibi: *Moribus receptum eſt, dominum de feudo militis ſui, quod poſt mortem ipſius, ad dominum reuerti*



*reuerti ſperabatur, in alium militem inueſtituram facere poſſe: quæ inueſtitura tunc demum capiet effectum, cum feudum domino, aut hæredi ſuo, fuerit apertum*, & ibi gloſ. verbo, moribus.

5 Hæc autem reſolutio,in beneficialibus non procedit,nam beneficia eccleſiaſtica antequàm vacent, concedi,vel promitti non debent, cap. nulla,& cap.relatum,de cõceſſ, præb. & cap.fin.eodem,tradit Staphyleus, de lit. grat. cap. de variis mod. vacatio.num.11. Licèt vnio beneficij, fiat de beneficio nondum vacante, & ſic viuentis, abſque poſsidentis tamen præiudicio,cap.conſultationibus, de donat.Clem.vlti. de reb. eccleſ. non alien. tradit Rebuffus, in praxi,tit.de repr.viu.ben.impetr. gloſſ. 7. nu. 56. & Staphyleus, in 2. forma mand. de prouid.num.3. Viuente etiam poſſeſſore beneficium reſeruari poteſt, & illi reſignãdi facultas,per Papam auferri,Clement.vni.de reb.eccle.non alien. Rebuffus,in praxi,in regula de non toll.ius quæſitum,num.33. Quæ quidem vnio, & reſeruatio, ſortiuntur effectum,cum beneficia vacant, Staphyleus,vbi ſup.num.4. Sed vt ad inſtitutum reuertamur, illud aduerto,ad huiuſmodi renouationem impetrandam,conſuetudinem plurimũ habere roboris,ac momenti,ſiue illa generalis ſit, ſiue particularis illius eccleſiæ,ad quam iure directi dominij emphyteuſis ſpectat, vt latè conſuluit Corneus,conſ.250.in hac conſultatione,nu.3.cum ſeq.vol.3.vbi reſoluit, eum,qui ſoluta pecunia,emphyteuſim ab eccleſia recepit,cenſeri eandem emphyteuſim recipere, cum hoc,quòd poſsit ius ſuum vendere ei, cui fiat,per eccleſiam renouatio in tertiam generationem.

6 His præmiſsis dubium eſt, quo iure, ſeu actione petatur renouatio emphyteuſis? Et crebrior eſt,quorũdam ſententia,exiſtimantium, renouationis ius, & actionem,ſeu petitionem, nobili iudicis officio expediri, ꝙ nullam præſupponit obligationẽ, l.qui per colluſionem,§.fi.ff.de actio. empt.& ita reſoluit Areti.in l. ſi mihi & Titio,ff.de verb.oblig.n.3. Balbus, de pręſ.4.par.4.p.q.30.col.fi.vbi agit, an detur condictio ex lege, & prædictam concluſionem ponit Iaſo, in l. prætor ait,§.& aliquando,n.15. ff. de noui ope.nuncia.vbi pro renouatione imploranda iudicis officium concedit.Habet autem iſtud iudicis officium, pro fundamento æquitatem, Bar.in l.Prætor ait,§.permittitur, ff. de aq.quot. & æſti. & in l.1.ff. de priuil.credit. Quarè renouatio emphyteuſis,implorando iudiciis officium expeditur,Bald.in rub.de appell. nu. 6.ideoq; eam ex æquitate magis, quã iuris rigore procedere, firmat Affli. in c.1.nu.4.quemadmod. feud. ad fil. perti.& Decius,in l.1.n.33.ff.de iuriſd. omn.iud. vbi ſubdit iſtud iudicis officium miſericorditer implorandũ fore. Licèt Alciat.in c.quod ſedem, de offic.ordi.poſt n.61.verſi.nec obſtat, notab. 5. contrarium cenſeat,ſcilicèt renouationem iudicis officio nobili, non expediri,vbi reſpondet tex. d. l. qui per colluſionem, procedere in officio iudicis mercenario, ꝙ pręſuponit ex æquitate actionẽ,& obligationem,vt ibi probat. Ex quo poteſt defendi,quod tradit Decius,cõſ.389. nu.8. Vbi firmat, petentem renouationẽ,poſſe rẽ ab inueſtito euocare.

7 Facta autem renouatione emphyteuſis,ſeu conceſsione de nouo,veriꝰ eſt cõdictionem ex lege competere Bartol.in l.1.nu.11.C. de iure emphy. & cõmunem aſſerit Iaſo,in l.iuris gentium,§.quin imò, n.17. ff. de pact. & cõem, Iulius Clar.lib.4. recept. ſent.

 §. feu-

§.feudum,q.89. & cõmunem eſſe teſtatur ſententiam, idem Barto. num. 7.ff. de cond ex lege, (licèt ipſe teneat contrarium) Iaſo.in l 1. n. 68. C. de iure emph.& in d.l 1.nu.8.& Iacobus de Nigris,in l.1.num.48.verſi.alia autem,ff.de lega.1.& Iulius Clarus,d. lib.4.§.emphyteuſis,q. 47. Nõ enim eſt potens contractus emphyteuticꝰ per ſe ad producẽdã obligationẽ niſi vires accepiſſet à lege Zenonis, quæ eſt l.1.C.de iu.emph. vñ meritò ex ipſa lege,non autem ex ipſo contractu datur actio.

8 In feudo autẽ, Bart. fuit in noua opinione,in l.vni.col.pen.ff. de condict.ex lege, quòd ex cõtractu feudi, oriatur actio ex feudo, & idem dicit Bar.generaliter, quòd vbi ſtatutũ,vel conſuetudo.inducit nouum contractum,ſemper oritur,actio ex illo cõtractu,eandem opinionẽ tenuit Bar. in l incõmodato,§.1.ff. cõmoda. Sed verius eſt,ꝙ qñ eſt facta ꝓmiſsio de inueſtiendo, ſine ſtipulatione, tunc oritur condictio ex moribus,quæ eſt cõis ſententia,quam tenuit Angel.in l.vnica,ff.de cond.ex lege; Bal.in rubri.C.de cõd.ex lege,& in c.1.in prin. col.3.de controuerſ.inueſti. & Curt. de feudis,1.par.quæſt.10. prin. vbi ita colligit ex dictis Andreæ de Iſernia, in præludiis feud.& ſequitur Iaſo, ſuper vſibus feudorum,nu.36.verſi. Tu addendo aduerte,& cõmunem dicit Iulius Clarus,lib.4.recept.ſentent.§. feudum,q.89. Sin autem feudũ concedens in veram,& naturalem feudi poſſeſsionem, vaſſallum induxiſſet; tunc vaſſallo competit vtilis rei vendicatio,nedum contra extraneũ, ſed etiam contra dominum, quoniã vtilis tunc præfertur directæ l.1.in fine, & l.2. ff. ſi ager vectigal. notatur per gloſ.in rubr. ff.de rei vendicat.tex. & gloſſ.in cap.1.§.1.vbi latè Aluarot. de inueſtit.de re alie.facta, quo caſu ſufficeret inductio, vaſſalli etiam in clãdeſtinam poſſeſsionem, iuxta conſilium l.ſi fundum,ff.de fundo dotali. Aliter ſi vaſſallus inueſtitꝰ eſſet ex inueſtitura abuſiua,ſeu verbali,per quã fit tantùm quædam imaginaria futuræ poſſeſsionis repreſentatio (veluti ſi haſtam,aut anulum, vel aliud corporeum quidlibet,dominus vaſſallo porrigeret,iuxta tex.in in cap. 1. §. 1. quid ſit inueſtitura: tradit Myſingerius,deciſio Imper.61.Duplicem,cẽt. 4.) huiuſmodi inueſtitura,ius in dominio, vel in poſſeſsione nõ tribuit, vt not.d.cap.1. quid ſit inueſt. & tradit Bald.in cap.ſi facta,ad fin.ſi de feudo fuer. controuerſ. inter domi. & agna. Sin autem promiſsio ſolùm de inueſtiendo facta eſt, quæ ſtipulatione vallata ſit, quia in ea factum, ideſt, promiſsio de inueſtiendo deducitur, & ſic incertum, l. vbi autem, §.qui id, quod in faciendo, ff. de verborum obligatio. oritur actio ex ſtipulatu, l. ſi quid certum, ff. ſi certum petatur,& inſtitu. de verbor. obligatio.in princ. Sin autem ſtipulatio deficiat, vaſſallus aget condictione ex lege, vel rectiùs, condictione ex moribus, quæ ex vſu feudorum,naſcitur,vt reſoluunt prædicti auctores.

Et ſic è conuerſo, dominus aget contra vaſſallum,ad ſeruitium actione ex ſtipulatu, ſi ſtipulatio, in promiſsione interceſsit, vel condictione ex moribus, iuxta not. per gloſſam,in cap.1.ad fin. de capit. qui cur. vendi.not.Iaſo,in prælud.feudorum nu.36.verſi.aliàs ageret. Contra aliũ autem cui vaſſallus,feudi poſſeſsionẽ conceſsit,quomodo agat dominius directus,eſt gloſ.in cap.1. de controuerſ.inter domin. & empto. vbi latè Iſernia,& Aluarotus.





9 Cœterùm in emphyteuſi,ſi tempore conceſsionis,pacto renouatio promittatur, veluti cum emphyteuſis,cum pactõ renouandi de certo tẽpore ad certum tempus,fuit conceſſa,hoc caſu efficax quidem, ad renouandũ obligatio perſonalis, filiis oritur,ac tribuitur,vt in terminis tradit Angelus,conſi.184.col.fi.& conſi.311. col.fi.quem ſequitur Decius, conſil. 329.col.1.Alexand.conſi.164.col. fin. vol.2.Ruin.conſi.167.n.13.vol. 1. Barbatia,in additio ad Baldum, in l. voluntas,verſi.idem puto,C.de fideicõmiſſ.Ryminal.Senior,conſil 533.col. 1:Hyppol.Ryminal.Iun.conſi.22, nu. 16.vol.1.idem Rymin.Iun.conſi.257. nu.52.vol.3.vbi concludit,in eo caſu, non ſolùm quęſitam fuiſſe actionem perſonalem ad renouandum, aduerſus dominũ, ſed etiam ius in re quæri,quod etiam probat Ruinus,conſil. 168.nu.23.col.pen. vol. 1. conſtituens exemplum in locatione longi temporis, ex qua vtile dominium trãsfertur,vt not.in l.1.§.quod autem, ff. de ſuperficieb. & in Clem.1.de reb.eccl. non alie.& ob id finito tempore debet eidem relocari. Quamobrem, emphyteuſis finito tempore,infra ꝙ, vel poſt quod reuocatio peti debet, non poteſt à domino alteri concedi, vel renouari, propter ius quæſitum, ſed illi tãtum,cui promiſsio de renouando facta eſt: tradit Bal. in l.necui, C.locati; Auguſtin.Beroius,conſi.119. nu.4.vol.1.Vnde, in eo caſu, propter ius in re quæſitum finito tẽpore, tenetur præciſè dñs ex vi conuẽtionis ipſum emphyteutã renouare. Quin imò id verum eſt etiam ſi nullum rerenouationis pactũ fuiſſet appoſitũ. Nam quãdo quis tenetur ad factum, ex diſpoſitione legis, præciſè cõpelli poteſt, vt tradit Barto.in l.ſtipulationes non diuiduntur, nu.37.ff. de verbo.oblig.vbi Iaſo, num. 31. Ryminal. Iunior,conſ.257.nu.54. vol. 3. Vnde licèt illud,quod debebatur ex diſpoſitione legis, reducatur in pactum, tamen adhuc quis præciſè ad factum tenetur, vt ſubdit Soccinus ibi, poſt Barto.ſtãte igitur prædicto pacto renouandi verius eſt, & probabilius, emphyteutam non ſolùm poſſe agere,contra dominum, ad intereſſe,ſi recuſet renouationẽ facere, ſed etiã præciſè eum cogere,ad renouãdum, quod tradit Hyppoly. Rimin. conſil. 94.nu.31.vol.1.& d.conſil.257. nu. 55. vol.3.vbi aduerſus Angelũ,ita cõcludit. Quæ reſolutio,ita accipienda eſt, dummòdo poſt finitum tempus præfixum,poſſeſſor infra annum renouationẽ petat, aliàs dominus emphyteuſim renouare, non adſtringitur,argu.tex.iuncta gloſſ.in cap. longinquitate,12. quæſt.2.& cap.1.§.pręterea,de prohib.feudi aliena.per Federic.vbi à iure ſuo penitus excluditur, qui per incuriam, & negligentiam,infra annum & diem, renouationem nõ petiit,& per Alex. & Bar. in l. ſi mihi &, Titio, ff. de verborum obligationib. & in cap.1. quo temp. miles, & cap.1.quæ fuit prima cauſ. benefi. amitt. & inferiùs latiùs tractabimus.

10 Dubium tamen eſt, an emphyteuta renouationem, petere teneatur? Et verius eſt,non teneri, quoniã beneficium inuito non confertur, vt eſt regula vulgaris, vnde regulariter niſi ex pacto,ad petendã renouationẽ,non adſtringitur,vt tradunt DD. in c.1.de precario,& in l. 1. C. de iure emph. nec hoc iure cautũ reperitur, vt per Bal.in auth.ſi quas ruinas,C de ſacroſ.eccl.tradit Aug.Ber.conſi.117. incip.quãuis,n.6.vol.1.Vñ renouationẽ,quæ ex forma cõtractus,& inſtrumenti in fine tẽporis præfixi peti de-

bet, quis non tenetur petere, niſi finito tempore, per ea quæ habentur in l. qui ante Kalendas, & l. qui hoc anno, ff. de verbo. obligat. ideoq; tempus petendæ renouationis, currere non incipiet, neq; ad renouandum agi poteſt, niſi finito tempore conceſsioni præfixo. Eſt enim expectandum, vt totum tempus ſtipulationi præfixum ſit elapſum, antequã agi poſsit, ex traditis per DD. vbi ſupra: quòd ita reſoluit Beroius, conſi. 118. nu. 3. vol. 1.

11 Renouatio autem emphyteuſis, intra annum petenda eſt, aliter ſi deſcendentes, vel hæredes, vel proximiores agnati infra annum renouationem non petierint, iure renouationis, omnino excluduntur tex. in cap. Titius filios, ſi de feudo defuncti contentio ſit inter domi. & agna. vaſ. ibi: *Vel per annũ ex quo ſciuit, & tacuit, omnino remouebitur*, tradit Roman. conſi. 22. in fi. & conſi. 70. viſis themate, & quæſtione, verſi. vel aliter, & in l. prætor ait, §. fin. ff. de noui oper. nunciat. ſeqr̃ Decius, conſil. 131. col. 2. & conſ. 328. nu 2. Gozadin. conſi. 39. col. fin. & conſi. 71. in cauſa domini, col. 1. vbi hanc opinionem dicit communem Barbatia, in cap. 1. col. pen. de locato. Curtius Senior, conſi. 48. col. 4. verſi. præmiſſa etiam, Cardin. Alexandri. in cap. 1. verſi. tamen iſtam facultatẽ, quemadmod. feu. ad fil. perti. Balbus de præſcriptio. 4. parte. 4. p. princ. q. 30. col. fin. Ripa, in l. 1. de priuileg. credito. declar. 3. Affli. in conſtit. Siciliæ, incip. vt de ſucceſsio. quæſt. 17. Pariſius, conſi. 23. vol. 1. & conſi. 101. ad fi. eod. Marian. Soccin. Iunior, conſ. 76. in fine, vol. 1. Ruinus, conſi. 35. col. 4. vol. 1. Ripa, in l. 1. num. 11. ff. de priuil. cred. Iaſo, conſi. 24. col. fin. vol. 3. & in l. 2. num. 22. C. de iure emphy. & in l. petens, C. de pactis, Brunus, conſi. 67. Corſettus, in apoſtil. ad Abbat. in cap. bonæ, de poſtul. prælato. limit. 4. Tiraquel. de retract. ligna. §. 1. gloſſ. 10. num. 4. Auguſtin. Beroius, conſil. 119. in præſenti cauſa, nu. 5. vol. 1. Hyppoly. Ryminaldus Iunior, conſil. 94. num. 10. & 11. vol. 1.

12 Quæ ſententia confirmatur, ex tex. in cap. 1. §. porrò, titulo, qualiter olim feud. poterat alien. vbi facultas quæ competit domino, ad reuocandum alienationem feudi factã à vaſſallo, durat anno tantùm, ex quo notat Baldus, in verbo, Annali ſilentio, quòd annale ſilentium habet vim repudiationis, & vt ipſe loquitur, poſt eum tex. refutationis, ad quod etiam dicit facere l. facta, §. ſiquis bonorũ, ff. ad Trebell. & quod notatur in l. ſi ego, ff. de nego. geſt. & ibi gloſſ. quòd temporis lapſus, tacitam renuntiationem inducit: & qui intra tempus præſtitutum non facit, videtur renũciare, per quem ita notat ibi Angel. & per illã gloſſ. ita not. Tiraq. de retr. linag. §. 1. gloſſ. 10. num. 5. idem Tiraquel. eod. tract. §. 3. gloſſ. 4. num. 2. & de retra. conuentio. ad fin. tit. nu. 20. tradit etiam glo. in l. 1. verbo, cadere, & ibi Salyc. C. de in integ. reſti. min. Dynus, & Ioann. Andr. in cap. ratihabitionem, de reg. iur. lib. 6. Bartol. & Angelus, in l. bonorum, ff. rem ratam ha. Bald. in additio. ad Specul. tit. de appel. par. 2. §. 1. verſi. porrò, vbi dicit tempus iuri quærendo appoſitũ, idem, aut etiam plus operari, quàm renũciationem, per notata d. l. ſi ego, & tradit idem Bald. in l. 1. col. 1. verſic. extra opponitur, C. quando dies leg. cedat. vbi inquit lapſum diei, habere vim pacti de non petẽdo. Allego vlteriùs tex. in l. ſi ea, C. qui accuſa. poſ. vbi probatur ipſum tempus, habere vim renunciationis, quod ibidem notat Baldus, & rurſus idem Bald. conſi.





169. ſtatuto ciuit. in fi. lib 1. vbi ſcripſit lapſum termini, ad aliquid præſtituti, habere vim tacitę renunciationis. Accedat vlteriùs tex. in l. 1. §. ſed videndum, ff. de ſucceſſo. edicto. vbi Iurecõſultus, paria facit, excluſionem ex tempore, & renunciationem, cum dicit: *Excluſus eſt tempore, vel repudiatione*, & tradit etiam Baldus, in authent. adhæc, col pen. verſ. ſi ego diffamo, C. de vſur. vbi inquit, quòd lapſus temporis renunciationem inducit, idem Bald. in l. acceptam, 21. q. C. eod. tit. & in l. 1. 26. oppoſit. C. qui admitti, & in l. obſeruare, §. adhæc, ff. de off. proconſ. col. 2. & in l. 2. per illum, tex. eod. tit. & in cap. perſonas, verſi. pone ſtatutum, & verſi. ſed nunquid mora, & verſi. deinde, de appellatio. & in cap. 1. col. 1. verſi. & ex iſto tex. Quo tempore miles, & in cap. 1. §. porrò. Qualiter olim feud. alienar. poteſt. & conſi. 466. Andreas, 2. dubio, lib. 1. vbi dicit, quòd renunciare videtur, qui non paret terminis à lege ſtatutis, per l. 2. C. de iure emphyt. & p. d. l. facta, §. ſiquis bonorũ, & notata in d. l. ſi ego, tradit Alber. d. l. bonorum, n. 2. tradit Angel. in l. properandum, in prin. C. de iudiciis, qui allegat l. ſi maritus, §. præſcriptiones, ff. de adulteriis, & l. mariti lenociniũ, §. ſex menſes, eod. tit. idem Angelus, Imola, & Alexan. in l. ſi inſulam, ff. de verb. oblig. Alex. conſi. 133. circa executionem, in fine, lib. 6. Guido Papæ, conſ. 38. Fely. in cap. 2. col. antep. verſ. item intellige, niſi eſſet terminus legis, extra de conſtitutio. Socyn. conſ. 64. in cauſa vertente, nu. 7. vbi inquit quòd quando aliquod ius competit, alicui, quod poteſt acceptare, infra certum tempus, ſi permittit tempus labi, & illud non acceptat, cenſetur tacitè repudiare, & allegat tex. in l. ſi ea, C. qui accuſ. non poſſ. & gloſ. in d. l. ſi ego. Afflictus, in tract. protomiſeos, verbo, vt intra triginta dies, verſi. qnartò nota: vltra quos docto. eſt tex. optimus, in l. ſed ſi vnus, §. ſi ante ff. de iniuriis, ibi: *Nam etſi nuda voluntate iniuriã remiſsit, indubitatè dicendum eſt, extingui actionem iniuriarum, non minus quã ſi tempore iniuria fuerit abolita.*

13 Cuius ratiõis ratio, & iuriũ videtur eſſe, quia cum tempus ad petẽdã feudi, ſeu emphyteuſis, inueſtituram ſit annale, vt d. §. Titius, et c. 1. §. præterea, de prohib. feudi, alienatio. per Federi. et in c. 1. de capi. Corra. ideò lapſus anni facit, vt agnatus, nõ ſit ampliùs audiendus: quoniam qui non obſeruat tempus legis, ſeu cõſtitutionis, non dicitur eius formã obſeruare Bal. & Salicetus, in auth. quæ ſupplicatio, ille ad finẽ, hic in primo notab. & ibi quoq; Iaſo. 4. notab. C. de precib. imper. offe. per illum tx. in illis verbis, *Niſi ſub hac forma*, iuncta gl. & etiam per tex. in l. ſcire oportet. §. cõſequens, ff. de excuſ. tuto. Cùm dicitur non aliter audietur, niſi obſeruauerit conſtitutum tempus: quod voluit etiam Paulus Caſtrenſis, in l. qui Romæ, §. Callimachus, in fine, & ibi quoq; Iaſo verſ. quintò nota. ff. de verbo. obli. idẽ Paulus, in l. ſi in lege, in principio. ff. locati & Felyn. in cap. cum dilecta, verſi. octauum ſignum, extra de reſcrip. Iaſo, in l. non erit, §. ſi neque, quem legit, ſub l. ait Prætor, q. 3. verſi. ſecundò, vltra ſcribentes, ff. de iureiur. & in l in pupillari, in 2. notabili, ff. de vulg. & in rubr. C. qui admitti ad bono. poſſeſſ. col. 2. & cõſ. 166. vertitur quæſtio, verſi. confirmatur, in penult. col. lib. 2. & conſil. 191. placet mihi, col. 2. verſi. ſecundũ principale, eod. lib. 2. & conſil. 48. totus iſte contractus, verſi. ſimiliter tẽpus, vol. 3. & conſ. 53. vol. 3. incip. circa primùm, repetito conſi. 132. lib. 4. Affl. in

conſtitutio Siciliæ incipit, exceptiones, col. 4. in princ. Cotta, in memorab. verbo, tempus conſtitutionis, & Rebuf. in tract. nominatio. q. 14. nu. 6. Brunus, in tract. de forma, & ſolẽnitate actus, in rub. ex quib. conſiſtũt forma, & ſolemnitas, verſ. 27.

14 Ex quibus per illum tex. d. §. Titius, infert. Iaſo, in l. Prætor ait. §. fi. ff. de noui oper. nunciat. quòd ſimiliter officium iudicis, quod competit cõſanguineo, ſiue agnato, ratione feudi alienati ad illud reuocãdum tollitur, per lapſum anni: quem tex. d. §. fin. in iure ſingularem dicit Roma. d. §. fin. Iaſo tamẽ addit alios ſimiles, ſcilicet tex. in cap. 1. §. fin. tit. ſi de inueſtit. inter domin. & vaſſall. lis oriatur, & in cap. 1. §. porrò, tit. qualiter olim poterat feud. alien. & per illum tx. d. §. Titius, decidunt ibi notabiliter Bal. Aluarotus, & Martin. Laud. quos refert Iaſo, vbi ſupra, quòd agnatus proximior, vel conſors, qui habet facultatẽm reuocãdi alienata per agnatum, fortè ex ſtatuto, vel conſuetudine, iuxta tex. cum gloſs. in cap. conſtitutus, de reſtit. in integr. & in l. dudum cum materia. C. de contrah. empt. & in l. 1. C. non lic. hab. metropol. lib. 11. perdit tale ius reuocandi, niſi illud proſequatur infra annum: & ſic tale ius reuocandi pręſcribitur anno, vbi competit iure feudi, vel ex ſtatuto, vel cõſuetudine; & ideo oportet agnatos eſſe cautos, ne patiantur labi tempus anni, ſecundum Bal. d. §. Titius, refert Iaſo, d. §. fin. d. l. prætor, tradit plures referendo Tiraquel. de retract. lignag. §. 1. gloſ. 10. num. 2. fol. 68. qui tamen tex. d. §. Titius, locum habet, quando alienatio eſt facta in remotiorem agnatum: ſecus ſi eſſet facta in extraneum, quia poſſet alienatiõ reuocari infra 30. annos, vt ibi notat gloſſ. verbo, per annum, quæ communiter approbatur per DD. vt teſtatur Alexander, conſi. 15. viſis narratis in themate, vlt. col. vol. 5. & ſequitur Balbus, de præſcript. 4. par. 4. p. princ. q. 30. num. 11. & latè infra, quæſt. 6. in prin. dicemus.

Cœterùm, in caſu d. §. Titius, aduerto, potiùs dari actionem, ſeu condictionẽ, ex lege, quàm officium iudicis: quod pari ratione procedit, vbicunq; ex ſtatuto, vel conſuetudine, competit reuocatio, vt conſtat ex notatis per Bar. in l. 1. ff. de cõdict. ex leg. & in l. omnes populi, quæſt. vlt. ff. de iuſt. & iure, & in l. de quibus, col. fin. ff. de legib. in 1. lectura, quod etiam obſeruauit ad eum tx. Balb. vbi ſupra. Ex ſuperioribus igitur, conſtãs, perpetua, & ſtabilis concluſio, ſit deſcendentem emphyteuſis, vel feudi renouationem petentem, minimè admittendum anno elapſo, per d. §. Titius.

Qui tex. licèt, loquatur in feudo communi tamen praxi, & inueterata conſuetudine huius regni, in emphyteuſi locum habet, ex interpretatione, virorum prudentum, & forenſis vſus: ſæpiusq; ita iudicatum in hoc ſupremo Senatu audiuimus, & hæc eſt recepta & approbata multorum ſententia licèt Iaſo, in l. prætor ait, §. fin. ff. de nou. oper. nunciat. videatur in hanc ſententiam criſtas erigere, eamq; controuertere: licèt etiã nouè doctiſs. Valaſcus Luſitanus, in lib. 1. de iure emphyt. q. 39. nu. 16. videatur diſſentire ab hac recepta ſententia, vbi inquit, quòd quãuis ad petendam renouationem emphyteuſis aliqui annum deſignent, idq; quibuſdam conſtitutionibus feudalibus, argum. iurium feudalium, cautum ſit, videatur certè caſus diuerſus, & aliud ſit feudo manente, renouare fidelitatem, propter interuentum nouæ

per-



perſonæ, aliud verò petere renouationẽ, emphyteuſis finitæ, vt cunq; tñ ſit, ſatis eſt, ſuperiorẽ ſñiam apud nos in praxi, & vſu forenſi receptã eſſe.

15 Laborant ſcribentes, in inueſtigãda ratione, quare iſtud tempus anni ad petendam renouationẽ, fuerit limitatũ? & reiecta Speculatoris ratione, quam tradit in §. quoniã, verſi. 27. tit. de feudis, prout exploditur à Caſſaneo, in Conſuet. Burg. rub. 3. §. 1. verbo, *Le ſeigneur du fiedz*, nu. 3. & 4. & Curt. in tract. de feud. 4. p. verſ. 23. cauſa, n. 45. verius eſt, ita placuiſſe legũlatoribus conſuetudinũ feudalium.

Eam autem ob cauſam, emphyteuſis, ſeu feudi inductam renouationẽ noſtri interpretes opinantur, quoniã renouationis petitio, eſt quidã quaſi actus, & veluti cenſus recognitionis, deuotionis, & reuerentiæ, quæ domino præſtanda eſt, quæ ſi omittatur res incommiſſum cadit tex. in cap. 1. de prohib. feud. alie. p Lothar. quod & comprobat Curt. de feud. 4. par. d. nu. 45. ad fin. & Caſſan. vbi ſupra, n. 3. verbo, *Ou a la perſone*, & Alex. conſi. 88. col. 2. vol. 5.

16 Elapſo igitur anno, ad petẽdam renouationẽ præfixo, dominus emphyteuſim, cuicunq; velit poterit cõcedere, & de ea quęcunq; inueſtire, & renouare, etiam abſq; alia declaratione, voluntatis præcedẽte, quoniã ex caducitate cõtingente, ex nõ petita renouatiõe, qñ renouatio eſt de iure petenda, non reperitur iure cautũ, oportere declarationẽ præcedere adhoc, vt quis à iure ſuo cecidiſſe dicatur, & alius poſsit inueſtiri, ſeu renouari. Simulàc enim quis tẽpus, infra q renouatio petẽda eſt, elabi permittit, dr̃ priuatus, vt eſt de mẽte gl. in c. lõginquitate. 12. q. 2. & probatur in c. 1. & ibi Abb. ad fi. de precar. poſt Hoſt. ibi: & facit tx. in c. 1. quo temp. mil. & in c. 1. quę fuit pri. cauſ. benef. amitt. & in c. 1. §. inſuper, de prohib. feud. alien. per Federi. & ita in ſpecie tradit Beroius, conſil. 119. n. 9. verſ. nã in caducitate, vol. 1. Secus autẽ eſt, in caducitate, ob nõ ſolutionẽ canonis contingente, in qua domini declaratio præcedere debet, vt per Abb. Anto. & Imola. in c. potuit, de locato, & per Abbat. conſi. 67. vol. 2.

17 Sed in propoſita qñe, contrariũ verius eſſe vr̃, imò quòd etſi renouatio, intra annũ non petatur, nõ indiſtinctè res cadat in cõmiſſum, ſed requiratur dñi declaratio, vt ex non petita renouatiõe, in tẽpore quis cadat ab emphyteuſi, vel feudo, q probat tx. in c. 1. §. 1. vbi obſeruat Affl. notab. 3. quo temp. mil. & eſt recepta, & cõis ſent. ex Iulio Claro, lib. 4. recep. ſent. in §. feudũ, q. 9. verſi. item quæro, & Fran. Burſat. conſ. 91. n. 16. vol. 1. à quo die declarationis tãtùm, veniunt etiã fructus rei feudalis, vt per Bene intẽdi, deciſ. Rotæ Bononienſis, 37. n. 15. quã cõprobat Borgnin. Caualcaneus, in tract. de vſufr. mulier. nu. 188. Et in feudo, dñs tria probare debet, vt vaſſallũ ob non petitã inueſtiturã, in tẽpore, priuare poſsit. Primò ſcientiã feudi: Secũdò, q ſit hęres, vel cõprehẽſus in inueſtitura: Tertiò, q ſe immiſcuerit in hæreditate, vt not. egregiè Aymon, in cõſuet. Aluern. tit. 22. art. 2. n. 33. & latiùs Dyoniſ. Pont. in conſuet. Bleſenſ. art. 54. fol. 254. & Ioan. Tho. de Mari. de feu. tit. 2. lib. 1. n. 6. vñ niſi lapſo tẽpore dñs declarauerit, q vult ſe ampliùs non teneri, nec poſſe obligari, ſi ante declarationẽ pximꝰ decedat, renouatio ſequenti negari non põt, quoniã caducitas remiſſa vr̃ Bero. conſ. 116. n. 4. vol. 4. Ripa, in l. fi. C. de reuoc. don. q. 61. nu. 205. in fi. & q. 64. n. 211. & q. 7. n. 137. & cõem dicit Burſat. conſi. 91. n. 23. vol. 1.

Quòd

18 Quod ſi magis prior, quàm hæc poſterior ſententia placeat, ſaltem temperanda eſt, ex alia cõmuniori, & æquiori opinione, quæ habet emphyteutam, ſeu vaſſallum, non petentẽ inueſtituram, ſeu renouationem, in tempore, poſſe moram, ac pœnã, intra modicum tempus iudicis arbitrio conſiderãdum purgare ꝙ receptius eſt ex Affl. in cap. 1. quæ fuit prima cauſa benef. amit. nu. 15. & tradit Soccin. Senior, conſi. 115. nu. 21. vol. 2. & hanc receptionem dicit ſententiã Michael Graſſus, lib. 2. com. opin. c. 1. quæſt. 26. Franciſ. Burſat. conſi. 91. n. 17. vol. 1. Guido Papæ, q. 166. Decius, conſi. 341. n. 16. Paul. Pariſ. conſil. 108. num. 57. vol. 1. Curtius de feud. 4. par. in rub. ex quib. cauſ. feud. amitt. num. 50. verſi. quintò limitanda eſt: remiſſiuè Caſſan. in Conſuet. Burg. rubr. 3. §. 1. verbo, *De dans*, nu. 12. Licèt contrariam ſententiam, expreſsè tenuerit Bald. in cap. 1. quo temp. mil. & ibi Aluarot. & Martin. Laudenſ. idem Aluarotus, in c. 1. quæ ſit prima cauſa benef. amitt. Iacob. à Sancto Georg. in tract. feudo. verſi. qui idem, nu. 37. refert Iulius Clarus, infra citandus. Sed prior ſententia probabilior eſt, quoniam cum caſus hic, iure feudorum deciſus non reperiatur, ad ius commune Romanorum, recurrendũ eſt: quo ſemper cõcedi, morę purgationem, infra modicum tempus, exploratum eſt: & in hanc partem tanquã æquiorem inclinat Iulius Clarus, lib. 4. recept. ſentent. §. feudum, quæſt. 49. num. 9.

19 Superior concluſio, & reſolutio, reſtringenda eſt, niſi ſimpliciter fiat conceſsio de re emphyteutica, cum pacto de renouando, de 29. annis, in 29. annos, vel alio certo tẽpore, perpetuò. Quo caſu, cum hæc obligatio renouandi, ipſum dominum reſpiciat, ex quo ad renouandum adſtringitur: ipſiq; emphyteutæ, ad petendã renouationem, & ad cogendum dominium, vt illam faciat, detur actio, ex conducto, ſeu condictio ex lege, oriens ex contractu emphyteutico, quæ eſt perſonalis, illa durat ſpatio triginta annorum, & ideò finito tempore 29. annorum emphyteutæ permiſſum eſt, infra triginta annos renouationem petere, argu. l. ſicut, C. de pręſcr. 30. vel 40. ann. & ideo cum per triginta annos duret hæc obligatio, requiritur domini declaratio, vt ob non petitam renouationem, cadere exiſtimetur, & ita intelligendus Decius, conſil. 329. quem ita interpretatur Beroius, conſi. 119. num. 10. vol. 1. vbi tamen ſubdit, communem eſſe opinionẽ, quòd à iure ſuo cadat emphyteuta, abſque alia domini declaratione, ſi renouationem finito tempore non petierit. Facit pro hac ſententia tex. in l. necui, C. locati, vbi licèt, dominus eidem conductori relocare non teneatur, rem conductã, tamen quando per pactum, in ſcriptis factum, ſe adſtrinxerit, ad relocandum, ſeu reformandam locationem, tunc compellitur, ibi: *Niſi fortè pacta per ſcripturam, ſpecialiter inita, cum dominis, vel cum his qui poſtea conduxerint, legibus videlicet cognita, agentis intentionibus ſuffragentur.*

20 Sin autem, pactum expreſſum, inter contrahentes factum fuerit, ꝙ elapſo tempore 29. annorum, emphyteuta renouationem, petere teneatur à domino, hoc pactum, & obligatio, ipſum emphyteutam adeò afficit ac reſpicit, quòd ſi elapſis viginti nouem annis, vel alio tempore à contrahentibus, præfinito, renouationẽ ſibi fieri non petierit, abſque alia domini declaratione, ſtatim, & ipſo iure vel ſaltem elapſo anno, & die, à iure ſuo



ſuo cadat, arg. d. cap. 1. §. inſuper, adeò quòd dominus de re liberè diſponere, & illam cui velit concedere poſſit. Illud enim vltra principalem, cõceſsionem emphyteuſis, operatur pactum expreſſum, & conuentio, vt ſi renouatio non fuerit petita, emphyteuta, abſq; alia domini declaratione à iure ſuo cadat. Quoniam ſi pactum illud, ſpecialiter factum non fuiſſet, emphyteuta, ob nõ petitam renouationẽ à iure ſuo cecidiſſet, facta per dominum declaratione. Quãobrèm, pactum expreſſum, illud operatur, vt declaratio domini non requiratur. Alioquin, pactum eſſet ſuperfluum, & fruſtratorium, argu. l. ſi quando, ff. de leg. 1. & eorum quę tradit Salycet. in l. licet, in fi. C. locati, ita Auguſt. Beroius, conſi. 119. num. 10. verſi. ſed quia hic, vol. 1. Hæc autem declaratio voluntatis, domini colligitur, ſi dñs alteri de nouo rem cõceſsit, & ſub alia forma, tunc enim cenſebitur declaraſſe, & conſequenter, cum res integra eſſe deſierit, & ius alteri fuerit quæſitum, dominus non poteſt, primum conductorem, ſeu emphyteutam confirmare, & formã primæ cõceſsionis ſequi, per ea quæ tradit Bal. in auth. ſiquas, C. de ſacroſ. eccleſ. ita Beroius, vbi ſupra, n. 12.

21 Diximus ſupra, Renouationem emphyteuticam, infra annum, petẽdam fore, id ſanè in quibuſdã caſibus, quos ſigillatim referemus, reſtringẽdum eſt. Et primò, Prædicta regula, in minore non procedit, cui, ſi quatuordecim annos nõ prætergrediatur, lapſus anni ipſo iure non nocet, tex. in cap. imperialem, §. præterea, de proh. feud. alien. per Federi. ibi: *Præterea, ſiquis infeudatus maior quatuor decim annis, ſua incuria, vel negligentia, per annum, & diem ſteterit, quòd feudi inueſtituram à proprio domino non petierit, tranſacto hoc ſpacio, feudum amittat, & feudum ad dominum redeat*, facit tex. in cap. 1. §. §. ſi minori, ſi de feudo def. cont. ſit inter domi. & agn. vaſſ. ibi: *Si minori datum fuerit feudum, fidelitatem facere non cogatur, donec veniet in maiorem ætatem, in qua doli capax ſit: feudum tamen retinet*: & in §. ſiquis, eod. ibi: *Siquis deceſſerit filio impubere relicto, fidelitatem neque ipſe, nec alius pro eo facere cogitur*, & notat gloſſ. d. cap. ſi minori.

22 Si tamen minor iam ſit adultus, hoc eſt maior, quatuordecim annis, currit tempus anni, & renouationis beneficium temporis lapſus aufert, niſi ſaluberrimo reſtitutionis in integrum, remedio, minori cõſulatur, aduerſus negligentiam, quod in feudis obſeruant gl. & DD. cõmuniter, in d. §. præterea, Hoſtienſ. in ſumma de feudis, §. quibus modis, verſic. ſed nunquid, & Ioann. Andr. in additio. ad Spec. tit. de feudis, §. fin. in addit. in verſic. ſed nunquid minor, tradit Alexand. conſi. 79. nu. 11. vol. 1. Curt. de feudis, 4. par. prin. nu. 46. Rollan. à Valle, conſ. 18. num. 21. vol. 1. Caſſan. in Conſuet. Burg. rub. 3. §. 2. nu. 7. Eo enim ipſo, quòd nõ petiit inueſtituram, ſeu renouationem, intra tẽpus, à lege præfinitum eſt læſus, l. interdũ, ff. de minorib. & l. emptor, C. in quibus caſib. reſtit. in integr. non eſt neceſſ. & hanc ſententiam tenuit Iaco. de Ardizo, in ſumma quib. mod. feu. ſub rubri. an pręſcriptio anni, & diei maiori 14. annis, per l. maioribus, C. de in integ. reſtit. min. Veritas tamen huius quæſtionis, pendet ab alia difficultate, an diſpoſitio, l. fin. C. in quibus caſibus, in integr. reſtitut. non eſt neceſſ. procedat in præſcriptionibus inductis, ab ſtatuto, vel cõſuetudine, de cuius veritate Bar. & oẽs ibidẽ, & Aluarotus, in d. §. præterea. Vrgent enim illa verba: *Sed humanius eſt, latiùs*

eandem

*eandem legis interpretationem extendere, in omnibus caſibus, in quibus vetera iura currere, quidem temporales præſcriptiones, aduerſus minores conceſſerunt, per in integrũ autem reſtitutionem eis ſubueniebant, eas ipſo iure non currere. Melior eſt enim, intacta eorũ iura ſeruari, quàm poſt cauſam vulneratam, remedium quærere.*

Ecce qualiter lex illa, minorem ab omni præſcriptionis, temporalis iniuria, & incõmodo illęſum, intactum, & immunem ſeruat, abſque vllo reſtitutionis beneficio. Quare nullũ omnino minori reſtitutionis remediũ, neceſſariũ videbatur, etiam ſi annale tempus renouationi, ſeu inueſtituræ, petendæ præfinitum effluxiſſet, cum legis illius ſalubri beneficio, à tẽporis iniuria illæſus vindicetur.

Sed verior, ac receptior eſt, interpretatio legem illam ſolùm veteres præſcriptiones, ante ipſam inductas tollere: nõ verò eas, quas poſtea, leges vel cõſtitutiones nouæ, vel conſuetudines, ſeu ſtatuta municipalia introduxerunt. Vt declarat Innocentius, in cap. conſtitutus, de in integrũ reſtitutione. Quare, cũ renouationis ius poſtea moribus introductum ſit, ex poſteriori iure feudorũ, nullatenus illius ſanctionis beneficio iuuatur: ac proinde, in hoc caſu, aduerſus minorem 25. annorũ, maiorẽ tamen quatuordecim curret præſcriptio, dabitur tamen reſtitutionis remedium, ſecundum glo. d. § præterea, & hanc ſententiam ſequunr Bald. Angel. Oldral. Albericus, & alii, in d. l. fin. licèt aliud ibi opinetur Bartolus, cuius opinio paſsim reijcitur, & eandem ſententiã ſequitur Caſſaneus in Conſue. Burg. rub. 3. §2. num. 7. vbi aſſerit cõmunem ſcholam eſſe cõtra Bartolũ, quem etiam impugnat Bald. in l. cum notiſsimi, C. de præſcrip. 30. vel quadraginta annorum, atque etiã Alex. conſil. 31. vol. 5. Facit text. in l. ſi ſine hærede, §. Lutius, ff. de adminiſt. tut. & hanc eandem opinionem ſequitur Hoſtienſis, in ſumma de in integ. reſtit. §. in quibuſdam, verſi. pręſcriptus, Aluarotus, d. §. præterea. Vbi tamen Præpoſitus, inquit, quòd ſiquis velit ſuſtinere Bartoli opinionẽ, poteſt dicere, quòd in hoc caſu ſit ſpeciale, ex quo proceſsit, expreſsè de minore diſponendo, vt currat contra eum talis præſcriptio, ne reſultaret iniquitas, quòd facilitate lædatur, & cum lex expreſsè auferat beneficium reſtitutionis, per illud illæſus conſeruetur. Sed nihilominus, communis eſt contra Bar. quã vltra prædictos auctores, tuetur Carolus Molyneus, in Conſuet. Pariſ. tit. 1. *De matiere feodal*, §. 1. gloſſ. 7. num. 2. Vbi reſoluit cum pluribus, quos allegat minorem vigintiquinque annis, maiorem tamen quatuordecim, inueſtituram, ſeu renouationem non petentem, aduerſus hanc caducitatem negligentia ſua commiſſam, in integrum reſtituendum fore, ex capite minoris ætatis. Allegat pro hac ſententia tex. in l. ſi ex cauſa, ſ. fideicõmiſſum, ff. de minoribus. *Si incommiſſum* (inquit Vlpianus) *incidiſſe vectigalis dicatur, erit in integrum reſtitutio*, & eandem ſententiam dicit communem Brunus, conſil. feudali, 100. nu. 1. & Iulius Clarus, lib. 4. recep. ſent. §. feudũ, nu. 5. Igneus, in l. dudum, C. de contrah. emptio. num. 13. & ita fuit iudicacum in hoc ſupremo Senatu Luſitaniæ, vt refert doctiſsim⁹ noſtro ſeculo Antonius à Gamma, ſacri Palacij Senator meritiſsimus, deciſione Luſitana. 117. in cauſa, num. 3. vbi cõcludit, minori dari reſtitutionem, aduerſus lapſum temporis anni, infra quem renouationis petitionem proponere debebat. Vtitur vir ille do-

ctiſs.

ctiſs. eo fundamẽto, quòd minor aduerſus negligentiam in omittẽdo reſtituitur, l. 3. § & ſi hæres, ff. de minorib. ibi: *Et ſi hæres ſic inſtitutus, ſi à patre in diebus centum ſit emancipatus, mox patrem debuerit certiorare, nec fecerit, cũ poſſet, qui eum emancipaſſet, ſi cognouiſſet, dicendum eſt poſſe eum in integrum reſtitui, parato patre eum emancipare.* Per quem tex. ibi ita obſeruat Bart. quin imò, & ad lucrum minor reſtituitur, tex. in l. ait prætor, ſ. fin. ff. eodem, etiam poſt contractum cum alio celebratum. l. ſi in emptionẽ, ff. eod. Nec tantùm minori negligenti ſubuenitur, l. 1. & penult. C. de in integr. reſt. min. Sed etiam contumaci, l. minor, 25. annis etiam, ff. de minorib. Quin etiam, & aduerſus dolum eius præſumptum, de præterito, vt not. per gloſſ. 2. & DD. in l. vbi exigitur, ff. de edẽdo, & Barto. in l. auxilium, ff. de mino. idem tenet Ioan. Andr. in additio. ad Spec. titu. de feudis, § quoniam, verſic. 27. gloſſ. ſi minor. Illud tamen aduerto, quòd ſi pupillus tutorem habeat, tũc ei currit, tempus ſicut maiori, ſic tenuit Iacobus de Bellouiſ ſentiẽs, tex. in cap. 1. verſ. infantia, quo temp. mil. non habere locum in pupillo, habẽte tutorem, argu. d. ſ. præterea, & §. ſi minori, ſi de feudo def. fuerit cõtro. & in cap. ſiquis deceſſerit, eod. & argum. l. ſi infanti, C. de iure delib. & in l. ſancimus, C. ad Trebell. & ita tenet Caſſan. in conſuet. Burg. rub. 3 § 2. n. 6. licèt Bald. d. cap. 1. quo tempo. mil. tenuerit contrarium, ſcilicèt, quòd quoad priuationem ſui iuris, propter negligentiam, idem eſt de pupillo, non habente tutorem, atque de habente, cum ex ſe ignoret omnia arg. l. fina. ff. de rem pupilli ſaluam fore. Idem videtur aſſerere Andr. de Iſer. in d. §. pręterea, Adulto autem currit tempus, vt ſupra diximus, etiam ſi habuerit curatorem, in quem damnum redũdare debet, niſi minor reſtituatur. argum. l. 2. C de fund. patri. & in auth. de triente, & ſemiſſe, §. ſi verò lis, vel minor reſtituetur, argu. l. 3. §. pen. ff. de reb. eorum.

23 Secundò principalis concluſio, limitanda eſt, ac reſtringenda, vt anni lapſus nõn noceat, quando aliquã iuſta cauſa, vel impedimentum, non petentem, infra annum, renouationem, ſeu inueſtiturã excuſaret, probat text. in cap. fina. de prohib. feudi alien. per Lothar. ibi: *Sancimus, ſi vaſſallus, non doloſè per annum, &c. diem ſteterit, quòd à domino ſui beneficij inueſtituram non petierit, feudum non ob hoc amittat. Dolus enim abeſſe videtur ſi iuſta cauſa impediente ſteterit.* Quę autem ſint iuſtę cauſæ excuſationis, ponit tex. in c. 1. quo temp. mil. vbi exprimit cauſam mortis, inimicitiæ capitalis, infantiæ, infamiæ, vel iuſtæ abſentiæ. Quod etiã tradit Curt. Iunior, in tract. de feud. 4. parte, ex quib. cauſ. feud. amitt, nu. 47. Peſtis quoque impedimentum eſt iuſta cauſa. Ripa, de Peſte, 3. parte, 2. p. n. 19. Beroius, conſ. 119. n. 6. volu. 1. & probat tx. in c. ad ſupplicationẽ, de renunciatione, & c. ex parte, 1. de appelat. tradit Rebuf. 3. tomo ad ll. Gall. tit. de excuſat. n. 36. quoniã ſalutis, & dignitatis, prius ratio habenda eſt, l. ſed ſciendum, ff. ad Trebel. quo caſu vt Ripa, d. loco., diſſerit, proteſtatio de impedimẽto neceſſaria nõ eſt, qñ emphyteuta ſeu vaſſallus impediti renouationẽ, ſeu inueſtituram, petere non poſſunt. Cui ſinię ſuffragatur regula, quæ habet ꝙ impeditus cõparere aliquo impedimẽto obſtãte, nõ tenetur proteſtari, tex. in l. 2. §. ꝙ diximus, ff. ſiquis cautio. vbi tx. nõ requirit ꝓteſtationẽ, ſed tantùm impedimẽtũ. Cũ aliis quæ tradit Rebuf. 3. to. ad ll. Gall. tit. de excuſat. nu. 52.

Sed

Sed in hoc contrariũ voluit Caſſaneus, in cõſuet. Burg. tit. *Desfiedez* rub. 3. §. 2. nu. 32. per ea quæ voluit Ioann. Andr. in cap. fin. de appellatio. & Iaſ. in l. de pupillo, §. ſiquis ipſi prætori, ff. de noui oper. nunciat. & ibi Alex. in apoſtil. ad Bartol. & in lect. & in l. properandum, §. ſin autem vterque, col. 1. de iudiciis, & per Felyn. in cap. ex tranſmiſſa, de reſcriptis, & ꝑ Francum, in cap. ex tenore, de appellatio. & per Alexand. conſi. 19 viſo proceſſu cauſæ, col. 2. vol. 1. plura per Card. Alexand. in cap. 1, quo temp. mil. n. 6. Iuuat hanc ſententiam, Regula quæ habet, ꝙ quando ex facto ſuo, quis vellet, nõ ſolùm à mora excuſari, ſed etiam ius nouum acquirere, in prę iudicium aduerſarij, vel aduerſariũ, in mora conſtituere: tunc requiritur proteſtatio, l. ſi reus paratus, ff. de procurato. & l. Labeo, ff. de nauti. fœno. Areti. conſi. 162. Rebuff. 3. tomo, ad leg. Gall. tit. de excuſat. n. 58.

Impedimentum etiam iuſtum eſt, ſiquis aduerſa valetudine detineatur: morbus enim diem differt, tex. in l. ſiquis inſtituatur hæres, in fine, ibi: *Vel ægritudine, vel valetudine ita impediretur, vt in ius produci non poſsint*, ff. de hæred. inſtit. l. quæſitum, ff. de re iudic. cap. ſi ægrotans, 5. quæſt. 3. & cap. placuit, 2. 18. diſt. cap. querellam, de procura. quod planè intelligendum eſt, quando eſſet talis morbus, qui cuiq; rei agendæ impedimẽto eſſet. Secus, ſi eſſet leuis febricula, vel vetus quartana, vt d. l. quæſitum. Quæ reſolutio vera eſt, vt non ſolùm infirmitas propria, ſed etiam ſuorum hunc anni lapſum, ad petendam renouationem impediat, vel iuſtam tribuat excuſationis cauſam, per gloſ. in cap. omnis, 23. diſtinctio. & Boerius, in §. 18. de iuriſd. omn. iudi. in conſuet. Bituri. & Sanxon, artic. 15. in conſuet. Turonẽſ. Iaſo, & alii, in l. 2. §. ſiquis, ff. ſiquis cautio. & in l. 1. col. pen. de off. eius, & in l. 1. col. 1. in ius voc. vt eant, & in l. de pupillo, §. ſiquis ipſi prætori, q. 9. de noui oper. nunc. l. interdum, §. 1. ff. de iudiciis, ibi: *Humanum eſt propter fortuitos caſus, dilationes accipi, veluti quod pater litigator, filium, vel filiam, vel vxor virũ, vel quòd filij parentes amiſerunt.* Sui autem, dicuntur vſque ad quartum gradum, vt tradit Bald. in l. petitionem, C. de aduoc. diuerſorum iudi. Barbatia, conſi. 28. clementiſsimũ, col. 3. vol. 2. Pantal. Calderi. in repet. l. 2. C. de reſcind. vendi. & tradit Rebuffus, in l. morbus, ff. de verbo. ſign. & idem Rebuffus, in tract. de excuſat. 3. tomo ad ll. Gall. n. 32. vbi tamen ſubdit, quòd hodie vix excuſaretur, quis etiam ob duram valetudinem, patris vel matris, vel vxoris, ſeu alterius eorum, obitũ. Nec ſolùm impedimentum morbi, ſed quodlibet aliud excuſaret, vt tradit Barto. in l. 2. ff. de in ius voc. & Paul. d. l. quæſitum, & Bart. in l. 2. §. fin. ff. de iniuſto rupto, & l. penult. C. quomodo, & quando iudex. Afflict. deciſio. 29. quidam.

Iuſtiſsimum quoque impedimentum eſt, carceris detentio, quæ excuſaret, non petentem renouationem intra annum, ex traditis per Bartol. vbi ſup. Alexand. d. l. quæſitum, & d. l. 2. §. fin. vbi quando citatur ille, qui eſt in carceribus, nõ valet citatio, nec proceſſus, ſi iudex hoc ſciuerit.

Item etiam, ſi propter bellum ingrués, deſcendens vltimi emphyteuta renouationem petere, impediretur, quoniam bellum excuſat etiam citatũ gloſ. verbo, *Guerram*, in pragm. Sanct. tit. de auctori. ſacri Concilii, & DD. in l. ex hoc iure, ff. de iuſt. & iur. Bald. conſil. 45. lata fuit, vol. 3.

Item etiam, ſi locus vbi dominus reſidet, à quo renouatio petenda eſt,





nõ eſſet tutus propter inimicos, excuſatio etiam admittenda foret: nemo enim ſe ſuis inimicis exponere debet, c. accedẽs, 2. vt lite non cõteſt. Itẽ etiã, ſi intra annum is qui renouationẽ petere debet ad maius tribunal foret vocatus, l. cõtra, ſ. 1. ff. de re iud. Item etiã, ſi abſens cauſa reip. fuerit, tunc iuſtiſsima erit excuſatiõis cauſa aduerſus lapſum tẽporis, per tx. in l. 1. de diuerſis, & tẽp. præſcr. ibi: *Proinde ſiue apud hoſtes ſit, ſiue reipublicæ cauſa abſit, ſiue in vinculis ſit, aut ſic tẽpeſtate in aliquo loco, vel in regione detineatur, vt neque experiri, nec mãdare poſsit: in ea cauſa eſt, vt experiundi poteſtatẽ nõ habeat.* Ex quib⁹ iuſtã quoq; excuſationẽ, tribueret impedimentũ ob inundationẽ aquarum, ſiue ob vim fluminis, l. 2. ff. ſiquis cautio. ſiue pons ſolutus ſit, vel nauigiũ non ſtetit, vt ait I. C. d. l. 2. §. vim fluminis, excuſaret etiã nimium impedimentum. Alberi. in l. d. 2. § ſiquis in iudicio, per l. ſcire oportet, ſ. ſufficit, ff. de excuſa. tuto. Præceptum etiã regis, vel maioris, iuſtã tribuit excuſationem, ſi intra tempus petendæ renouationi pręfixum incidat, c. cũ parati, de appel. Reliqua impedimẽta, & cauſæ, an ſint iuſta, arbitrio iudicis, ſunt relinquẽda gl. in c. ſiquis iuſto, de electio. lib. 6. Rebuf. 3. to. ad ll. Gal. tit. de excuſa. n. 50. Illud autẽ probatur, euidentiſsimis probationibus, l. vlt. §. illud, C. de temp. appell. quæ eſt ſing. ſecundũ Roma. ſing. 208. tu ſcis, & ſic per teſtes, gl. in c. cupientes, §. ꝙ ſi per viginti, verbo, plenã fidẽ, de elect. lib. 6. vñ, nõ ſufficit allegare impedimẽtum, niſi ꝓbetur quòd fuit cauſa immediata, quarè non petiit inueſtiturã ſeu renouationẽ, infra annũ, probando diligentiã adhibitã. Vñ, ſi canonicus probet infirmitatẽ, nõ ſufficit, vt habeat diſtributiões quotidianas, niſi appareat, quòd infirmitas fuit cauſa, cur non interfuit diuinis, probando, ꝙ ſanus conſueuerat intereſſe, Fely. in c. ex trãſmiſſa, de renũcia. Iacob. in l. in exceptionibus, § fi. ff. de prob. Iaſ. in l. properandũ. §. ſin autẽ vtraq;, C. de iudiciis, Rebuf. in prag. ſanctio. tit. de collator. ſ. 1. glo. impedimento. In praxi autẽ, ſufficit probare impedimentum, & allegare quòd fuit cauſa: cur renouationẽ petere non potuit, non tñ probare tenetur. Quãdo autẽ impedimentũ eſſet tale, ꝙ non poſsit facilè per teſtes probari, tũc probabitur per iuramentũ, & hoc iudicis arbitrio relinquitur, per l. Theſaurus, ff. ad exhib. & l. fi. C. de fid. inſtru. quia ex neceſsitate multa permittuntur, quæ aliàs non permitterentur, l. 1. ff. de off. conſul. Peruſ. in c. ex ratione, de appell. maximè, ſi ſit honeſtus vir is qui impedimentum allegat, Guido Papæ, q. 64. ſi altera pars, & q. 205. in cauſa, Iaſo, & alii, in l. 2. §. ꝙ diximus, ff. ſiquis cautio.

24 Tertiò reſtringenda eſt, principalis cõcluſio, in milite, cui ius cõcedit annũ & mẽſem, vt per Curt. Iun. in tract. feu. 4. p. n. 48. per tx. in cap. 1. quo temp. mil. vbi ita tradũt oẽs, & in c. 1. in prin. quę fuit pri. cauſ. benef. amitt. ꝙ in milite exiſtente in caſtris, aut in expeditione, vel ſtatione militari, firmat verum eſſe Prępoſ. d. c. 1. quo tem. mil. poſt n. 4. & ibi Aluarot. poſt. n. 7. verſ. oppono, cũ gl. vbi hanc dicit cõem ſñiam, & Iul. Clar. lib. 4. recept. ſent. ſ. feudum, q. 49. nu. 2.

25 Quartò, reſtringenda eſt principalis cõcluſio, in ignorante rem eſſe emphyteuticã, quarè propter ignorãtiã, renouationẽ, ſeu inueſtituram, intra tẽpus à lege pręfinitũ, nõ petiit: quoniã tũc nõ obſtãte lapſu anni, renouationẽ petere poterit, ex his quæ in ſimili in feudo tradit Bal. in l. fi. C. ſi pen. appel. mors interuen. dicẽs, ꝙ æquitas cõſuetudinis feudorũ, ſeruat vaſſallũ illæſum: eãdẽ opiõnẽ ſequi-

tur Aluarot.in c.1.in prin.col.vlt.quę
fuit prima cau.benef.amitt.aſſerens,
adhoc facere cap.vaſſallus,eod.tit.&
tradit Iac.de Ardizo,in tit.quib.mo.
feud.amitt.ſub.rub.ſi nõ petierit vaſ.
inueſtit.infra annum & diem:ait etiã
conducere tex.in c.1.de controuerſ.
inter domi.&empto.& expreſsè Cur
tius Iun.in tract.feu.4.par.n.54. Caſ-
ſan.in conſuet.Burg.rub.3.§.1.nu.23.
& Carolus,in conſuet. Pariſ.tit.1.§.
1.glo.7.n.5.vbi inquit ex iuſta igno-
rantia,(quã pręſummitur habere qui
in ius alterius ſuccedit,l.qui in alteriꝰ
ff.de reg.iur.)hæredem tutum,atque
illæſum,omnino conſeruari,adeò vt
ipſo iure,abſq; reſtitutione ſit tutus,
& inmunis à pœna,per tex.in c.1.quę
fuit prima cauſa. Idem conſuluit in
propoſita ſpecie Paul.Caſtr.cõſi.311.
circa id quod primò,in fi.vol.1.Abb.
conſi.3.nitar in præſenti cauſa,vol.2.
Soccin.Iun.conſi.71.vol.1.vbi ſubdit,
quòd dum tx.in c.potuit,de locato,
verſi.ceſſando,imponit pœnã cadu-
citatis emphyteutæ ceſſanti,debet
intelligi de ceſſatione,quæ eſt culpa-
bilis,dum eſt in mora ſoluendi,ſeq̃r
Thom.Gramm.deciſ.52.Iulius,nu.9.
pro quo videtur tx.in l.is cui,§.ceſſa-
tũ,ff.vt in poſſeſſ.legato.vbi per illũ
tex.dicit pulchrè Bald.conſi.172.du-
plicẽ eſſe ceſſationis ſpeciẽ,vol.4.cõ-
ſtituens pro regula,quòd in materia
pœnali nunquã dr̃ ceſſatum,niſi cul-
pabiliter ceſſetur,&in propoſita q̃ne
tradit idẽ Tho.Gram.conſi.ciuili.29.
n.20.verſ.nec obſtat ꝙ dr̃ ex aduerſo.

26 Vñ iſte annus,à principio eſt vti
lis,& poſt ſcientiã cõtinuus,ſeq̃r Iul.
Clar.lib.4.recep.ſent.§.feudũ,q.49.
n.3. Quod verum eſt: quoniã ipſo iu-
re non incipit currere tẽpus emphy-
teutæ,petendæ inueſtituræ,niſi à die
ſcientiæ ꝓbabilis:& ſubdit Carol.vbi
ſup.à die aditæ hæreditatis,ꝑ gl.2.in
c.1.quo tem.mil.& ibi ſeq̃r omnes,
& expreſsè decidit Petr.de Anchar.
conſi.174.dñs Lazarus,col.2.

Imò expreſsiùs dicit Bal.in c.1.in
fi.prin.de capit.Corradi,ꝙ dñs præ-
tendẽs filiũ vaſſalli priuandũ per lap-
ſum anni & diei,tenetur primò pro-
bare immiſsionẽ hęreditatis paternę
ꝓceſsiſſe,vel malicioſè fuiſſę dilatã,
ꝑ l.1.C.ſi vt ab hęredit.abſti.& l.pen.
C.ad Syllani.& ſecundò tenetur pro-
bare ſcientiã feudi,ſeu emphyteuſis,
ſeq̃r Alex.cõſ.70.Circa primum,col.
fi.vol.1.Carol.d.n.4. Sed ea Baldi in-
terpretatio,dũ ſubdit,illud tẽpus an-
ni nõ currere,niſi à die,hæreditatis
aditæ,vr̃ reiicienda,quoniã gloſſa ab
eo citata,id nõ dicit.Quocirca,ab eo
recedit Iulius Clar.vbi ſup.n.3.

27 Ego autẽ id admittendũ cenſe-
rẽ,quoties emphyteuſis hæreditaria
foret,q̃lis eſt illa,quæ citra ius,& no-
men hæredis obtineri nõ põt,atq; il-
la,quæ ꝑ ſe,&filiis hęredibꝰ accipitur.
Quo caſu,cũ renouationis ius,cogna
tionẽ quandã,& veluti cohærentiã,
cũ hæreditate habere videatur,vt ab
ea ſeparatũ,euaneſcat,credere neceſ
ſariã eſſe aditionẽ hęreditatis,ſeu miſ
ſionẽ,in poſſeſsionẽ hæreditatis,ex
his quę inferius dicemus. Sin autem
emphyteuſis,eiuſmodi ſit,quæ nullã
mixturã cũ hæreditate habeat,qualis
eſt de pacto,& ꝓuidẽtia,ſcilicèt ꝓ ſe,
& filio,quẽ nominauerit,ſublato hæ-
reditatis nomine:vel etiã feudũ eiuſ-
modi eſſet,ꝙ agnatus,vel etiã filius,
quãuis nõ eſſet hæres vaſſalli,vltimo
loco defuncti,poſſet habere,abſq; du
bio explodẽdã opinor Caroli ſñiam,
quoniã tũc hæreditatis aditio,mini-
mè neceſſaria eſt,ſed ſola ſciẽtia ꝓba
bilis ſatis eſſet ad ãnalis tẽporis curſũ,
minimè impediẽdũ.Quãobrẽ,ſecurè
arbitror,hũc annũ,& diem,ab eo die,
quo emphyteuta,ſeu vaſſallꝰ,ipſiꝰ rei
emphyteuticę,ſeu feudalis,poſſeſsio
nẽ adeptus eſt,& ꝓbabiliter ſciuit,vel
ſcire po-
tuit,rem ipſam emphyteuticã,vel
feudalẽ eſſe,cõputandũ fore:quæ ni-
ſi cõcurrerẽt facilè ab amiſsione em-
phyteuſis,vel feudi,emphyteutã,ſeu
vaſſallũ,ob non petitã renouationẽ,
ſeu inueſtiturã excuſarẽ. Vñ,optimè
DD.aſſerũt,maiorẽ etiã vigintiquin-
que annis,eodẽ caſu reſtituendũ fo-
re,ex clauſula generali,propter iuſtã
ignorantiã,vt quia hæres:ita Bal.cõſ.
429.quidã nobilis,vol.1.vbi etiã ſub-
dit,ꝙ erga vaſſallũ,potius debet,ſer-
uari æquitas,quã iuris rigor,nec eſſe
cum feudatariis,tanq̃ cum infeſtis
agendũ,ſed benignè,nam origo feu-
dorũ eſt,quędã benignitas,& gratio-
ſitas,vt inquit Bald.ibidem,& tradit
Paul.Caſtrenſ.conſi.311.circa id,in fi.
vol.1.vbi tenet,hunc hæredem reſti-
tuendum fore,infra quadrienniũ,à
tempore ſcientiæ,ſeq̃r Carol.in cõſ.
Pariſ.§.1.gloſ.7.n.3.& Felyn.conſ.32.
dirige,&c. Plura ſunt,n.16.vbi conſu-
luit,renouationem emphyteuſis,fa-
ctã alteri impetrãti vigore bullæ apo
ſtolicæ eſſe nullius momẽti,quòd in
ea expreſſum fuerit,emphyteutã re-
nouationem petere neglexiſſe,intra
tempus,à lege conſtitutũ. Quocirca
ſubdit ſubreptitiã eſſe impetrationẽ
contra ignorantem,quoniã ignorãs,
non negligit,nec contẽnit,c.ſi verò,
in 2.de ſent.excõm.notat Dominicꝰ
in cap.2.col.fin.de conſtit.in 6.vndè,
inquit Bart.in l.genero,ff.de infam:
annum datum executori,à conſtitu-
tione ſynodali,non currere ignoran-
ti ſe executorem,plenè Bal.in l.dolũ,
C.de dolo,& Bart.in l.1.C.ſi quis te-
ſtam.liber eſſe iuſſus fuer.latiſsimè
Ludou.Roma,in l.1.§.occiſorum,ff.
ad Syllani.quòd ignoranti nõ currit
tempus,& per DD.in c.quia diuerſi-
tatem,de conceſſ.præb.& cõſuluit in
terminis Cardinalis,conſil.incip.
nobiles viri de Vicoguerra,quòd in-
ueſtitura facta,à quodã vicario eſſet
nulla,quia fundat ſe in non petita in-
ueſtitura,ſeu renouatione,cum em-
phyteuta,vel feudatarius priuatus,rẽ
eſſe emphyteuticã,vel feudalẽ igno-
rarent.Ex quo capite Cardinalis,illã
inueſtiturã,&renouationẽ infirmam
ac nullius momenti eſſe conſuluit,
quem ſeq̃r Fely.d.conſ.32.n.16.ad fin.
& vltra prædictos auctores,plura in
propoſito tradit Mauric.de reſtit.in
integ.c.64.Faciunt not.per Iaſo.in l.
fi.C.de iu.emph.n.127.& per Deciũ,
conſi.328.n.5.& ſeq.Bal.in cap.1.quo
tẽp.mil.n.5.& 6.Gozad.conſ.86.ante
num.25.Hippoly.in l.qui falſam,ff.
dę falſis,num.81.

27 In vno tñ caſu vr̃ reſtringẽda ſu-
perior reſolutio,ſcilicèt q̃n appare-
ret,penes hæredẽ fuiſſe inueſtituras,
ſeu inſtrumẽta emphyteutica,vel ti-
tulos ſuorũ prædeceſſorũ,vel aliter,
de ſcientia ꝓbaretur,faciunt not.per
gl.fi.& ſcribentes,in l.ad diẽ,ff.de ver
bo.obl.& oẽs,in l.1.C.de iur.emphy.
& l.nõ eſt ferendus,ff.de trãſa.tradit
Carol.in conſuet.Pariſ.§.1.gl.7.nu.3.
verſi.niſi appareat. Vñ fortiùs dixit
Bal.in l.fi.in fi.C.ſi pẽd.appel.ꝙ æqui-
tas cõſuetudinis feudalis,ipſo iure cõ-
ſeruat illæſum vaſſalli hæredem,qui
propter ignorantiã,intra annũ & diẽ
inueſtiturã non petiit:ſeq̃r Aluaro.in
cap.1.n.12.quæ fuit prima cauſ.benef.
amit.& eſt tx.in c.fi.de proh.feu.alie.
ꝑ Loth. Vbi dr̃,ꝙ ipſo iure nõ amit-
tit feudũ,niſi fuerit in dolo:dolũ autẽ
abeſſe,ſi iuſta cauſa impediẽte ceſſa-
uerit,inueſtituram petere,& c.1.quo
temp.mil.vbi iuſtã abſentiã,inter iu-
ſtas cauſas enumerat.Quarè idẽ quo-
que dicendũ eſt,in iuſta ignorãtia,&
hærede ignorante,rem eſſe emphy-
teuticam,vt eo caſu ob non petitam
renouationem,à iure ſuo non cadat.
Cum gñrale ſit,ꝙ quotieſcũq; hæres

ex facto ſuo, & propria culpa, conuenitur, omnino propter iuſtam ignorantiã, excuſatur, Corn. conſi. 110. vi- videtur in hac conſultatione, col. fin. vol. 1. vbi inquit, tex. in l. 1. C. de dona. quæ ſub modo, in hærede ignorante obligationem de alimentando locũ non habere. Explorati enim iuris eſt, hæredem iuſtam, & probabilẽ ignorantiã, in reb⁹ defuncti habere; quoniã in facto alieno, ignorantia probabilis eſt, l fi. ff pro ſuo, l. ſi mulier, ff. ad Vellean. Et ideo ex tali ignorantia, reſtitutio hæredi datur, vt not. Bart. in l. ad diem, & in l. cũ filius, §. in hac, ff. de verb. oblig. Dynus, in regu. cum quis, de reg. iuris, in 6. Et de hærede emphyteutæ, not. per gloſ. fin. in l. 2. C. de iure emphy. & per Alex. in d. §. in hac col. 2. & Card. conſi 94. reſpõdeo quòd, & Alex. in conſi. 45. vol. 5. Corn. conſi. 165. vol. 2. idem in vaſſallo, per Bald. conſi. 429. vol. 1. Paul. cõſ. 311. in fi. vol. 1. Bertran. conſi. 371. viſo proceſſu, col. fin. vol. 2. Decium, in l. qui in alterius, nu. 1. de reg. iur.

29 Ex quo eleganter Bar. in l non abs re, in fin. C. vnde vi, per illum tex. inquit, heredem ignorantem rẽ conductam, à defuncto, non teneri pœna illius legis. Quarè ex eo, deſcẽdit reſolutio illius q̃nis, quàm ponit Bald. in c. 1. §. ſi vaſſall. feud. in fi. in tit. ſi de feudo fuerit controuerſ. inter domi. & agna. vbi aſſerit hæredem emphyteutæ, vendentem fundũ emphyteuticum, non cadere à iure ſuo, dominumq́; reuocare volentem, ſcientiã probare debere. Sequitur Decius, d. l. qui in alterius, nu. 2. idem Decius, conſi. 228. Iaſo, conſi. 64. col. 3. vol. 3. Carol. Molyn. in conſuet. Pariſ. tit. 1. §. 13. gloſ. 5. num. 6. vbi reſoluit, & pro regula conſtituit, quòd vbicunque emphyteuta, ſeu vaſſallus, ex facto proprio debet cadere à iure ſuo, intelligitur in ſciente, & non in ignorante rei qualitatem, cauſantem caducitatem: ita quòd dominus petens commiſſum, debeat probare ſcientiam; quod tradit etiam Ioan. Baptiſta de Caccialup in repet. cap. 1. de feudi cognitio. regula. 16.

30 Quintò reſtringenda eſt principalis concluſio, vt annus ad petendã renouationem, nõ currat, ſi poſt annum lapſum, dñs ſciẽter pẽſionẽ recipiat, vt tradit Iaſo, in l. non ſolùm, §. morte, ff. de noui oper. nunc. ante nu. 49. Alex. conſi. 14. vol. 2. nu. 10. voluerunt Cynus, & Salycet. in l. 2. C. de iure emphyt. Iacob. de Aretio. & Alberi. ibidem, quos refert & ſequitur Iaſo, ibidẽ, n. 150. Ferrarienſ. in praxi, fol. 107. col. 4. Palac. in rub. §. 6. n. 10. Anchar. Card. Flor. in c. potuit, de locato, Iaſ. in l. ſeruus, C. de pact. ſequitur Thom. Gram. conſi. ciuili, 28. redemptoris, &c. in cauſa, nu. 20. verſi. vltimò licèt. Quod & in feudo, ſatis expeditum eſt. Dñs enim poſt annũ, ſi recipiat vaſſallum ad ſolita ſeruitia, & ad obedientiã, & ſic elapſo tẽpore ad petendã renouationem, ſeu inueſtiturã feudi, caducitatem ingratitudinem, & culpã remiſiſſe videtur, vt ampliùs feudo priuari non poſſit, ita tenuit glo. 4. in c. 1. quo temp. mil per l. fi. de eo, quod certo loco. Quę gloſſa notabilis eſt ſecundum Iſern. ibidem, & ita tenet comuniter DD. vt teſtatur Aluarotus, d. c. 1. col. 4. quem refert & ſequitur Curtius Iunior, in tract. de feudis, 4. parte. num. 52. cum ſeq. verſ. Sextò limita, & conſi. 142. n. 14. hãc etiã gloſſæ ſñã dicit cõiter approbatã, Alex. cõſ. 14. poſt n. 10. verſi. ergo q̃nem, vol. 2. Socci. cõſ. 67. poſt n. 19. verſi. Sextò iſta, vol. 3. & hãc opinionẽ dicit eſſe cõem Socc. Iun. cõſ. 115. nu. 12. lib. 2. Iul. Clar. lib. 4. recept. ſent. §. feudum, q. 49. num. 10.





30 Ratio eſt, quoniã dominus poſt dictum tempus recuperãdo penſionem, & vaſſallum ad ſuum ſeruitium, tacitè videtur iuri expellendi renunciaſſe, & illam gloſſ. ſequitur Bald. in cap. 1. in princ. & ibi Aluarot. num. 10. quæ fuit prima cauſ. benef. amitt. per tex. in l. poſt diem, ff. de lege commiſ. *Poſt diem* (inquit Iureconſultus) *(commiſſoriæ legi præſtitutum, ſi venditor preciũ petat, legi commiſſoriæ renunciare videtur, nec variare, & ad hanc redire poteſt.* Comprobat Scæuola Iureconſult. in l. de lege, §. poſt diẽ, eod. in hæc verba: *Poſt diem lege commiſſoria comprehenſum, venditor legem dictam non exercuit, ſed partem reliquæ pecuniæ accepit. Reſpondit, Si poſt ſtatutum diem, reliquæ pecuniæ vẽditor, legẽ dictam, non exercuiſſet, ſed partem reliqui debiti accepiſſet, videri receſſum à commiſſoria.* Textus etiam in l. Cõmiſſoriæ, C. de pact. inter empto. & vend. Ex quibus, in propoſito concludendum eſt, tempus petẽdę renouationis, hæredi emphyteutæ, vltimi poſſeſſoris, donec penſionẽ dñs ab ipſo recipit, eũq́; admittit, & recognoſcit, p acceptationẽ canonis, non currere: quaſi videatur caducitatis pœnam, ſeu commiſſi ius, ob nõ petitam in tempore renouationem, remiſiſſe.

31 Sextò, ſuperior regula reſtringenda eſt, vt non procedat, nec currat illud tempus, anni & diei, quando emphyteuta, emphyteuſim non poſſidebat, ſed erat penes tertium, quo caſu non obſtante lapſu anni, heredi, petendæ renouationis, ſaluum ius manet, argu. tex. in l. quæ quiſque, ff. de acquir. rerum domi. ibi: *Quæ quiſq; aliena in cenſum deducit, nihilomagis, eius fiunt*, ad idem tx. in l. forma, §. ſi cum ego, ff. de cenſibus, ibi: *Si cum ego fundum poſſiderem, profeſſus ſim, petitor autẽ eius, nõ fuerit profeſſus, actionem illi manere placet*, Faciunt not. per Guillelm. de Cugn. Bal. & Salycet. in l. ſolemnibus, ad fi. C. de rei vendi. & Alberi. in prima parte ſtatuto. q. 182. & Paul. Caſtr. conſi. 159. viſo, & examinato, & Aluarot. in cap. 1. n. 11. quæ fuit prima cauſa benef. amit. quibus in locis hi DD. obſeruant, tempus datum ad petendam inueſtituram, ſeu renouationẽ, impedito non currere, maximè quãdo ꝑꝑr impedimentũ, pacificè nõ poſſidet: ſequitur Felyn. conſi. 32. nu. 17. & eſt optimus tex. cum glo. pacificã, in c. commiſſa. de electio. in 6. notat Anton. in cap. in noſtra, de reſcrip. & omnes, in cap. de multa, de præb. vbi annus datus promoto ad curatum, nõ currit turbato in poſſeſſiõe. Idq́; in ſimili, & in feudis crebriùs receptum eſt, vt determinat Guilel. de Arimi. d. l. ſolemnibus, C. de rei vindic. quem ſequuntur communiter ſcribentes, vt tradit Curtius Iun. de feu. 4. p. 23. cauſa, ex quib. cauſ. feud amit. n. 53. pro qua ſententia facit tx. in c. 1. per quos fiat inueſti. qui expreſsè loquitur in poſſidente, & eandem ſententiam poſt Guillel. ſequuntur Bal. Salyc. & Fulgoſ. ibidem, & Aluarot. in cap. 1. in prin. col. pen. quæ fuit pri. cauſ. benef. amit. vbi pro hac opinione adducit gloſſ. fin. in cap. Titius, ſi de feudo fuer. controuerſ. vbi vſque ad triginta annos, vaſſallus non excluditur à reuocãdo feudum alienatum extraneo: ſecus autem, ſi eſſet alienatum agnato, quoniam tunc habet ſolùm annum, & idẽ tenuit And. de Iſern. in cap. 1. in prin. de c. Corr. qui mouetur per tex. in c. 1. per quos fiat inueſtit. qui loq̃r de poſſidẽte, & per tex. in c. imperialem, §. pręterea, de proh. feud. alien. per Feder. qui ſimiliter de poſſidente loquitur, idem tenet Fran. Zabarel. in c. 2. de feud. & poſtremò Caſſan. in cõſuet. Burg. tit. *Des fiedz*, rub. 3. §. 1. verbo, *Le ſigneur du*

*ſied*.n.24.& 25.& communẽ dicit Iul. Clarus, lib.4.recept.ſentent.§.feudũ, q.49 nu.8.& vltra prædictos auctores, idem tradit Decius, conſi.144. n.5.& 6.Paulus Pariſ.conſi.23.nu.227. vol.1.vbi inquit, quod debet adhibere diligentiã. Præpoſitus, in cap.1. de Capit. Corr.nu.6.Roll.à valle, conſi.16.num.8.& 17.vol.1.vbi aſſerit quòd debet diligenter poſſeſsionẽ petere tenet etiam Bald conſil.429.quidam, nobilis vol.1.Angel conſil.192.in themate prædicto.col.3.verſi.ſuper quin to.Anch.conſil.174.dominus Lazarius ad fi. Anan.in cap. ſignificauit n.7.de iudeis, Iacoby.de ſancto Georg. in tract.feud.verſic. qui quidẽ inueſtiti præſt iura.fideli.col.8.verſi.ſed pone, Iaſo conſi.139.col.3.vol.2.Albert. Brunus inter conſilia feud.conſil.36. col.1 ad fi. Afflictus, in c.1. quo temp. miles n.93. Bertrandus conſil.15.n.12. vol.1.Zaſius in epito.feudo par.3.Carolus. Moly.in conſuet Paris.titulo.1. §.22.num.153. Sainſon in conſ.Turonen.tit.*Coment ondoit faire homage*.art.1. fol.65.concl.34.ex quorũ nomenclatura apparet, hanc eſſe cõmunem, & receptam ſententiam.

32 Mouẽtur ij auctores, ea nempe, ratione, nam ad hoc vt vaſallus feudum amittat, requiritur quòd in dolo verſetur tx.in cap.fin. & ibi nota. de proh.feudi alie.per Loth.cui, cum nõ poſsideat dolus adſcribi non poteſt. Nam cum feudi commodo careat, eiuſdem oneribus adſtringi, irrationabile eſt, & à iuris ratione longè alienum. Item etiam, quia non debet, ſibi imputari temporis lapſus, quandiu cum poſſeſſore litigat, l. quandiu, C.qui admitti. Ex quibus, idem quoque in emphyteuſi, reſoluendum eſt, in qua militat eadem ratio, quæ eſt in feudo, vt proinde hæredi, vltimi emphyteutæ, re penes alium tertium exiſtente, annalis temporis tranſcurſus, minimè noceat, ſed poſsit petere renouationem, quandiu litigat cum poſſeſſore, & poſt obtentam poſſeſsionem pacificam, intra annum, & diem. Qua ratione iuſtiſsimè nuper in cauſa Gregorii Mendez, aduerſus monaſteriũ D. Vincentii, iudicatũ eſt, annalis tẽporis lapſum renouationi præfixũ, non nocere deſcendenti vltimi emphyteutæ, quia ipſe non poſſidebat, ſed ipſum monaſteriũ, cũ quo diu primùm ſuper poſſeſsione fuerat litigatũ, & ſic præſcriptionẽ annalem hæredi non poſsidẽti, & impedito agere, dño poſsidẽte, non currere.

33 Hoc tamen, videtur intelligendum, ſiue poſſeſsio rei emphyteuticæ, penes tertium poſſeſſorem, abſque titulo exiſteret, vel nuda de tẽtatione ab aliquo occuparetur, vel etiam ſi ex aliquo titulo, illam poſſeſſor obtineret, non tamen ab ipſo domino, directo: quoniam ſi poſſeſſor à domino, cauſam habeat, vt quia ſibi res denuo in emphyteuſim eſt conceſſa, in tertiam generationẽ, vel aliter, legitimè nõ vocato deſcendente, vel hærede, ad quem renouatio, emphyteuſis, per mortem vltimi poſſeſſoris ſpectat, iuxta receptam Bartoli doctrinam, in l.1.§.permittitur, ff. de aq.quot. & æſti. tunc ſanè vſque ad triginta annos, facultas petendi renouationem durat, extranea perſona inueſtita, vt inferiꝰ ſeptima limitatione declarabimus.

34 Prædicta etiam limitatio intelligenda eſt, niſi emphyteuta, vel vaſſallus facto, vel culpa ſua non poſsiderent Felynus, in cap. ex tranſmiſſa, col.1.de præſumptio. Bertrandus, conſil.104.etiam ſi ſufficienter, vol.4. Carolus Molyneus; in conſuetud. Pariſienſ.tit.1.§.22.n.153. ad medium.

QVÆSTIO



# Quæſtio VI.

## SVMMARIVM.

1 *ALienatio emphyteuſis, ſi eſt facta in agnatum remotiorem, agnatus proximior infra annum reuocare debet.*

*Alienatione facta, renouatione, ſeu inueſtitura, in perſonã prorſus extraneam, vtq; ad triginta annos agnatus admittitur, & renouatio peti poteſt.*

2 *Anni lapſus ad petendam renouationem non nocet, ſi emphyteuta dominum non inueniat, à quò renouationem poſtulare debeat.*

3 *Dominus cui intra annum denunciatio facienda eſt vt emphyteuſim renouet, ſi latitet, & ſe abſcondat, denunciatio ad domũ fieri debet.*

*Denunciatio ad domum fieri debet, non ſolùm in ciuilibus, ſed etiam in criminalibus, vbicunq; reus latitat.*

4 *Dominus ſi præſens non ſit, neq; in domo ſolitæ habitationis, ſed domicilium, & incolatum aliò tranſtulerit, eò loci vbi eſt, ibi requirendus eſt.*

*Locus vicinus, vel remotus, quis dicatur.*

*Ad domum creditoris, etiam diuerſi fori, debet ire qui ſibi vult acquirire.*

*Cum per interpellationem, aliquem volumus in mora conſtituere, debet interpellatio fieri ad domum illius, qui interpellandus eſt.*

5 *Dominus abſens in alio loco, perquirendus non eſt.*

6 *Dominus abſens, ſi domum certam nõ reliquit, nec eius copia haberi poteſt, requirendi ſunt amici, aut vicini, aut procurator, qui id citato renuncient, aut ſi velint defendant.*

7 *Sunt etiam amici requirendi, quando quis reipublicæ cauſa abeſt.*

8 *Procurator qui citãdus, aut requirẽdus eſt, debet habere mãdatũ, aut poteſt itẽ ad hoc.*

*Quando conſtat dominum abſentem, procuratorem, ad illam cauſam reliquiſſe, vel illum generaliter cõſtituiſſe ad omnes cauſas, tunc prius procurator citandus eſt, quàm citatio fiat ad domum.*

*Citatio fit ad domum, quando dominus non reliquit procuratorem, aut alium, qui nũciare, vel cauſam defendere poſſit.*

9 *Citatio in domicilio procuratoris, quando facienda eſt.*

10 *Dominus directus, à quo renouatio petenda eſt, ſi ſit vagabundus, in quacũq; domo, & in quocunque loco citari poteſt.*

11 *Si citãdus habeat plura domicilia, in quibus habitet, inſpiciẽdum eſt illud quod frequentius habitare conſueuit.*

*Habitare quis in eo loco dicitur, vbi habitat maiore parte anni, licèt tunc præſens non ſit.*

*Dominus ibi citandus, ac requirendus eſt, vbi cum familia, tempore citationis degit.*

12 *Dominus ſi beneficiarius ſit, in domo beneficij, aut ſacerdotij citandus eſt, ac requirendus, ſi beneficium reſidentiam requirat, quoniam ibi domicilium conſtituere cenſetur.*

13 *Dominus directus, ſi ſit prælatus, vel abbas, ibi requirendi ſunt, vbi habent dignitatem, quoniam ibi domicilium quis habet, vbi prælatus eſt.*

*Scholaſticus ibi requirẽdus eſt, vbi habitat in vniuerſitate.*

*Item, Monachus in ſuo monaſterio.*

14 *Dominus ſi ſit in carceribus, quid apud nos obſeruetur.*

15 *Præſes prouinciæ adeũdus eſt, coram quo in actis proteſtatio facienda eſt, ſi dominus, à quo renouatio petenda eſt, neque vxorem, nec domicilium, neque cognatos, neque amicos, neque procuratorem habeat.*

16 *Cum aduerſarius non reperitur, iudex adeundus eſt, coram quo proteſtatio facienda eſt.*

 *Vaſſallus*

*Vaſallus ſi non poſsit inuenire dominum à quo inueſtiturã petat, poteſt proteſtari coram teſtibus.*

17 *Dominus ſi poſtea compareat, debet emphyteuta, vel is qui renouationem petere debet, ſi non dum tempora à lege præfixa lapſa ſunt, aut ſi lapſa, denuo ab eo inueſtituram, ſeu renouationem emphyteuſis petere.*

18 *Anni lapſus nõ aufert renouatiõis beneficiũ, ſi is qui renouationẽ petere debuit, infra annum moriatur, quo caſu, eius filius, ſeu hæres habet integrum annum, & diem ad petendam renouationem:*

19 *Emphyteuſis ſeu feudum, ſi antiqua ſint ſucceſſori integrũ tempus inſtauratur reiecta conſideratione temporis, quod defuncto ſupererat.*

*Tempus in perſona prædeceſſoris incœptũ, ſucceſſori præiudiciũ afferre non poteſt.*

20 *Emphyteuſis ſi noua ſit, & à patre de nouo acquiſita, & ipſe emphyteuta vel dominus intra annum petendæ renouationis moriatur, reſiduum temporis, quod ſupererat, ad anni, complementum ad hæredem tranſmittitur.*

21 *Annus ad petendã renouationẽ, nõ currit filio ignoranti mortẽ patris per cuius obitum emphyteuſis expirauit, ac finita eſt.*

*Tempore ignorantiæ, nõ currit tempus, ſed tempore ſcientiæ.*

*Tempus ſtatutũ ad aliquid faciẽdum, ignoranti non currit, ſed à die ſcientiæ.*

*Ignorantia in pœnalibus excuſat.*

22 *Annale tẽpus, ſeu breuius, alicui præfixum, non currit contra ignorantem.*

*Ignoranti nõ currit annus, à iure præfixus, ad exequendum teſtamentum.*

23 *Tempus datũ Epiſcopo, vel aliis, ad executionẽ teſtamẽtorũ, ſiue à teſtatore, ſiue à lege non currit ignoranti.*

24 *Prælato ad conferendũ ſacerdotia, ignoranti tempus non cutrit.*

*Tẽpus datum ad eligendum ignoranti, non currit.*

*Tempus appellandi non currit ignorãti, niſi ſententia lata ſit, in præſentia procuratoris. Tunc enim currit non expectata alia domini notitia.*

25 *Tempus proſequendæ appellationis, non currit ignoranti.*

*Tempus anni ad ordinis ſacerdotalis promotionem ſtatutum, ei qui beneficium curatum obtinet, non currit ignoranti.*

*Tẽpus datum ab arbitris ad ſoluẽdum ſub pœna, non currit ignoranti.*

26 *Item tempus productioni inſtrumentorum, nõ currit ignoranti, nec querellæ aduerſus teſtamentum de iure ciuili: nec tẽpus anni datum agnatis, ad reuocandam alienationem feudi à vaſſallo factam.*

27 *Tempus, ſeu præſcriptio, non currit ignorãti alienationem, & læſionem, vel ſaltem reſtitutio dabitur.*

28 *Tempus vaſſallo datum, ad petẽdam inueſtituram ignoranti non currit.*

29 *Ignorantia impedit curſum temporis.*

30 *Si dominus directus, quem renouationis obligatio adſtringit, moriatur, nullaque illius mortis fama percrebuerit, ipſeque vaſſallus ignorauerit, iuſta adeſt excuſationis cauſa, vt minimè renouationis beneficium amittat.*

1 SVperioribus accedit alia limitatio, vt licèt lapſus anni non noceat, qñ alienatio, eſt facta in agnatũ, quẽpiã remotiorẽ, vt ſcilicèt agnat⁹ proximior intra annũ reuocare debeat, aliàs nõ admittatur, per tex. in c. 1. §. præterea, de proh. feud. alie. & c. 1. de cap. Cor. Si tñ in prorſus extraneã pſonã, facta ſit alienatio, & inueſtitura, ſeu renouatio, tunc vſq; ad 30. annos agnatus, admittitur, & renouatio peti põt, ſecundũ gl. d. §. Titius, quã ibidem ſeqñtur Bal. Iſern. & alij Aluaro. in c. 1. nu. 11 verſi. & pro hac ſñia, quæ fuit pri. cauſ. benef. amitt. idẽ Bal. cõſ.



16. facti euidẽtia, col. 1. vol. 1. Paul. Caſtr. conſi. 84. col. 2. vol. 2. Alex. in l. ſi mihi, & Titio, col. vlt. ff. de verb. obl. & conſ. 15. viſis narratis, col. pen. n. 10. verſi. non obſtat, vol. 5. vbi hanc dicit cõem ſñiã, Iaſ. conſi. 159. ſuper ſacto, in fi. vol. 2. & conſi. 7. p reuerendiſsimo, in fi. vol. 3. Dec. conſ. 144. quoniã ex facto, col. 2. verſi. tertiò, non dato, & conſ. 208. ad clariorẽ, col. 3. & conſ. 395. in caſu magnifici, n. 12. ad fi. & Carol. Ruin. conſ. 151. quia proponitur, n. 19. vol. 1. & conſ. 213. in qñe, n. 9. eod. vol. 1. Balb. in tract. præſcriptio. 7. q 4. p. 4. prin. Ant. Rubeus, cõſ. 85. viſo, & diligenter, col. 2. Albert. Brun. conſi. 67. dum dubitatur, col. 3. n. 8. verſi. ſed maior, Grattus, conſ. 4. vol. 1. Gozadi. conſ. 86. nu. 24. & conſil. 71. Tiraq. de retr. lign. §. 1. gl. 10. n. 9. Anto. Gabr. lib. 3. recep. ſent. concl. 1. n. 12. Paul. Pariſ. conſ. 28. n. 40. vol. 2. Curt. Sen. cõſ. 82. Curtius, Iun. conſ. 47. col. 4. & nouiſſimè doctiſſ. Ant. à Gam. deciſ. 117. in cauſa, n. 2. vbi ſecundum hãc opinionem refert in Senatu Luſitano iudicatum. Et hæc eſt ſeptima limatio.

2 Accedit prædictis alia, & octaua limitatio, principali cõcluſioni, vt anni lapſus non noceat, ſi emphyteuta dñm nõ inueniat, à quo renouationẽ poſtulare debeat, ꝙ paſsim receptũ eſt per tex. in l. pecuniæ, §. fi. ff. de vſuris, vbi I. C. Papinianus, in hæc verba: *Si tamẽ* (inquit) *poſt mortẽ creditoris, nemo fuit, cui pecunia ſolueretur, eius tẽporis, in culpatã eſſe morã, cõſtitit*, tex. etiã in l. cũ quidã. 17. §. ſi pupillo, ff. eod. de vſur. ibi: *Si pupillo tutorẽ nõ habẽti, fideicõmiſsũ, ſolui non potuit, nõ videri morã per hæredẽ factã, Diuus Pius reſcripſit*, vbi gl. verbo, nõ potuit: & Paulò inferi⁹, ſubdit I. C. *Quid enim põt imputari ei, qui ſoluere etiã ſi vellet, nõ potuit?* Probat etiã tx. in. l. arbiter, 40. in fi. ff. de arbit. ibi: *Arbiter Kalendis Ianuariis adeſſe iuſsit, & ante eum diẽ deceſsit, alter ex litigatoribus non adfuit. Proculdubiò pœna minimè cõmiſſa eſt. Nam & Caſsiũ audiuiſſe ſe dicentẽ Ariſto ait, in eo arbitro, qui ipſe non veniſſet, non eſſe cõmiſſã pœnã*, pbat etiã tx. in l. 1. in fi. C. de annali exceptio. ibi: *Quis enim incuſare eos poterit, ſi hoc non fecerint, quod etſi maluerint, minimè adimplere lege obuiãte valebãt?* tex. in l. purè, §. fi. ff. de doli except. tx. in l. Sempronio, ff. de vſufr. leg. & l. ſi maritus, in prin. ff. de adulteriis, & l. 1. §. 1. ff. qñ actio de pecul. annal. ſit, & l. ſi pupilli. §. fi. ff. de nego. geſt. & l. mulcta, ff. de cond. & demonſtr. facit etiã Vlpiani rñſum, in l. 1. §. dies, ff. quãdo appel. ſit ibi: *Dies autẽ iſtos, quibus appellandũ eſt, ad aliquid vtiles eſſe oratio Diui Marci voluit, ſi fortè eius, à quo prouocatur, copia non fuerit, vt ei libelli dẽtur. Ait enim is dies ſeruabitur, quo primùm adeundi eius facultas erit, Quarè ſi fortè, poſt ſententiã dictam, ſtatim copiã ſui non fecerit, is qui pronunciauit, dicendũ eſt, nihil nocere appellatori: nã vbi primùm eius copiã habuerit, prouocare poterit: ergo ſi ſtatim ſe ſubduxit, ſimiliter ſubueniendũ eſt*, probat etiã tx. in l. ſi fundus, §. Marcellus, ff. de lege cõmiſſoria, ibi: *Quòd ſi non habeat, cui offerat, poſſe eum eſſe ſecurũ.* Quorũ iurium argumẽto, & ratione hæc eſt veriſsima ſñia, ac proindè reſoluũt, etiã feudiſtæ vaſſallũ, anno nõ excludi, à petenda inueſtitura, ſi dñm nõ inueniat à quo illã petere poſsit, vt tradit Iac. de Ardiz. in c. 1. quo tẽp. mil. in prin. & Aluaro. in c. 1. n. 6. quæ fuit pri. cau. benef. amit. Curt. Iun. in tract. de feu. 4. p. n. 49. Affl. in c. 1. quo tẽp. mi. n. 92. vbi reſoluit propter dñi abſentiã, vaſſallũ excuſari, abſq; vlla diſtinctione, an dñi abſentia iuſta ferit, necne: ſecundũ Bal. in d. c. 1. & Iac. de Ardizo, in ſumma, quib. mo. feu. amit. §. quod dicit. Non enim tenetur vaſſallus ſequi dñm, ex Bal. in d. c. 1. argu. l. Mæuius, in fi. ff. de annuis lega.

3 Quòd ſi dñs, cui intra annum denunciatio facienda eſt, vt emphyteuſim renouet, latitet, & ſe abſcondat puto denunciationem, ad domũ fieri debere ꝑ tx. in l. ſcire debemus, §. qui autem, ff. de excuſ. tut. & l. aut qui aliter, §. etſi fortè, & ibi glo. & DD. ff. ꝗ vi, aut clam. & l. 1. §. permittitur, ff. de libe. agnoſc. & l. 4. §. prætor ait, & ibi Bar. & alii, ff. de dãn. infecto, & l. vim paſſam, §. nupta priuſq̃; ff. de adulteriis, & l. vt perfectius, §. ſin autẽ, C. de annali exceptio. & c. cauſam. de dolo & contu. & cap. ſi. de eo, qui mitti. in poſſ. & Clem. cauſam, verſ. ꝗ ſi fortè, de electio. glo. magna, in l. vlt. in fi. ff. de reſt. in inte. Spec. in tit. de citatio. §. ſequitur, verſ. ſed nunquid ſufficit denunciare Bar. in l. licèt, C. de repudiis, Alber. in l. ſi item, §. quolibet, ff. de euictio. & in l. mora, num. 16. ff. de vſuris, & in c. præſummitur, de regu. iur. lib. 6. Bal. in c. Cumana, verſi. quędã eſt proteſtatio. de electio. & in c. quoniã, verſi. quęro, nũquid ſufficiat, vt lite non cõteſt. & in c. 1. de mil. vaſ. qui cont. eſt. Et dicendo cõem ſñiam plura refert Rebuff. 3. to. ad ll. Gall. in tract. de citatio. glo. 1. art. 2. n. 2. vbi reſoluit iuri conſonũ eſſe, vt in facie citetur pars, vel ad domum, quod & in Hiſpania obſeruari teſtatur Montaluus, in Foro legũ, lib. 2. tit. 3. *De los emplazamientos*, quem etiã ſequitur Rebuf. vbi ſupra, n. 3. Quòd non ſolùm in ciuilibus, ſed etiã in criminalibus, verũ eſt, vt voluit glo. in c. caueant. 3. q. 9. & Cyn. in l. ſi accuſatorib[9], verſi. quęritur hic qualiter, & ibi Bald. verſi. in eadẽ gloſſa, ibi non inuẽtus. C. de accuſatio. Alex. dicens cõem opinionẽ, in l. 4. §. prætor ait, col. 2. ff. de dãn. infecto, plures alij, quos refert & ſeqr̃ Tira. in tract. de retr. lig. §. 9. gl. 2. n. 2.

4 Sin autem dñs, præſens neq; ſit, neq; in domo ſolitæ habitationis, ſed domiciliũ, & incolatum, aliò tranſtulerit, vr̃ dñm perquirendum fore in loco, vbi eſt: ita Iacob. de Ardizo, in c. 1. quæ ſit prima cauſa benef. amitt. niſi dñs ſit in loco valde remoto, per tex. in l. ſed & hæ, §. 2. ff. de procurat. vbi Vlpian. poſtquàm pręmiſit, quòd non ſolùm ſi actio poſtuletur, à procuratore, ſed etiã ſi præiudicium, vel interdictũ, vel ſi ſtipulatione legatorũ, vel dãni infecti, ipſe procurator dño caueri velit, debebit dominum abſentem defendere, in cõpeteti tribunali, & in eadem prouincia, ſubdit, *Cœterùm cogi eum etiam in prouinciã, de Roma abire, vel è contrario, vel à prouincia, in aliam prouinciam, & defendere durum eſt*, iuncta l. 4. §. ſi tam vicinum. ff. de dãno infecto.

Locum autẽ vicinum, vel remotũ, tunc dici opinatur, Iacob. de Ardizo, cum ſcilicet poteſt de facili adiri, & è conuerſo, arg. l. ſi. ff. de iudiciis, quod quidẽ iudex arbitrabitur, ſecundum locorum diſtantiam, temporum, & perſonarum qualitatem, l. cõtinuus, §. item ſi ita, ff. de verbo. oblig. l. 2. §. ſiquis, ff. ſi quis cautio. & ita refert & ſequitur Aluarot. in d. c. 1. in prin. col. 3. quæ ſit prima cauſa, benef. amitt.

Facit in confirmationem præmiſſæ reſolutionis, regula generalis quæ habet, quòd ad domum creditoris, etiam diuerſi fori debet ire, qui ſibi vult acquirere, vt tradit Bar. in l. item illa, in prin. col. 2. ff. de conſtit. pecun. vbi inquit, quòd quando per ſolutionem, & oblationem volo aliquid mihi acquirere, teneor ire ad domum creditoris, etiam ſi ſit diuerſi fori per l. cum quidam, C. de condit. infert. & l. pen. in fi. ff. de condi. & demonſt. & idem tenẽt canoniſtæ, in c. ſignificante, de pigno. Salycet. in l. acceptã, verſ. diſtingo ſic, C. de vſuris, Ancharranus, conſil. 86. pro faciliori, Paulus Caſtrenſ. d. l. pen. Bald. d. l. item illa, col. 1. vbi inquit & fortius, quòd cum per interpellationem aliquem volumus in mora cõſtituere, debet interpellatio fieri in perſona illius, qui interpellandus eſt, ꝗ ſi is non reperiatur, debet fieri ad domum ipſius, per l. ſi dictum, § fin. ff. de euictio.



5 Quæ tamẽ reſolutio, mihi ſuſpecta eſſe videtur, quoniã dominus abſens, in alio loco perquirendus non eſt, ex Vlpiani verbis, ſupra relatis, d. §. 2. Tùm etiam ex eiuſdem Vlpiani reſponſo, in l. 1. §. dies, ff. quando appel. ſit, ibi: *Adeundi autem facultatem ſemper accipimus, ſi in publico ſui copiã fececit. Cœterùm, ſi non fecerit, an imputetur alicui quòd ad domum, eius non venerit, quòdq; in hortos non acceſſerit, & vlterius quòd ad villam ſuburbanam? Magisq́; eſt, vt non debeat imputari: Quarè, ſi in publico, eius adeundi facultas non fuerit, melius dicetur facultatem non fuiſſe adeundi.* Quod etiam cõfirmatur ex Bar. doctrina communiter approbata, in d. l. item illa: vbi inter cœtera concludit (quicquid ſit in alia materia, quoad euitandã morã) reum nõ debere actorẽ ꝑquirere, in alio foro: qua ratiõe idẽ quoq; in emphyteuta, ſeu vaſſallo dicẽdũ eſt, ꝗ & tradit Curt. de feud. 4. p. n. 49. ad fi.

6 Quòd ſi dñs abſens, domũ certã non reliquerit, neque eius copia haberi poſsit, requirendi ſunt amici, aut vicini, aut procurator, qui id citato, renuncient, aut ſi velint, defendant tx. in l. aut qui aliter, § aut ſi fortè, ff. quòd vi, aut clam. ibi: *Etſi fortè nõ ſit, cui denuncietur, neque dolo malo factũ ſit, ne ſit, amicis deniq; aut procuratori, aut ad domũ denunciandum eſt*, tx. in l. 4 §. prætor ait, ff. de dãn. infecto, ibi: *Quòd ſi neq; habitationem habeat, ad ipſum prædium, erit denunciandũ, vel procuratori eius*, vbi Albericus, col. 1. verſi. vidi dubitari: aſſerit citationẽ, ad domũ debere pręcedere eã, quæ ſit procuratori, & ita obtinuiſſe per illũ tex. & per l. meminerint, C. vnde vi, ibi: *Conueniẽdos dominos locorum eſſe, aut ſi fortè defecerint, eorum actores, ad inſinuandas ſententias, procuratoresq́; eſſe quærendos*, vbi Bar. col. 2. verſ. quæro dicitur hic: id obſeruat, tx. etiã in l. ſi dictum, §. fin. ff. de euictio. ibi: *Si præſente promiſſore, qui de euictione promiſit, & nõ ignorãte, procuratori denũciatũ ſit, nihilominus promiſſor tenetur*, & ibi obſeruat Alber. tradit latè Caſſan. in cõſuet. Burg. rub. 3. §. 1. verbo, *Ou la perſonne*, num. 1. tex. in l. itẽ ait, in fin. & l. ſeq. ff. ex quib. cau. maio. gl. in c. cauſam, verbo, ad domũ, & ibi đđ de dolo, & contum. & in Clem. 1. verbo, ex certa ſcientia, & ibi Panor. & Cardin. Flor. q. 6. de re iud. Innoc. in c. vlt. de eo, qui mittitur in poſſeſsionẽ, Io. Faber, in §. fi. verſi. qd ſi non reperiatur, inſt. de pœna tem. litig. vbi inquit, ꝗ hęc citatio quæ ſit domi, ita publicè, facienda eſt, vt, familia citati, ſi quæ ſit, eam ſciat, ſin minus vicini, & cognati, ſeqr̃ Tiraq. de retr. lign. §. 9. gloſſ. 2. n. 14.

7 Sunt etiã amici requirẽdi qñ quis reipublicæ cauſa abeſt, l. hoc autẽ, ff. quib. ex cauſ. in poſſeſ. eat. vel ſi eſt pupillus, & non habet tutorẽ, l. ergo, ibidem, l. magis puto, §. requirat, de reb. eorum, qui ſub tutel. vel cura ſunt, gl. d. c. cauſam, de dolo, Alber. & alij, in l. cum proponas, C. de bo. aucto. iud. poſſ. Cyn. in repet. l. 2. q. 9. ff. ſi ex nox. cauſ. agat. Si verò haberet tutorẽ, tũc tutor vocabitur, & non amici, d. l. hoc autẽ, §. 1. Alex. in l. ſi finita, §. Iulianus, ff. de dam. infecto, Panor. conſ. 29. in qñe, ad fi. vol. 2. In caſibus autẽ tãtùm expreſsis ſit amicorũ requiſitio, ſeu cõuocatio, d. §. etſi fortè, glo. in l. fi. ff. vbi pup. educ. debea. & in c. perlatum qui filii ſint leg. Bal. in rub. C. de ſucc. edicto. Boerius, in repet. l. conſentaneũ, C. quomodo & qñ iudex, fo. 20.

Eo autem caſu, quo amici requirēdi, aut vocādi ſunt, nō quidē ſingulariter, nec in facie, ſed generale edictū proponendum eſt, quòd ſiquis conſanguineorū, & amicorū, velit Titiū defendere, compareat, certo die in tali tribunali, argum. l. ſed & ſi pupillus. §. proſcribere, de inſtit. act. Bart. & alij, in l. hęc autem. ff. quib. ex cauſ. in poſ. eat. Bal. in auth. ſed cū teſtator, n. 6. C. ad leg. Falcid. Alberic. d. l. ergo. ff. ex quib. cauſ. maio. Panor. in capit. cauſam, de dolo, quod tamen, rarò obſeruatur. Non tamen in propoſita ſpecie, lector beneuolus exiſtimet, amicos, aut vicinos, propterea citandos fore, l. cum proponas, & ibi Petr. Cyn. & alij C. de bon. aucto. iud poſſ. gloſſ. & alij, d. c. cauſam. de dolo & contum. Collectar. in cap. conſultationibus, in fi. de off. delegat. Bald. in auth. qui ſemel, & Socci. in tract. fallent. regul. 52. citatio amicorum.

8 Procurator autē, qui requirēdus aut citādus eſt, debet habere mandatum, aut poteſtatē, adhoc ex his, quæ tradit Carol. Molyn. in conſ. Pariſ. §. 14. num. 14. & Caſſan. in cōſuet. Burg. rub. 3. §. 1. verbo, *Ou la perſonnæ*, num. 1. & 2, Palacius in repetit. rub. in introduct. num. 25. poſt princip. Gozadin. conſil. 71. nu. 7. Afflictus in tract. Prothomiſ. §. 2. num. 12. verſi. ſed iterum, vbi reſoluit, huiuſmodi denūciationē poſſe fieri pcuratori generali, vt not. in l. apud Celſum. ff. de except. doli, & in l. procurator, ff. de tributo, & nota in l. ſi dictum. §. fin. ff. de euictio, & ibi latiùs proſequitur Afflictus, quòd ſuficiat ſemel denūciari, vt not. gloſſ. in l. mora ff. de vſur. & in l. Titia Seio, §. vſuras ff. de legat. 2. & in l. 3. §. 1. ff. q vi aut, clam. & l. procurator §. 1. ff. de noui. oper. nunc. Quando autē cōſtat dn̄m abſentem, procuratorem, ad illam cauſam reliquiſſe, vel illum generaliter conſtituiſſe, ad omnes cauſas, tunc prius procurator citādus eſt, quàm citatio fiat ad domum, per tex. in d. l. meminerint, vbi Bartol. ſic illū tex. interpretatur. & in l. cū clericis. C. de epiſcop. & clericis, Baldus in l. ſolēt. ff. de alim. & cibariis legat. Bald. & Iaſo. in l. eum, qui res C. de procur. Innocent. Panor. & alij. in c. dilectus de procurat Guid. papæ, ſingul. 370. Barbatia, conſil. 18. clementiſsimi. col. 3. vol. 1. Rebuff. 3. tomo ad leges Gall. de citatio. artic. 2. gloſſ. 1. nu. 4. Aliter fiet ad domum citatio, vt ſup. reſoluimus, quæ dn̄m abſentem efficaciter adſtringet, tanquā ſit in culpa, quòd non reliquerit procuratorē, aut aliū qui nunciare, vel cauſam defendere poſſet, gloſſ. in l. ex conſenſu, §. vlt. ff. de appellat. & expreſsiùs, in l. 1. §. 1. ff. quando appellan. ſit, & in l. 1. §. 1. item, cum ex edicto. verbo. propoſitum, & verbo, notitiā, ff. quæſent. ſine appellat. reſcind. cū pluribus aliis adductis, per Tiraq. de ret. lign. §. 9. gl. 2. n. 39.

9 Procuratore autem nō reperto, fiet citatio in domicilio procuratoris de conſuetudine, licet DD. dicant, in domicilio partis, in d. §. prætor ait. Alex. in l. nō ſolùm. §. morte, n. 38. ff. de noui oper. nunc. Quod intellige, quando procurator nunquam comparuiſſet, tunc in domicilio partis citatio faciēda erit: alioquin, ſi dominus litis procurator, effectus fuiſſet, ipſe & non dominus eſſet citandus, & valeret citatio, in domicilio procuratoris facta, vt firmat Bart. & alij in l. furioſo, ff. de rē iud. per tex. in l. procuratorib9, C. de procu. & l. 1. C. de ſentē. & inter l. om iud. Barbat. cōſ. 18. clementiſsimi: & c. mihi vr̄, col. 3. vol. 1. quod ita ſeruari in curiis Frāciæ, tradit Rebuff. 3. tomo ad ll. Gall. tit. decita. artic. 2. gloſſ. 1. num. 5.

10 Sin autē dominus directus, à quo renouatio petenda eſt, ſit vagabundus, in quacunque domo, & in quocunq; loco citari debet, & poteſt, glo. Cyn. Bart. & Bald. Salycet. & Angel. in l. 1. C. vbi de crimi. agi oport. gloſſ. in l. 4. §. prætor ait, verbo, habitationem, & ibi Barto. verſi. quid ſi nō habet, & Alberic. verſi. eſt etiam, valde Innocent. & Hoſtienſ. in cap. fin. de eo, qui mittit. in poſſ. & in c. quia propter, de electio. Speculat. & ibi addit. Ioannes Andr. in tit. de compet. iud. adit. §. 1. verſi. ſed quid ſi debitor vagatur, idem Specu tit. de accuſ. 3. par. verſi. ſi autem ſit vagabundus, Bal. & Angel. in l. vt pfectius, C. de anna. excep. Ang. in l. hæres abſens, §. 1. verſi. & q̃liter. ſit citādus, de iudiciis, Imol. in Clem. cauſam, verſi. an autem ſufficiat, de electio. Cardin. in Clem. 1. q. 28. de foro compet. Abb. in cap. fin. eod. tit. Anan. in cap. 1. de rapto. Soccinus, in cap. licèt, verſi ſecundò quęto: vbi, vagabundus, de foro compet. Ruin. conſi. 18. de pluribus, nu. 3. vol. 5. Afflict. in conſt. Siciliæ, incip. citationis literæ, verſi. quartò nota. Bertachinus, in tract. de Epiſcopo, par. 3. lib. 1. verſi. octauò quæro.

11 Quòd ſi citandus, habeat plura domicilia, in quibus habitet, nūc hic, nunc illic, illud quod frequentiùs habitare conſueuit, inſpiciendum eſt, tex. d. Clem. cauſam, & ibi gloſſ. verbo, communiter, Barto. & Bald. in l. quod ſi dubitet, ff. de acq. hæred. Bar. in l. cum delanionis, §. Sabinus, ff. de fundo inſtructo, Bal. in cap. dilectus, in 2. verſ. quæro an ſiquis habet, & ibi Cardi. de reſcr. Bald. conſ. 234. decretum magnifici, col. 2. vol. 1. Card. in c. ex parte, B. de foro competen. & in Clem. 1. 25. q. eod. tit. Ant. in cap. cauſam, de dolo, & contu. Carol. Ruin. conſil. 58. viſis, num. 8. lib. 3. Et quis in eo loco habitare dititur, in quo habitat maiore parte anni, licèt tūc præſens non ſit, glo. in l. 1. verbo maneat, & ibi Bartol. col. 2. ff. de liber. agnoſc. Bald. in l. ſiquis ad declinādam, verſi. nunc breuiter, C. de epiſ. & cler. Pau. Caſtr in l. 2. col. 1. C. de iuriſd. om. iud. Afflictus, deciſio. 384. non ponam, n. 11. quòd ſi æqualiter habitet in duab9 domibus, in alterutra poteſt citari, & requiri, gloſſ. d. Clem. cauſam, & videtur probare tex in l. Labeo, & in l. aſſumptio, §. iuriſprudentibus, & in l. eius qui manumiſit, §. Celſus, ff. ad municip. cum aliis per Tiraq. de retr. lign. §. 9. gloſſ. 2. nu. 28. Vel etiam ibi, dominus citandus eſt, ac requirendus, vbi tempore citationis, cum familia degit, l. 4. §. prætor, ibi: *Sed domū in qua degit*, ff. de damno infecto, l. in lege cenſoria, ff. de verb. ſignif. facit l. 1. C. de offi. diuerſ. iudi. tex. in §. adhæc ſancimus, in auth. vt ſponſal. largit. ibi: *In quibus ipſi degunt*, coll. 8. Spec. tit. de citatio, §. ſequitur, verſi. quo facto, Bar. in l. 1. ff. de liber. agnoſc Ang. in §. fin. inſt. de pœna tem. litig. Bertachyn. in tract. de Epiſco lib. 1. 3. par. col. 3. Rebuff. 3. tomo ad ll. Gall. tit. de citatio. artic. 2. gloſſ. 3. num. 22. Tiraq. de retract. lign. §. 9. glo. 2. n. 26.

12 Quòd ſi dominus beneficiarius ſit, in domo beneficij, ſeu ſacerdotii, citandus, ac requirendus eſt, ſi beneficium reſidentiam requirat, quoniā ibi domicilium cōſtituere cenſetur, cap. cum nullus, de temp. ordin. in 6. cap. ex ore, de priuileg l. ſenatores, ff. de ſenat. Felyn. in cap. dilectus, in 2. col 2. de reſcript. Rebuff. 3. tomo ad ll. Gall. tit. de domicilij electio. in præfatio. nu. 14. Quod, cum beneficiari9 ibi habitat, extra controuerſiam eſt: ſin autem beneficiarius ibi non habitet, maior dubitatio eſt, de quo per gloſſ. & Innoc. in cap. fin. vbi etiam Bald. Cardin. Abb. & Barba. de eo, qui

miitt.

mitti in poſſeſſ. gloſſ. in cap. quia in tantum, verbo, plures, & ibi Abb. & Decius, de præben. cum pluribus per Tiraq. d. gloſſ. 2. num 37.

13 Quòd ſi dominus directus, prælatus ſit, vel abbas, ibi requirẽdi ſunt, vbi dignitatem habent, quoniam ibi domicilium quis habet, vbi prælatus eſt, Barto. in l. 1. ff. ad municip. vel vbi abbas eſt, Innocentius, in cap. ex ore, de priuileg. Ioan. Andr. in cap. ſtatutum, §. cum verò, de reſcriptis, lib. 6. Bart. in d. l. 1. & in l. ciues, C. de incol. lib. 10. Abbas, & alij, in cap. poſtulaſti, de foro compet. Rebuff. 3. tomo ad ll. Gall. in tracta. de domi. electio. in præfatio. nu. 11. vbi nu. 13. reſoluit cõſiliarium quoque ibi habere domicilium, vbi habet dignitatẽ, per l. pen. ff. de Senatoribus.

Quòd ſi ſcholaſticus ſit, ibi requirendus eſt, vbi habitat in vniuerſitate, ex Tiraquel. d. §. 9. gloſſ. 2. num. 30. Et monachus, in ſuo monaſterio requirendus eſt, vbi cẽſetur habere domicilium, ex Tiraquello, ibidem, nu. 36. & hoc quandiu ibi habitat; quod ſi aliò transferatur, ibi habebit domicilium, ex Rebuffo, de domicil. elect. in præf. num. 12.

14 Quòd ſi dominus ſit incarceratus, apud nos obſeruanda eſt diſpoſitio legis Regiæ, lib. 3. tit. 8. §. 13. incip. *Item nõ podera*: de iure communi receptum eſt eum citari, ac requiri oportere ad domum, ſolitæ habitationis, gloſſ. in l. 2. & ibi Bal. & Salyc. & Angelus, C. ex quib. cauſ. maio. quam ſequuntur plures relati, per Tiraq. de retract. lign. §. 9. gloſſ. 2. num. 38. & videndus Myſsingerius, deciſ. 57. cent. 4. & Aretin. conſi. 132.

15 Sin autem neque vxor, neque domicilium, neque cognati, nec amici, neque procurator vllus domini abſentis, à quo renouatio petenda eſt, exiſtat, ita vt cuiquam denunciatio, ac proteſtatio fieri non poſsit, quòd anni lapſus minimè noceat, arbitror ſatis eſſe, adire præſidem prouinciæ, coram quo in actis fiat proteſtatio, vt in ſimili dicitur in l. in contractibus, §. in omni, C. de non num. pecun. ibi: *Vel ſi abeſſe eum his locis, in quibus contractus factus eſt, contigerit, in hac quidem alma vrbe, apud quemlibet ordinarium iudicẽ, in prouincijs verò apud viros clariſsimos, rectores earum, vel defenſores locorum, eandẽ querellam, manifeſtare, eoque modo perpetuam ſibi exceptionem efficere*, tex. etiam, in l. ſi creditori, C. de vſuris, ibi: *Abſente verò creditore, præſidem ſuper hoc interpellare debueras*, & ibi Bald. & Salyc. facit tx. in l. vt perfectius, vbi Bar. C. de anna. exceptio. vbi vt perfectius omnibus conſulatur, & nemini abſentia, vel potentia, vel infantia, penitus aduerſarii ſui noceat, ſed ſit aliqua inter deſides, & vigilãtes differẽtia, ita ſanxit Iuſtinianus, *Si quando* (inquit) *abſens fuerit, is qui res alienas, vel creditori obnoxias detinet, & deſyderat dominus rei, vel creditor, ſuã intẽtionẽ proponere, & nõ ei licẽtia ſit, abſente ſuo aduerſario, qui rẽ detinet, vel infantia, vel furore laborante, & neminẽ tutorem, vel curatorem habente, vel in magna poteſtate cõſtituto, ſua auctoritate eas res vſurpare, ſed licentia ei detur, adire præſidẽ prouinciæ, vel libellum ei porrigere, & hoc in querimoniam deducere, intra conſtituta tempora, & interruptionem temporis facere, & ſufficere hoc ad pleniſsimam interruptionem*; & ſubdit ſtatim, quòd ſi nullo modo potuerit præſidem adire, ſaltẽ, ad locorum epiſcopũ eat, vel defenſorem ciuitatis, & ſuam manifeſtare voluntatem, inſcriptis deproperet. Sin autẽ abfuerit, vel præſes, vel epiſcopus, vel defenſor ciuitatis, liceat ei proponere publicè, vbi domiciliũ habet poſſeſſor, ſeu cum tabulariorũ ſubſcriptiõe, vel ſi ciuitas tabularios non



habeat, cum trium teſtium ſubſcriptione. Et tunc ſubijcit, *Et hæc ſufficere ad omnem temporalem interruptionẽ, ſiue triennij, ſiue longi temporis, ſiue triginta annorum ſit*: Et probat etiam tex. in l. 2. ff. de nauti. fœno. vbi Pomponius Iureconſultus, ita ſubdit: *Labeo ait, ſi nemo ſit, qui à patre promiſſoris interpellari traiectitiæ pecuniæ poſsit, id ipſum teſtatione complecti debere, vt pro petitione id cederet*, tex. in §. hæc de præſcriptionibus, verſi. is autem, 16. q. 3. & facit ꝙ tradit Bart. in l. ſi reus paratus, & poſt eum Paul. Caſtr. ff. de procurato. vbi inquit, quòd quando aliquis vult ſoluere, vt euitet pœnam, nec reperitur is, cui ſoluere debet, poteſt adire iudicem, & coram eo offerre: voluerũt Innocent. Hoſtienſ. & Ioann. Andr. in cap. ſignificante, verbo, remiſerit, de pignor. tradit Tiraq. de retract. lignag. §. 9. gloſſ. 3. num. 17. Suffragatur huic ſentẽtiæ, recepta reſolutio, quæ habet, quòd impeditus comparere, propter impedimentum iuſtum, tenetur proteſtari, per cap. fin. de appellatio. & l. fi. C. de his, qui per met. iudi. non app. l. 2. ff. de nauti. fœno. & l. mulier, ff. de lege commiſ. c. cupientes, & ibi gloſſ. verbo, propoſita, §. ꝙ ſi per viginti, de electio. lib. 6. tradit Barto. in l. de pupillo, §. ſiquis ipſi, ff. de noui oper. nunciat. Anton. in cap. cum non liceat, de præſcript. & Alex. conſi. 19. viſo proceſſu, vol. 1. & conſi. 151. viſo themate, col. pen. vol. 2. & cõſil. 164. viſo proceſſu, col. 2. eod. vol. Felyn. in cap. ex tranſmiſſa, col. 2. de præſcr. & in cap. venerabilis, de iudiciis.

16 Quamobrèm, in propoſita quæſtione, cautiùs eum facturum eſſe arbitror, qui corã iudice compareret, & coram eo proteſtaretur, per tex. d. l. creditori, & Bal. d. l. contractus, §. vlt. vbi inquit, quòd cum aduerſarius reperiri non poteſt, ſufficit proteſtari; idem voluit Alex. conſil. 20. circa conſultationem, col. 2. vol 7. & propriùs in terminis tradit Cardin. Alexandri. & Aluarotus, in c. 1. col. 2. verſ. quæro ſi vaſſallus, tit. quæ fuit prima cauſa beneſ. amitt. vbi inquit, quòd ſi vaſſallus, non poſsit inuenire dominum, vt ab eo inueſtituram petat, ſufficit id ipſum proteſtari coram teſtibus, tradit Innocentius, in c. ex tranſmiſſa, col. 1. de præſcriptionib. & Albericus loquens de vaſſallo, qui non poteſt reperire dominum, à quo inueſtituram petat, in l. præſes, C. de Epiſc. audien. Bal. in l. ſi reus. ff. de procurato. Barto. in l. 1. §. dies, vlt. not. ff. quando appella. ſit, Bald. in cap. 1. de eo, qui mittitur in poſſ. vbi in caſu illius capituli, ſi pars & iudex abſit, aſſerit neceſſariam eſſe, eius rei proteſtationem, per d. l. vt perfectius, Martin. Laudenſ. in cap. 1. de lege Corradi loquens de vaſſallo, qui non reperit dominum; Panormit. in cap. plerunque, col. vlti. de reſcript. Alex. latè poſt Bald. in l. properandum, §. ſin autem, vtraque, col. 2. verſi. vt autẽ, appareat, C. de iudic. & conſi. 164. viſo proceſſu, col. 2. verſi. benefacit, vol. 2. & conſi. 120. ponderatis, in fin. vol. 5. Cum aliis adductis à Cardin. Alex. in cap. vlt. col. 2. de appell. Et facit tex. in l. de pupillo, §. ſi quis ipſi prætori, vbi gloſſ. & Bart. q. 17. & Alexan. verſi. item nota, de noui oper. nunc. & in l. vlt. ff. de lege commiſſ. & in c. paſtoralis, in fine, & ibi Anton. de off. ordin. & in c. vlt. & ibi Ant. & Imola. de Appell. & voluit glo. in cap. 1. §. ſi quis verò aliquid, verbo, poteſtatem, tit. de pace tenen. & in c. 1. verbo, mãdatum, verſi. ſi verò primus, de reſcr. & in cap. plerunque, & ibi Anton. & Imola, eod. tit. & in cap. cupientes, §. quòd ſi per viginti, verbo, propoſita, poſt

poſt prin. de electio. lib. 6. & ibi Archid. in glo. mag. Ioan. And. & Imol. & Domin. Lucas de Pena, vbi plura citat, in l. qui grauatos, col. 2. verbo muneribus, C. de cenſib. & cenſit. lib. 11. & Barbat. cõſil. 50. præclarè, verſic. cum ergo, vol. 4. Sed in hoc minime neceſſariam eſſe proteſtationẽ, tradit ſibi cõtrarius Alex. conſi. 92. vol. 1. vbi conſtanter aſſerit quòd cum aduerſari⁹ nõ reperitur, nõ eſſe neceſſe id proteſtari p l. ſi fundus. §. Marcellus. ff. de lege cõmiſſoria, & l. pecuniæ. §. 1. verſic. ſi tamen, & l. cũ quid, §. ſi pupillo, ff. de vſuris, quòd & idẽ reſpondit Ioan. de Anan. conſi. 5. viſa narratione, col. 2. verſi. & dato, & ibi Lodoui. Bolog. in additio. verſi. neq; obſtat doctrina, & latè Areti. conſil. 163. verum eſt, Decius, conſi. 566. promiſit, ad fi. & faciunt quæ ſcribit Alex. cõſi. 40. viſis, col. 1. vol. 4. & quod ſcribitur in l. ſi dictũ, §. ſi præſente, verſi. & q. ſi nihil. ff. de euictio. vbi ſi emptor qui vult denunciare, venditori, cum aduerſarius litem motæ ſuper re vendita, nõ potest ſcire, vbi venditor ſit, ad quẽ committitur ſtipulatio, aduerſus eum, ac ſi ei denunciatum fuiſſet, etiam ſi nihil venditor fecerit, quo minus ei poſſet denunciari, poteſt, & ſufficere in hoc caſu proteſtari, tradit Bart. in l. de pupillo, §. ſi quis ipſi prætori, 3. oppoſ. ff. de no. oper. nunc. & Bal. in l. Æmilius, verſi. ſæpe. non eſt. ff. de minor. & Nicolaus Myles in reperto. verſi. ſi pt. proteſtationem ſufficio, & in l. vlt. ff. de leg.

17 Sin autem dominus poſtea comparuerit, debet emphyteuta nihilominus renouationem petere debere, ſi nondum tempora à lege præfixa lapſa ſunt, ſed ſi lapſa ſint, denuò ab eo inueſtituram, ſeu renouationẽ emphyteuſis petere, argumento eorum, quæ in ſimili tradit Bart. in l. de pupillo, §. ſi quis ipſi prætori, 3. oppoſitio. & ibi alios.

Imola, & Paul. Caſtr. & Alex. verſic. item fallit, ſi habeo, ff. de noui oper. nunc. vbi inquit, quòd ſi emptor fuerit proteſtatus, non poſſe ſe denunciare litem motam, venditori, quia abeſt, & ignoratur locus vbi ſit, ſi poſtea compareat, debet ei denũciare: Anto. in cap. vlt. de appellat. qui & id trahit ad caſum, illi⁹ capituli, vti etiã facit Imola, ibi, col. pen & Matth. Matheſella. in d. l. 1. § dies, & ibi Angelus, verſi. quæro ſi volens, ff. quando appell. ſit, per tex. d. §. ſi quis ipſi prætori. Quòd ſi eccleſia ſit vacans, vel paſtore careat, quo caſu dicitur viduata marito, iſte annus, ad petendam renouationem præfixus non currit, argum. l. ſi dictum, §. pen. ff. de euictio. & l. pecuniæ, § fi. ff. de vſuris, per quæ iura ita tradit Afflict. in cap. 1. quæ ſit prima cauſ. benef. amitt. n. 9.

18 Nonò, principalis concluſio limitanda eſt, vt anni lapſus non auferat renouationis, ſeu inueſtituræ beneficium, ſi is qui renouationem petere debuit, infra annum moriatur: quo caſu, eius filius, ſeu hæres habebit integrum annum, & diem, ad petẽdam renouationem. Primum tradit Bald. in cap. 1. § 1. quo temp miles. Secundùm probatur argu. tex. in l. ſi iudex 32. ff. de iudiciis, vbi Vlpianus: *Si iudex* (inquit) *cui certa tempora præſtituta erant, deceſſerit, & alius in locum eius datus fuerit, tãta ex integro tempora, in perſonam eius, præſtituta intelligemus, quamuis magiſtratus nominatim, hoc in ſequentis datione non expreſſerit, ita tamen vt legitima tempora non excedat*: eſt etiam tex. in l. & ideo, 15. ff. de verbo. obl. vbi in lege præcedenti Pomponius Iureconſultus præmiſerat, quòd ſi ita ſtipulatus eſſem abs te, domum ædificari, vel ſi hæredem meum damnauero, inſulã ædificare Celſo placuiſſe, non ante agere poſſe, ex ea cauſa, quàm tẽpus præ-



præteriſſet, quo inſula ædificari poſſet: nec fideiuſſores, datos ante diẽ teneri. Tunc ſubdit idem Pomponius, *Et ideò hæſitatur, ſi aliqua pars inſulæ facta ſit, deindè incendio conſumpta ſit, an integrum tempus, computandum ſit: rurſus, ad ædificandam inſulam: an verò reliquum dumtaxat, expectãdum, quod deerat? Et verius eſt, vt integrum ei detur?* Per quæ iura, hanc ſententiam tenuit Iacobus de Ardizo, tit. quib. mod. feu. acqui. in Rub. ex quo tempo. currit annus, & eandẽ ſententiã tenuit Io. And. in additio. ad Specul. tit. de feu. §. quoniã, verſi. 27. & tetigit glo. in c. 1. quo tem. mil. verbo. veluti mortis, vbi ſe remittit ad ea, quæ notãtur in l. ea quæ, C. de temp. in integ. reſtit. vbi tñ gloſſa diſtinctionẽ conſtituit, ſcilicet qñ maior ſuccedit maiori, aut minor minori, aut maior minori, & è cõtra vt ſecundũ caſus diuerſitatẽ, determinatio diuerſificetur. Poſtremò, arguit glo. videri tantùm illud tp̃s, ꝙ defuncto deerat, dãdũ fore, p l. ꝓperãdũ §. ſin autẽ. C. de iudi.

19 Sed in hac re, illa eſt receptior, & crebrior diſtinctio, vt ſiquidẽ emphyteuſis, vel feudũ, antiqua ſint, ſucceſſori integrũ tp̃s inſtauretur, reiecta cõſyderatiõe tp̃oris, ꝙ defuncto ſupererat, ita reſoluũt Iaco. de Bello viſ. Nico. de Nea. & Aluar. d. c. 1. quo tempo. miles, quem ſequuntur Caſſaneus, in conſuetud. Burg. rub. 3. § 1. verbo. *de dans le an.* n. 5. & Curtius, de feudis. 4. parte, nu. 51. Etenim cum ſucceſſor emphyteuſim, vel feudum habeat, à principio magis beneficio alterius, quàm prædeceſſoris, & quaſi ex ſucceſſorio edicto, tempus in perſona prædeceſſoris incœptum, ſucceſſori præiudicium afferre non debet, arg. l. 1. §. ſi intra, iuncto. §. quibus. ff. de ſucceſſ. edicto ibi. *Si intra centeſſimum diem mortuus ſit prior, ſtatim ſequens admitti poteſt*, et paulò infra, *Quibus ex edicto bonorum poſſeſſio dari poteſt, ſi quis eorum, aut dari ſibi noluerit, aut in diebus ſtatutis, nõ admiſerit, tunc cæteris bonorum poſſeſſio, perinde cõpetit, ac ſi prior ex eo numero, nõ fuerit*, tx. in §. cũ igitur, verſi. liberis, inſt. de bono. poſſeſ. ibi: *Et ſi intra hoc tempus aliquis bonorum poſſeſſionẽ non petierit, eiuſdẽ gradus perſonis accreſcit, vel ſi nullus ſit, deinceps cæteris bonorum poſſeſſionẽ perinde ex ſucceſſorio edicto, pollicetur, ac ſi is, qui præcedebat ex eo numero non eſſet.* Facit tx. in l. ſi maritus, 4. in prin. ff. ad leg. Iul. de adulteriis, ibi: *Sic tamen, vt quoad vnus occupet, vtrique tempora cedent, vbi verò maritus occupauerit reſidua tempora, ei qui occupare non poteſt, non cedant.* Succeſſor enim agit, de ſua inueſtitura & titulo, non de inueſtitura prædeceſſoris. Quoniã eodẽ modo ſucceſſor inueſtiturã ſuã, à dño petere debet, ſicut ſi prædeceſſor iam inueſtitus, infra tp̃s debitũ mortuus eſſet. Inueſtitura enim ſucceſſoris, quoad hoc nihil cõe habet, cum inueſtitura prædeceſſoris. Sic etiã, & in emphyteuſi licèt, ſub vna cõceſſione illa tribus pſonis cõcedatur, tñ in effectũ, triplex, ſeu triformis reperitur cõceſſio, vno verborũ cõtextu, & cõplexu in tres diſtributa perſonas, ſucceſſiuè diuerſis temporibus ſuccedẽtes, ſingulari, & proprio iure, & titulo p ſe ſubſiſtente, qui nihil cõe cum titulo, & iure prædeceſſoris habeat.

20 Sin autẽ emphyteuſis noua ſit, ſcilicèt à patre de nouo acquiſita, & ipſe emphyteuta, vel dñs intra annũ petẽdę renouationis moriatur, reſiduũ tp̃oris, ꝙ ſupererat, ad anni cõplementũ, ad hæredẽ, & in hęredem trãſmittitur. Ipſũ enim renouatiõis ius, ꝙ rei emphyteuticę à principio inhęret, in pſonã acquirentis, de nouo ſubrogatam, ac proindè, in eius

hæredem, qui eadem cum defuncto perſona eſt, trāſit. Pari quoq; ratione, & in feudo de nouo à patre acquiſito, id procedit. Si enim poſt acquiſitionē feudi noui, & inueſtiturā à dño factā Titio, dñs ipſe moriatur, & Titius à dñi ſucceſſore renouationem nō petierit, & poſt decē mēſes elapſos, diē ſuū obierit, reſiduū temporis ad filiū Titii, & ſucceſſorē, ꝙ patri defuncto ſupererat, ad petendam inueſtiturā, trāſmittetur. Et eſt ratio, quoniā à Titio defuncto, proceſsit illud feudū, in quo filius venit ex perſona patris ſui, vt in l. Æmiliꝰ, & in l. etiā, ff. de minorib. Facit in cōfirmationem tx. in l. cum antiquioribus, C. de iure delib. vbi qui habet annū ad deliberandum, ſi moriatur, anno pendente, non integrū annū, ſed reſiduū temporis, ad hæredem tranſmittit, ibi: *Sin autē, inſtante annali tēpore deceſſerit, reliquum tēpus pro adeunda hæreditate, ſuis ſucceſſoribus, ſine aliqua dubietate, relinquat, quo completo, nec hæredibus eius alius regreſſus, in hæreditatem habendā, ſeruabitur*, & ita tenuit Iacob. de Bellouiſ. Nicol. de Neap. Card. & Aluaro. d. c. 1. quo tem. mil. & Iacob. de Ardizo, in Sūma, quib mod. feud. acq. §. & debet peti, verſi. ſed ego puto: refert, & ſequitur Affl. in c. 1. quo tem. mi. in prin. n. 35. & 37. in fi. & ibi Præpoſitus, poſt n. 5. verſi. quæro, cū glo. Ioan. And. in addit. ad Speculat. tit. de feud. §. quoniā, in addit. incip. ſi minor, & Caſſan. in conſuet. Burg. Rub. 3. §. 1. verbo, *De dans lean*. nu. 5. ad fi. & Curt. de feud. d. 4. p. n. 50. ad fin. & Iacoby in inueſtit. feud. verſi. qui quidem inueſti. præſtit. iuram. fidel. verſi. ſed iterū, Carol. Molyn. in conſuet. Pariſ. §. 4. glo. 1. n. 8.

Cœterùm, licèt hæc diſtinctio, paſſim per ſcribentes, ſi recepta, ego tñ indiſtinctè opinor, oībus ſucceſſoribus, id tēporis dumtaxat ſupereſſe ꝙ reſtat, ad integrum anni ſpaciū, decurrendum: ſiue emphyteuſis antiqua, ſiue noua ſit. Quoniā cum tā lege, quàm conſuetudine anni ſpatium præfixum ſit, ad petendā renouationem, prorogatio tēporis, quaſi à iure prohibita, minimè admittenda eſt. Etenim in ſuſpenſo foret, dominium vtile, & dominus ipſe, cuius magnopere forſan intereſſet habere emphyteutā: propter comperēdinatam, ob mortalitatis viciſsitudines, renouationis petitionē, vel ſucceſſorum mutationem, dāno non vulgari afficeretur. Quarè hanc eandem ſententiā in feudo, tenuit Carol. in conſuet. Pariſ. §. 4. glo. 1. n. 9. ea ratione, quoniā prehenſio non fit, ſuper vaſſallo, vel eius hærede, vel ſucceſſore, ſed ſup ipſo feudo aperto: cuius (quod ad dñm & legē clientelæ attinet) nullus ſubſiſtit cliens, nullus vaſſallus, nec fit propter defectum, vel morā perſonæ, præſentis, vel præteritæ: ſed abſolutè, & in circunſcriptè, ꝑpter ipſum ſolùm, merè abnegatiuum defectum, ſeu carentiam clientis.

21 Decimò principaliter, præmiſſa concluſio, reſtringenda eſt, quando filius ignorabat mortem patris, ſeu alterius agnati, per cuius mortem emphyteuſis expirauit, ac finita eſt: quòd ex iure feudorum, extra omnem controuerſiam eſt, vt reſoluit Curtius, de feud. 4. par. nu. 55. & Caſſan. in conſuetud. Burg. rubr. 3. §. 1. n. 22. Tempore enim ignorantiæ non currit tempus, ſed à tempore ſcientiæ, l. annus, ff. de calum. l. regu. §. facti, ff. de iuris, & facti igno. iuuāt quæ ſupra ſcripſimus, in 4. limi. Facit quod in omni materia generaliter, & frequētiùs receptū eſt, tempus ſtatutū, ad aliquid faciēdū, ignorāti nō currere,



currere, ſed à die ſcientię tantùm incipere, authent. hodie, C. de appell. iuncta gloſſ. verbo, à ſententiæ, vbi addit, *& ſcientiæ*, & l. 3. §. ſiquis hæredi, ff. de ſtatu liberis, quā pro ſingulari not. Bar. in l. 1. §. 1. n. 2. C. de iure deliberandi, idem Bar. conſi. 230. D. Iaco. lex quandiu, & ibi Bal. C. qui admitti, ſequitur Alex. ibidē in fi. idem Alex. conſi. 14. viſo, & conſyderato, col. 2. poſt n. 5. verſ. pro huius confirmatione, vol. 2. gl. verbo, detinēt, in c. ex frequentibus, de inſtit. Iuuat etiā ea cōſyderatio, nam quæ culpa ignoranti imputari pōt? nulla ſanè. Quarè cum ex ea ignorāti anni lapſus, graue prę iudicium parere poſsit, ideo tēporis annalis curſus, dānum inducēs, ignoranti nō currit, l. quinquaginta, iuncta gl. 1. ff. de excuſ. tut. & l. quinquaginta, C. eod. §. qui autē, ibi: *Ex quo cognouerunt*, inſt. eod. l. quidā decedens, §. fi. ff. de admi. tut. tradit Ludo. Rom. conſi. 228. pro plena, n. 2. Item etiam ſi annalis temporis curſus ignoranti noceret, pœna ignorāti infligeretur, quare iure ſuccurſum eſt, vt in pœnalibus ignorātia excuſet, l. iubemus, in fi. verſ. *Quid enim antiquitas peccauit*, C. de teſt. l. ſiquis in graui, §. ſiquis ignorans, ff. ad Sylla. l. fi. in fi. vbi ꝙ aduerſus ſciētes pœnę paratę ſunt, ff. de decr. ab ordine facien. l. gñrali, & ibi B. n. 7. C. de tabul. lib. 10. l. genero, & ibi Bar. in prin. & poſt nu. 3. ff. de his, qui not. infam. idem Bart. in l. Labeo, n. 2. ff. ſiquis teſtamen. liber eſſe iuſſ. fuer. Ruin. conſ. 54. conſiderato, n. 7. vol. 5. tradit Quintil. Mandoſ. regu. 34. de annali poſſeſſ. q. 53. nu. 4.

22 Suffragatur prædictę reſolutiōi, nam annale tēpus, ſeu breuius, alicui præfixū, non currit cōtra ignorantē, l. annus, ff. de calum. Bar. d. l. genero, poſt n. 3. verſi. teneo ꝙ tempus, non currat, niſi à tēpore ſcientiæ, etiā ſi in conſtitutione dicatur infra annum, &c. & Bal. in c. porrò, verſi. ex quo ſciuerit, per illū tex. qualiter olim feud. alien. poter. & in cap. vlt. vbi etiā Martin. Laud. & Cardi. Alexand. de proh. feudi alien. per Lothar. Iaſo, conſil. 64. in cauſa caducitatis, verſi. ſecūdò requiritur, vol. 4. Paul. Caſtrenſ. in l. nulli, n. 5. verſ. ſi tamen negligit, C. de Epiſc. & cler. Tiraq. de retr. lignag. §. 35. gloſſ. 4. n. 22. Ioannes de Imola, in c. nos quidem, de teſta. & in cap. quia diuerſitatem, de conceſ. præb. vbi tenet executori ignoranti, nō currere annum à iure pręfixum, ad exequendum teſtamentum, Bal. in l. captatorias, poſt nu. 12. C. de milit. teſt. Rom. conſi. 228. n. 6. cum quo tranſit Curtius Iunior, conſ. 8. viſa, ad med. idem voluit Ruin. conſi. 32. viſo proceſſu, col. fin. vol. 5. eſt etiam tex. in l. ſtatu liberos, §. ſiquis hæredi, ff. de ſtatu lib. quem adhoc vbique DD. commendant, & inter cœteros Bar. in l. vlt. in prin. poſt glo. ibi, verbo, delatam, C. de iure deliber. ad hoc, quòd tempus appoſitum in teſtamento, non currit niſi ſcienti, de quo eſt etiā tex. in l. ſi hæreditas, in prin. C. de ſtatu liberis, & l. ſi in diem, ff. de cond. & demonſt. & vtrobiq; Bar. & Bal. in l. 1. C. de his, quæ pœnæ nomi.

23 Ex quo eleganter Bar. in l. quinquaginta, in fi. ff. de excuſ. tut. aſſerit tempus datum epiſcopo, vel aliis, ad executionem teſtamentorum, ſiue à teſtatore, ſiue à lege, non currere ignoranti, idē Bar. in l. vlt. §. 1. C. com. de leg. & conſi. 142. cōſtitutione, verſ. præterea cōſtitutio, Bal. in l. id quod pauperibus, verſi. tertiò quæro, C. de epiſc. & cler. Lappus, alleg. 86. Matt. col. 2. Domin. & Philipp. Fran. in cap. quàm ſit, §. electus, de electio. lib. 6. Raph. Comē. conſi. 12. Ioānes ab Armis, Paulus Caſtrenſ. in l. nulli, C. de

epiſcop.& cleri. Panorm.in cap.cum eſſes.de teſtam. Capra, conſi.25.cum de pluribus,verſ.circa ſecundũ,Alex. conſi.36.viſo themate, verſi. præterea videmus, vol.4. Iaſo.in l. fideicõmiſſum.ff.de legat.1. in fi.

Sic etiam tempus, patrono præſtitutum,ad præſentandũ, vt tradit Ioan. Andr. in c.2. de ſuppl. negl. prælato. & in cap.vlt.& ibi, Panorm.de iurepatr. Feder.de Sen.cõſi.129.teſtator. Rota,deciſio.566. vtrum vacante in antiq. Bernard. de Biſig. in deciſ.Rotæ,ſub tit.de iure patr.cap.3.à quo tẽpore, Abb.in cap.cum propter, poſt prin.eo. Quod adeò verum eſt,vt nõ ſufficiat interpretatiua, ſed vera, & certa ſcientia requiratur, vt id tempus currat patrono,ſecundũ Paul.de Leaz.in c.2.de conceſſ.præb. Lappũ, alleg.78.vacauit eccleſia,q.4.Roch⁹, de iure patronatus, verbo, honorificum,q.27.

24 Pari etiã ratione,prelato ad cõferenda ſacerdotia, ignoranti tempus,non currit,tex.expreſſus,in cap. quia diuerſitatem,in fi.& ibi DD. de conceſſ.præb.tex.in c.licet,& ibi gl. verbo,à notitia,de ſuppl. negl. præl. glo.in c.2.verbo, infra ſex menſes,& ibi DD.de conceſſ.præb. Federic. de Senis,conſil.129. Rota, deciſ.566.in antiq.Cardi.conſi.99. Dico quòd acceptatio.verſ.tertiò,Panorm.in cap. cum propter,poſt prin.de iure patr. Steph.Bertran.conſi.284.Chriſto, n. 3.lib.1. Pariq; ratione tempus datum, ad eligendum ignoranti non currit, vt voluit Innocent.in cap.ne pro defectu,col.2. de electio.Federi. de Senis,conſi.129.Alberi.in l.2.C. de libe. cauſ. Baldus,in rubr.de electio. verſi. ſed nunquid iſtud tempus, per tex. in cap.fi.eod. tit. quod aſſerit perpetuum,& generale eſſe in oĩbus, quæ ſenſu geruntur, per l.1. §. biduum,ff. qñ appell.ſit, & l.præſes,C.de appel. Sic etiã tempus appellandi ignoranti non currit,tx.in l.1.§.fi.& ibi Ange. ff.quando appell.ſit,& in l.ab eo, ibi: *Vbi primum cognouiſtis*, & ibi Alberi. in in prin.C.quomodo, & qñ iudex, & l. ſi is quem,ibi: *Poſtquàm cognouiſti*, & ibi Alber.& Bal.C,de appel.tex. in c. concertationi,ibi: *Poſtquam ſciuerit*, & ibi glo.& DD.de appell.lib.6.& glo. in auth.hodie,verbo,à ſententiæ, in prin.& ibi Cyn.& Salyc.C. de appell. & glo.1.in c.ab eo,eod.tit.lib.6.& gl. in cap.non ſolùm, verbo, decendiũ, eod.glo.in cap.anteriorum,verbo, à recitatione,& ibi Archid.2.col.2.q.6. Rota,deciſ.49.ſi fertur,in nou.& deciſ.499.nota ſi feratur, in antiq. Angel.in l.à ſententia,§.vlt.in fine, ff. de appell.& conſi.302.viſis,ad fi. Quod tamen,reſtringendum eſt, niſi ſentẽtia lata ſit, in præſentia procuratoris: tunc enim tẽpus currit,ſtatim à tempore ſententię,nõ expectata alia dñi notitia,tx.in l.1.§.vlt.& ibi Bart.ff. qñ appel.ſit.& in §.ſi aduerſus,2.q.6. Innoc.Anto.& Imola,in c.1. vt lite non cont.Cyn.d.auth.hodie,C.de appell. Rota,deciſ.137.appellatus,in nou. Alberi.in l.Diuus,verſi.& vbicunque,ff. de in integ. reſt. Francus, vbi multos adducit in c.Nicolao, verſi. ſed difficultas,de appell.Guido Papæ, deciſ. 358.Affli.deciſ.344.fuit dubitatum,q; ita ſæpius indicatum,refert Ioannes Gallus,in ſuis Areſtis,q 112.& 116. de quo tamen videndus eſt Alex. conſi. 95.viſis proceſsibus, verſi. neque dicat aliquis,& verſ.non omitto etiam, volu.2.Guido Papæ, deciſ.436. cum materia.

25 Quin etiã, & tẽpus proſequẽdę appellationis,non currit ignoranti, vt voluit Archidia.in c. anteriorum, 2.col.2.q.6.& Bald.in cap. ex parte, verſi.ſed nũquid iſte annus,de appel.

Tempus



Tempus etiam petendi reſtitutionẽ in integrum ignoranti non currit, Bal conſi.92. quædam ſententia, ad medium,vol.1.vbi loquitur de reſtitutione, aduerſus ſententiam, ob inſtrumenta de nouo reperta,quod & ipſum loquẽs generaliter de omni reſtitutione in integrum, voluit Bald in l.falſam,ad med.C.ſi ex falſ. inſtru. Nec tempus etiam præfixum ad petendum tutorem filio pupillo, Barto.in diſput. vlt. incip. pupillus, per l.2. §. ſi mater, verſi. ſed ſi fortè abſens,ff.ad Senat. conſul. Tertyll. Bal.in c.ex parte,de appell.& Baldũ refert,& ſequitur Iaſo,conſi.153. ſtatuto ciuitatis,verſi.quintò facit, vol. 3.repetito conſ.133.vol. 4. Sic etiam tempus anni, ad ordinis ſacerdotalis promotionẽ ſtatutum, ei qui beneficium curatum obtinet,non currit ignoranti,vt voluit Ioann. Andr. in c.commiſſa,& ibi Domi. in §. annus,verſ.quid ſi pater, de elect.lib.6. Nec etiam tempus optandi prębendas,vt voluit glo.in c. vlt. verbo, viginti dies,& ibi Archid. & Ioa.And. ad fin.& Domi.verſic.ne autem, de conſ.lib.6. Nec tempus datum ab arbitris,ad ſoluendum ſub pena,quod cum ex facto contigiſſet, ita reſpondit Bart.conſi.220. domine Iacobe, per l.3 §.ſiquis hæredi, ff. de ſtatu liberis,& l.in diem, ff.de cond.& demõſt.ſequitur Roma.conſi.228.col. 1.verſi.ſeptimò quartum,de tempore petẽdæ conſecrationis,Ioan.Calderi.de electio.conſi.4.Sic etiam ignoranti,tempus inuẽtarii conficiẽdi non currit tx.in l.fi.§. ſin autem, C. de iure delib.& cõſuluit Bal conſ.83. quæritur an ſignũ,col.fi.vol.1.Barba. conſ.8.ſcribitur prçclarè,col.3.vol.1.

26 Nec tẽpus pręfinitũ productioni inſtrumentorũ currit ignoranti, Bal.conſi.154.Ponitur,quòd quædã col.fin.vol.5.per tex.in l.cum ſex, ff. de ædil edicto,& c.paſtoralis,de exceptio.& c.vt circa, de electio.lib.6. nec etiã quoduis tẽpus, quibuſlibet officiis præſtitutũ, ad expirationem officij,idem Bald.conſi.456.Seia origine paterna,col.fi.verſi.quintus articulus,vol.1.per not.à Bar.in l.à genero. ff. de his qui nota.infam. Nec etiam tempus querellæ, quod aduerſus teſtamentũ iure ciuili indultum eſt,vt reſpondit Decius, conſil.530. viſo puncto, verſi. tertiò quæritur. Nec tẽpus anni datũ agnatis, ad reuocandã alienationẽ feudi, à vaſſallo factã,per tx.in c.Titius,ibi: *Per annũ ex quo ſciuit*, & ibi Aluar.col.2.verbo,ſciuit,ſi de feud.fue. contr. inter dom.& ag.& Dec.conſ.445.in caſu, col.fin.

27 Nec etiã hæredi ignoranti,alienationem,& læſionem,tempus, ſeu præſcriptio currit,cui ſi currat, ſaltẽ reſtituetur,Bar.in l.1.§.ſiquis autem, ff. de iti. actuq; priu. plenè Balb. de præſ.4.par.4.p.q.28.& ſeq.& ita fuit viſum Senatui Neapolyt. vt conſtat ex deciſ.37.Quædam Altruda,col.2. Rebuf.2.to.ad ll.Gall. tit. de reſciſs. cõt.arti.vni.gl.19.n.23. Qui enim in alterius locum ſuccedunt,iuſtã ignorantiæ cauſam,habere vidẽtur,l. qui in alterius,ff.de reg.iuris,& ita conſuluit Alex.conſ.138.Lãcelotus, col. 2.vol.2. Licèt inchoata cõtra defunctum præſcriptio currat contra hæredem,glo.in l.1.C.ſi aduerſ. vſucap. Bart.in l.fi.C.in quib.caſib.in integr. reſtit.non eſt nec.Iaſo,conſil.226.in præmiſſa,col.2.vol.2.

28 Poſtremò,tẽpus vaſſallo datũ, ad petendã inueſtituram,ignoranti nõ currit,tx.in c.1.§.porrò,ibi. *Ex quo ſciuit*,Qualiter olim feud.alic.pot.& voluit expreſsim gl. in c.1.verbo,vltra annũ,& ibi Iac.de bello vi.& alij,

 quo

quo temp.mil.Bald.in l.fin.C.ſi pẽd. appell.mors interuen. & in cap. 1. & Marti.Laudenſ.Iacob.Aluarotus, & Cardin.Alexand.in tit.quæ ſit prim. cauſ.benef.amitt.idem Bald. Laud. & Alex.in c.fin.de proh.feud. alien. per Lotha.idem Bal.conſ.429. Quidam nobilis,vol.1.& conſi 361. dicit tex.quòd vaſſallus,vol.3.vbi id generaliter extẽdit, ad oẽs obligationes faciendi, quæ incipiunt ab hærede, & vltra prædictos DD. propoſitam qñem,de tẽpore inueſtituræ, voluit Anchar.conſ.174.Ioa.Rayne.in c. 1. § præterea ſiquis,verſi.quęro à quo tempore,de proh.feudi alie.per Federi.Alex.conſil.79. circa primùm, col.fin.vol.1.& conſ.40. viſo themate,col.2.verſi contrariũ tamen, vol. 6.& conſi.92.perſpectis, ad fin.eod. lib.6.Iaſo,conſ.7. pro reuerendiſsimo,ad fin.vol.3.& conſi.64.in cauſa caducitatis,verſ.ſecundò requiritur vol.3.Decius,conſ.530.viſo puncto, col.2.verſi.tertiò quæritur, Carolus Ruin.conſil.1.Ieſu Chriſti, n.4.vol. 1.& conſi.35.adeò, nu.28.eod.vol.1. Petr.Iacob.in tit.de cauſ.ex quibus dñs debet amittere proprietatẽ, ad fi.verſi.itẽ tempus,Petrus Ferrar.in tit.libell.quo agit.ad reuoc.feu.verbo,ne ſuperſtitibus,verſ hoc autem tempus.

29 Quo argumento idẽ in emphyteuſi reſoluẽdũ eſt,vt aduerſus hęredẽ, vel filiũ ignorantẽ,patris, vel alterius agnati mortẽ, per quã emphyteuſis vacauit, & ad dñm deuoluta eſt,tẽpus annale petẽdæ renouationis nõ currat, quoniã ignorãtia impedit curſum tẽporis,l.genero,ff.de his qui not.infa. ibi: *Ne ignorantia puniatur*,l.cum ſex mẽſes,55.ff.de ędil. edicto,ibi: *Non videbitur poteſtatẽ experiundi babuiſſe,qui vitiũ fugitiui latens, ignorauit*,l.ſemper,§.hoc interdictum, verſi.annus,ff.quod vi, aut clam. ibi: *Etiã poſt annum cauſa cognita,non petit interdictũ,de eo,quod factum eſt. Nam cauſa cognita annuã exceptionẽ remittendã, hoc eſt,ex magna,& iuſta cauſa ignorãtiæ interueniente*,l.annus, ff. de calũniato. ibi: *Dubitari poteſt, vtrũ ex die datæ pecuniæ, numerari debeat: an potius ex quo cognouit,datã eſſe, quia qui neſcit is videtur experiundi poteſtatẽ nõ habere? Et verius eſt,ex eo annum numerari,ex quo cognouit*, tex. in l.2.ff.quis ordo in bono.poſſ.ſeruetur, ibi: *Ita autem vtile tempus eſt,vt ſinguli dies in eo vtiles ſint, ſcilicet, vt per ſingulos dies,& ſcierit,& potuerit admittere. Cæterùm,quacunq; die neſcierit,aut non potuerit,nulla dubitatio eſt,quin dies ei non cedat*,tex.in l.fin.ff.de decret. ab ord. faciend.ibi: *Quæſitum eſt, an pœnam ſuſtinere debeat,qui ignorans,aduerſus decretum fecit? Reſpondi huiuſmodi pœnas, aduerſus ſcientes paratas eſſe*, l. 1.§.fin.ff. quãdo appell.ſit,ibi: *Biduum, vel triduum, ex quo quis ſcit, computandum eſt*, tx.in l.quinquaginta, ff. de excuſat. tuto.vbi Iureconſultus, *Quinquaginta dies* (inquit) *qui præfiniti ſunt, ad profeſſionem excuſationis,his qui tutores, ſeu curatores dati ſunt, ex eo die cedere, ex quo decretum prætoris, aut teſtamentum parentis,notum factum fuerit ei,qui ad munus vocatus fuerit,ipſa conſtitutio, quæ hoc induxit, ſanxit.* Textus etiam, in l.5. C. qui admitti, vbi quandiu per facti quæſtionem incertum eſt,vtrùm ne ſecundum tabulas, an ab inteſtato, & ex quo capite, poſſeſsio ſit delata, ne tempus alicui, agnoſcendæ bonorum poſſeſsionis,præfinitũ cedat, ſuperſtitioſam quis gerit ſollicitudinem, & ibi latè Baldus, & Alexander, probat etiam textus, in l.fin. §.ſin autem,C.de iure deliberandi, ibi: *Omni tamen modo inuentarium, ab ipſo conficiatur, vt intra triginta dies, poſt apertas tabulas*,



*bulas, vel poſtquàm nota fuerit eis apertura, tabularum, vel delatam ſibi ab inteſtato hæreditatem cognouerit, numerandos exordium capiat inuentarium*,probat etiã tx.in c.licèt,de ſuppl. præl.neglig. & in c. quia diuerſitatem, de conceſſ. præb.&c. concertationi, de appell. lib.6.& c.1.de reſt.in integr. eod.lib. 6.quem tex.expẽdit Zenzely. in Extrauag.Ioan.22.incip. ſuſcepti. verſi. nos de illo,verbo, *Poſtquàm ſciuerunt*, Abb.in cap.1.in fi.de præſcript. Paul. Caſtr. conſil.88. videtur dicendum, col.2.vol.2.cum aliis adductis ab Hippolyt.de Marſil. conſi.18.protector, verſi.cum ergo fuerit.

30 Pari quoq; ratione, ſi dominus directus,quem renouationis,ſeu inueſtituræ faciendæ obligatio adſtringit,moriatur, nullaq; illius mortis fama percrebuerit, ipſeq; emphyteuta ſeu vaſſallus,ignorauerint, ac proinde annalis temporis ſpacium effluxerit, intra quod renouationem, ab hęrede,vel ſucceſſore domini nõ petierint,certè hoc caſu,iuſta adeſt excuſationis cauſa,vt minimè renouationis beneficium amittãt. Quod ita in ſimili,in feudo reſoluit Afflictus, in c.1.quo temp.mil,n.74.arg. l. 2. in 1.reſp.ff.quis ordo,in bono.poſſ.ſeruet.cuius verba,paulò ante retulimꝰ. Si tñ dñs directus erat abſens,famaq; ſit,dñm mortuũ eſſe,indiſtinctè arbitror,antequàm verè,& per legititima documenta conſtiterit, illũ deceſsiſſe,nullatenus annalis temporis curſum,emphyteutę nocere,licet renouationem non petierit. Antequam enim mors domini, certò comprobetur, nulla iuris ratio, ad renouationem ab hærede poſtulãdam, emphyteutam adſtringit, cum incertũ ſit,vtrùm viuat, necne dñs. Quamobrẽm, propter eam incertitudinẽ, eleganter Vlpianus, cum dubitatur de vita alicuius, ne teſtamẽtum aperiatur, niſi cauſa cognita, reſpondit in l. 2. §.ſi dubitetur, ff. quemadmodum teſtam.aper.ibi: *Dicendum eſt prætorem cauſa cognita ſtatuere, id debere,vt liquerit eum viuere, non permittat, inſpici tabulas*,& argu. tex.in l.nec nos 4.C.de Capti.& poſtlim.reuer.ibi: *Nec ſuper facultatibus eius, cuius incerta vita,ac fortuna fuit, tranſigi, vel iudicari potuit*, iuncta gloſſ.verbo,tranſigi, licet in hoc, & perperàm, Afflictus, in d.c.1.quo tempo.miles, num. 81. & 82.exiſtimauerit, vaſſallum inueſtituram non petentem, à ſucceſſore domini intra annum, propter ſolam famam de morte domini, quàm ipſe veram credebat, feudo priuari, ac ſi verè dominus eſſet mortuus, quæ ſententia falſa eſt, neque vlla iuris ratione nititur, quam facilè conuincit,& refellit textus, in cap.1.quo temp.miles, ibi: *Nemo miles, vltra annum, & menſem vadat, vt inueſtituram beneficij ſui à filio, vel ſucceſſore domini ſui petat, vel poſt mortem domini ſui, vel patris ſui,vel alterius, cui ſuccedere debet.* Ecce toties inculcatam, ac repetitam mortis mentionem, in eo text. in quo nemo ſani iudicii, aliam,præter naturalis mortis ſpeciem, fuiſſe adiectam exiſtimabit. Quarè, ſola opinio, & falſa perſuaſio, emphyteutæ, vano populi forſan rumore conciliata, de morte domini, qui poſtea viuus poſtliminiò in patriam reuerſus eſt, ipſi renouationis beneficium adimere non potuit: nec ei lapſus temporis imputari poteſt, cur non celeriùs feſtinauerit, ab hærede, vel ſucceſſore, renouationem petere, quæ adhuc viuo domino, nõ comperta veritate, de eius morte, hęres, vel ſucceſſor eſſe nullatenus poterat. Quarè mortalitatis caſus, ad inducendum præfiniti temporis

 curſum,

curſum, ab opinione emphyteutæ, ſeu vaſalli pendere non poteſt: quocirca, miror de Caſſaneo, qui cum in conſuet. Burg. rub. 3. §. 1. verbo, *Le ſeigneur du fied* n. 7 hanc quæſtioné propoſuiſſet, non figit pedes.

# Queſtio VII.

## SVMMARIVM.

TEmpus anni, ad petendam renouationem, non currit, ſi dominus à quo renouatio petenda eſt, eſt excomunicatus.

Excomunicatio, eſt excluſio à communione fidelium.

Excomunicationis pœnæ.

2 Olim erat quædã interdictio, ſeu excluſio, à comunione hominum propter delicta.

E in hoc variarum gentium ritus.

3 Prætendens ius, & intereſſe per procuratorem cõparere debet, & ius ſuum proponere.

Seruis & famulis mercede cõductis, abſq; reatu excomunicationis, cum domino excomunicato participare licet, quãuis ipſi dominũ excomunicatum, iuuare non teneantur, nec ad ſeruitium ei præſtandum.

Excomunicatus, quoſcunque contractus gerere, & perficere poteſt.

4 Impeditus iuris impedimento, procuratorem mittere non tenetur, licet ſecus in impedimento facti.

Impedito impedimento facti proteſtatio neceſſaria non eſt, nec miſſio procuratoris extante iuris impedimento.

Impedimenti excuſatio & defenſio, non in verbis proteſtantis, ſed in impedimenti cauſa conſiſtit.

Impeditũ impedimento, facti aliter quàm proteſtatione emiſſa, non excuſari tenent aliqui.

5 Excomunicationis, impedimentum non ſuffragatur emphyteutæ, ſeu vaſallo, ſi intra tempus renouationem petere omiſerint, quoniam impedimẽtum remouere potuerunt cõſtituendo procuratorem, ad negotia, & ad petendam renouationem à domino.

Impeditus non dicitur, qui impedimentum facilè remouere potuit.

6 Emphyteuta non petens renouationem, intra annum non amittit ius ſuum, quando nulla vnquã fuit præſtita inueſtitura.

7 Emens emphyteuſim à primo emphyteuta de conſenſu domini, non indiget alia renouatione, nec debet ſolui laudemium.

Interpretata ordinatio Regia lib. 4. tit. 64. §. 2. & §. 3.

8 Anni lapſus ad petendan renouationem, non nocet, quando controuerſia eſt inter duos, quorũ vterque ſe dominũ aſſerit, & ad ſe emphyteuſim pertinere contendit, differtur enim tunc renouationis petitio, quouſque aliquis dominorum contendentium obtinuerit.

Si domini contendant de Baronia vaſallus poteſt differre, poſt annum petitionem inueſtituræ, dummodo intra annum offerat ſe velle inueſtituram recipere, ab eo qui ſit verus dominus, & proteſtetur, quòd per eum non ſtat.

9 Renouatio, duobus contendentibus, ab eo qui poſſidet petenda eſt, vel ab aduerſario cum proteſtatione ſaltem, vt nõ præiudicet, ſi apparuerit, perſententiã dominium ad illum non pertinere.

Interpretata l. fin. C. de petit. hæred.

Duobus abbatibus litigãtibus ſuper abbatia, creditores pro debitis monaſterij, ſeu prædeceſſoris, contra quemcunque prætendentem poſſunt agere, etiam ſi deſierit poſſidere, qui prius fuit conuentus in iudicio, ac proinde erit in electione creditoris proceſſum, contra primum poſſeſſorem, conuentum, vel contra eum, qui ab illo poſſeſſore euicit poſſeſſionem, poſſe proſequi.

10 Inueſtitus de aliquo caſtro à duobus, tempore ſchiſmatis, quorum vterque gerit ſe pro Papa, propter dubium excuſatur, & valet vtraque inueſtitura, & ſubſtinebitur poſtea illa quæ fuit facta à vero Papa, quoniam ius inueſtiti in altero, de neceſſitate concluditur.

Quando fuerunt electi duo Imperatores, quorum vterque ſe pro Imperatore gerit, & ſic eſt ſchiſma in Imperio, nemo illorũ propter iuris ambiguitatem poteſt priuilegia concedere.

Geſta, per eum qui gerit ſe pro principe, firma, & rata ſunt, & valent.

11 Emphyteuta lite pendente, inter duos ſuper directo dominio, interim debet offerre, & penſionem conſignare, vel differre ſolutionem, paratus ſoluere vincenti.

Colonus, quando contentio eſt inter duos, ſuper fundo, poteſt vtrique penſionem denegare, offerre tamen ſe daturum illi qui obtinebit.

12 Duobus litigãtibus ſuper hæreditate Titij, ſuper interdicto vti poſſidetis, in quo quilibet ſe hæredem, & poſſeſſorem aſſerit, ab eo emphyteuta, renouationem petere debet, qui bona defuncti poſſidet, & conſequenter, pro debito in illum fiet executio.

Si neuter litigantium poſſideat, ab eo petenda renouatio eſt, qui aduerſus alterũ, defenſionem ſuſcipere paratus eſt.

13 Lite pendẽte inter duos, probabilius eſt tempus petendæ renouationis, præfixum non currere, neque interim ipſum emphyteutam adſtringi ad petendam renouationem.

Orta inter emptorem, & vẽditorem cõtrouerſia, ſuper traditione rei venditæ, vel aliter oppugnata venditione, annale tempus, ex conſuetudine retractui indultum, vel aliud breuius, longiuſue cõſanguineo non currit.

Pendente lite, ſuper poteſtate eligẽdi, tempus præfixum electioni faciendæ, nõ currit, quanquam ſecus ſit, ſi lis penderet ſuper iure patronatus.

14 Tempus anni, ad promotionem ordinis ſacerdotalis, ei qui beneficium curatum obtinuit, præſtitutum, non currit quandiu lis mota, ſuper huiuſmodi beneficio pendet.

Tempus executionis teſtamenti, pẽdente cõtrouerſia inter hæredes ſcriptos, & venientes ab inteſtato, de viribus teſtamenti, interim non currit.

15 Emphyteuta, vel feudatarius, non exiſtũt in mora petendi renouationem, ſeu inueſtituram, quandiu emphyteuſis, vel feudi, controuerſiam patiuntur.

16 Anni lapſus non tollit, renouationis beneficium, quando capitales inimicitiæ inter dominum, & emphyteutam, vel vltimi poſſeſſoris, hæredem interceſſiſſent.

Inimicitijs cauſam, præſtans eſt in culpa.

Inimitia affectata, non prodeſt.

Interpretata eſt l. 1. §. cuiquis, ff. de quæſtio.

17 Inimicitia, ſuperueniens facto eius, contra quem producitur teſtis, non repellit teſtem omnino, ſed hoc iudici cõmittitur.

18 Impedimentum adſcitum, & affectatum non prodeſt, cui impeditus ipſe cauſam præſtitit.

Abſentia affectata, & ignorantia affectata nõ excuſat.

Ignorãti tempus, in quibus caſibus nõ currit, aut ſi currat, reſtitutio competit, ita temperandum eſt, ſi modò ignorantia nõ procedat ex dolo, & facto ipſius, qui prætendit ignorantiam.

19 Inimicitia excuſat etiam, ſi facto alicuius proueniat.

Interpretata l. 4. & l. ex parte, de adi. leg.

20 Inimicitias, poteſt quis opponere contra teſtem, vel alium, quarum quis fuit cauſa.

21 Capitales inimicitiæ, quæ dicantur iudicis arbitrio relinquitur.

22 Inimicitia capitalis, oritur etiam ex in-

*iuriis verbalibus.*

*Inimicitia grauiſsima dicitur, quæ oritur ex ciuilibus quæſtionibus omnium bonorum, vel quando atrox alicui iniuria infertur.*

*Inimicia capitalis, ex eo probatur, quòd de omnibus bonis lis eſt.*

23 *Inimicitiæ excuſatio, per totum tẽpus, à lege conceſſum, ad petendam inueſtiturã durabit, quo elapſo tantumdem temporis, ei indulgetur, quòd etſi hoc elabatur, nec aut eat ad dominum, nec ad id procuratorem mittat, minimè excuſabitur.*

*Tempus ex integro inſtaurandum ceſſante impedimento, quoniam tunc currere incipit.*

24 *Inimicitiæ domini, an excuſent emphyteutam, non petentem renouationem.*

*Annalis temporis lapſus, excuſatio minimè admittenda eſt, propter grauem, & capitalem inimicitiam, inter dominum & emphyteutã, ſeu vaſſallum, quando emphyteuta, ſeu vaſſallus, ita potens eſſet, quod ſecurè, & citra metum, & abſque iniuriæ timore dominum adire poſſet.*

25 *Renouationem emphyteuſis peti intra annum non ſufficere, re non integra, ideſt, antequàm alteri fiat renouatio.*

26 *Ius petendæ renouationis reale non eſt, quod poſſit, etiam ſi adſit pactum de renouando conceſsionis alij factæ, effectum impedire.*

*Pactum de renouando, ſolam contra dominum perſonalem, actionem præſtat.*

27 *Inueſtitus non debet, abſque culpa priuari, & diſueſtiri.*

28 *Priuilegium prælationis, conceſſum colonis, & alijs perſonis, locum habet re integra exiſtente.*

*Renouationis priuilegium, de æquitate conceditur, contra regulas iuris communis.*

29 *Renouatio, etiam ſi ſit alteri facta, & res ſit nõ integra, nihilominus ex veriori ſententia, deſcendentibus emphyteutæ debetur.*

*Ius renouationis competens, deſcendẽtibus eſt hæreditarium.*

30 *Datum non videtur, quod ab illo donatur, qui de iure donare non poteſt.*

*Interpret. l. Congruit, C. de locat. præd. ciuil.*

31 *Dominus in præiudiciũ hæredũ, quibus renouatio competit, extraneo emphyteuſim concedere non poteſt.*

32 *Renouatio emphyteuſis, deſcendentibus denegari non poteſt intra annum, ſiue res ſit integra, vel non integra.*

33 *Renouationẽ prætẽdens, ex pacto de renouando, non tantùm contra, dominũ agere poteſt, ſed etiam contra eum, cui emphyteuſis fuit conceſſa.*

*Emphyteuſis finita, non conſolidatur ipſo iure, cum directo dominio, nec transfertur dominium: quoniam ex quo primum dominium, ſine traditione quæſitum non fuit emphyteutæ, ſine eadem, etiam reſoluto cõtractu, non retransfertur.*

34 *Renouationem petẽs intra annũ, ſemper eſt audiendus, & intra triginta annos põt reuocare conceſsionem alteri factam.*

*Dominus, ſi vult elapſo anno, ad petendam renouationẽ, emphyteuſim extraneo concedere poteſt: re tamen integra, ideſt ante conceſsionem, deſcendens rectè audietur.*

35 *Dominus, ſi concedat emphyteuſim extraneo, poſt interpellationnm à deſcendẽte factam, & renouationem ab eo petitã, tunc conceſsio alij facta quaſi appellatione pendente reuocari poteſt.*

*Dominus, ſi anno elapſo ad renouationẽ ante interpellationẽ, alij extraneo dedit, aut conceſsit emphyteuſim, talis domini conceſsio impediri non poteſt, & facta tenet, maximè ſi rei traditione adiuuetur.*

1 NOn vulgaris eſt illa limitatio, ſuperioribus aggreganda, quæ renouationis petendæ tempus fluere, nõ permittit, vel currẽtis lapſum ſiſtit, quãdo conſtat, dominum, à quo renouatio, emphyteuſis, petenda eſt, eſſe excommunicatum maiori excõmunicatione: quoniã tunc cum communicatio, eccleſiaſticis inſtitutis omnino interdicatur, renouatio peti non poteſt. Excõmunicatio enim, vt nomen ipſum oſtẽdit, dicitur excluſio à cõmunione fideliũ, quæ cõmunicatio, in tribus cõſiſtit, ſcilicèt in conuerſatione, ſiue in actibus legitimis corporalibus. Secũdò, in ſacramentorũ ſuſceptiõe. Tertiò, in actibus legitimis ſpiritualibus, ſiue in bonorũ ſpiritualiũ participatione: vt declarat S. Thom. in 4. diſt. 18. & Archiepiſ. Flor. 3. p. tit. 25. & Syluester, in Sũma, verbo, excõmunicatio. 1. & Clauaſius, in Summa, & ibi additio. Vndè, grauiſsima inter omnes eſt, excommunicationis pœna. Etenim primò, excõmunicati ſunt infames, tex. in c. 1. quo temp. mil. ibi: *Vel infamia*, iuncta gl. tradit Caſſan. in cõſue. Burg. rub. 3. §. 1. verbo, *Ou a la perſone*, n. 6. vbi ex eo vaſſallum non petentẽ renouationem, excuſari affirmat, & quod excõmunicatus ſit infamis, adducit glo. in §. minor, inſt. de capit. dimin. & tenet etiã Præpoſ. in d. c. 1. nu. 6. & ibi Bald. §. 1. n. 3. Afflictus, nu. 68. Secundò, excõmunicati ſacrificiis interdicuntur, c. clerici, de cleri. excom. miniſt. & in c. ſiquis epiſcopus, & cap. placuit. 11. q. 3. Deinde, hi impij quoq; veluti proprio, & peculiari vocabulo, nuncupantur, c. certum, 24. q. 3. Præterea his cõmunicari prohibetur, aut ſermone, aut menſa, aut conſuetudine, aut alio quouis pacto, c. ſicut, & c. excõmunicato, & c. qui cõmunicauerit. 11. q. 3. Ideoq; dicuntur excõmunicati, quòd ſunt extra hominũ fidelium, cõmunicationem, ſiue cõmunionem poſiti, vt aſſerit Archid. d. c. ſicut. His etiã petentibus, ius denegatur, c. intelleximus, de iudi. & c. exceptionẽ, de except. & c. 1. eod. tit. lib. 6. & cap. 1. de reſcript. eod. lib. 6. Nec honos vllus eis communicatur, quoniam, & ad dignitates & beneficia aſſummi, promoueriq; non poſſunt, cap. cum dilectus, de conſuet. & cap. cum bonæ, de ætа. & qualita. & cap. ad probandum, de ſentent. & re iudic. & cap. poſtulaſtis, & cap. ſeq. de clerico excommunicato miniſt. Quod & in dignitatibus ſecularibus obtinet, vt patet ex cap. venerabilem, verſi. nunquid enim, ibi: *Sacrilegum quemcunque, vel excommunicatum*, & verſic. ſunt enim notoria, & ibi Panormita. de electio. & voluit Cardina. Florenti. in cap. perpendimus. 40. oppoſitio. de ſenten. excommun. & Decius, in c. dilecti, col. 1. de except. Sunt enim ipſi infames, vt ſupra diximus, & probat gloſſ. fin. in cap. 1. § fin. tit. per quos fiat inueſtit. & eſt tex. in cap. infames, 6. quæſt. 1. quem dicit vnicum Ludo. Roman. ſingul. 678. an excommunicatus, de quo videndus Innocẽtius, & DD. in cap. teſtimonium, de teſtibus, & Archid. in Summa, 4. quæſt. 1. & Roman. ſingul. 685. in prin. huius.

2 Priſtinis autem tẽporibus, quædam interdictio, ſeu excluſio ex hominum conſuetudine, & commercio, ꝓpter delicta, & atrociſsima facinora, in vſu erat. Rudibꝰ enim illis, adhuc ſeculis, quibus exigua tantùm Naturæ ſcintilla, mortaliũ mentibus prælucebat, neq; adhuc Chriſti Optimi maximi, lux euangelica affulſerat, apud Druydes id vſu receptum erat, cuius antiquitatis, non obſcurum veſtigium extat apud Cęſarem lib. 7. Commentariorum, vbi illorum mores, ac ritus graphicè diſcribit. *Siquis* (inquit) *aut publicus, aut priuatus, eorum decreto non ſtetit, ſacrificijs interdicunt. Hæc pœna apud eos, eſt grauiſſima.*

*ſima. Quibus ita eſt interdictum, hi numero impiorum, ac ſceleratorum, habentur. His omnes decedunt, aditumque, ſermonemque defugiunt, ne quid ex contagione incommodi accipiant, neque his petentibus ius redditur, nec honos vllus communicatur.* Hactenus Cæſar. Nam hæc, quæ olim apud Druydes erat pœna, apud nos quoque, qui Chriſtianam pietatem, relligionemq; profitemur, eſt omnium grauiſsima, cap. corripiantur, 24. quæſt. 3. De quo latè per Felynum, in cap. qualiter, num 2. §. vlt. verſi. vlteriùs tangit, in 2. de accuſatio. Hûc etiam, alludit Platonis illa interdictio, lib. 34 Dialogo. 9. de legibus, ad finem. *Demum quicunque* (inquit) *pulſaſſe parentes condemnabitur, primùm perpetuò exulet, deinde, & à ſacris omnibus arceatur. Quibus ſi minus abſtineat, à principibus agri, verberibus, & omnino vtcunque voluerint, plectatur. Et ſi ab exilio reuertatur, morte peccata luat. Quisquis verò liber, cum huiuſmodi homine commedet, aut bibet, vel aliquo pacto, vnà quicquam geret, aut tanget, aut ſponte loquetur, is neq; in templum ingrediatur, neque in forum, nec omnino in ciuitatem, proficiſcatur, antequàm mũdetur. Putare nãq; debet, ſcelerato ſe commercio contaminatum, quòd ſi non obtemperauerit, ſed ciuitatem, & templa iniquè coinquinet, quicunq; Magiſtratus, fieri hoc ſenſerit, niſi confeſtim punierit, maximarum iniuriarum, reus eſt habendus.* Hactenus Plato. Quarè Marſilius Ficinus, vir doctiſsimus, in argumẽto, in Dialogum decimũ, de Legibus, hoc intelligens, ſubdit paulò poſt principium. *Ac ne quid nos lateat, ad impietatem etiam pertinet, familiaritas, & cõmunio omnis, ſeu in cibis, ſeu in verbis, cum ijs inita, qui ob nepharia ſcelera arcentur à ſacris, qui & contaminati, cæteros quoque, vel ipſa propinquitate contaminant. Quæ quidem de re in calce noni ita pertractat, vt vaticinari quodãmodo viſus ſit, execrationes factas à noſtris, propha*nos à communione eccleſiæ, propellentibus.* Hûc etiã vr̃ alludere illud Euripidis, in Oreſte, vbi Argis, figurã quãdam huius interdictionis, obſeruatã deſcribit, in hæc verba.

*Sancitũ eſt porrò, Argis, hiſce nec nos tectis,*
*Nec igne recipiẽdos, nec alloqui quemquam*
*debere, Matricidas,—*

Romanos quoq; his diris, & execrationibus, ſeu deuotionibus, vſos fuiſſe, vt qui illis eſſet obnoxi⁹, darẽ grauiſsimas pœnas, maximoq; infortunio affici, neceſſe eſſet, auctor eſt Plutarchus, vbi & tradit Actæiũ Tribunum plebis, his diris confixiſſe, Craſſum in Parthos proficiſcentem, ex quo illud Lucani, lib. 3. Pharſaliæ.

*Craſſumque in bella ſecutos,*
*Sæua Tribunitiæ, vouerunt prælia, Diræ.*

Harũ quoq; Dirarũ, & execrationũ Liuius mentionẽ facit, lib. 6. Deca. 3. *Qui victus* (inquit) *acie exceßiſſet, eũ nequis vrbe, tecto, mẽſa, lare reciperet, diram execrationẽ, in populares obteſtationẽque, quã ſanctiſsimã putauerunt, aduerſus hoſpites cõpoſuerũt.* Et rurſus, lib. 10 Dec. 4. *Huius* (inquit) *atrocitas facinoris, nouã veluti flãmam Regis inuidiæ adiecit, vt vulgò ipſum, liberoſq; eius, execrarẽtur, quæ Diræ breui ab oĩbus Dijs exauditæ, vt ſæuiret ipſe in ſuũ ſanguinẽ, effecerũt.* Sed hęc exigua antiquitatis monumenta prælibaſſe ſatis ſit, vt defeſsi lectoris laſsitudinem recreemus.

3 Cœterũ, vt eò reuertamur, vñ digreſsi ſumus, prædicta limitatio, mihi periculoſa, & parùm vera eſſe vr̃, quoniã licèt cõmunicare, cũ excommunicato, ꝓhibitũ à iure ſit, nulla tñ iuſta excuſatio, emphyteutã, ſeu vaſſalũ, renouationẽ, vel inueſtiturã nõ petentẽ, intra tẽpus, vr̃ iuuare, quoniã, ꝓcuratorẽ cõſtituere, cuius miniſterio, renouatiõis cauſam gereret, ac pertractaret, & negocia ꝓcuraret, rectè potuit, ex his quę tradit Paulus Pari. cõſ. 1. n. 56. vol. 1. vbi inqt, queq; prætendentem ius, & intereſſe, per procuratorem ſpecialem, cõparere debere, & ius ſuum proponere. Quin imò etiã videtur quòd liceat emphyteutæ, ſeu vaſſallo, propter ſubiectionem, quemadmodum ſeruis, & famulis, mercede conductis, abſque reatu excõmunicationis, cum domino, excõmunicato participare, c. inter alia, de ſent. excom. licet ipſi dominũ excõmuncatum, iuuare non teneãtur, nec ad ſeruitium ei præſtandum, tex. in c. domino guerrã, verſi. ſed Obertus, in tit. hic finitur lex. Præſertim, cum emphyteuta, ſeu vaſſallus dñm adeundo, excõmunicationem incurrere non videantur, niſi in ſpecie, ſi cum dño cõmunicauerint, excõmunicentur, & ab eius participatione arceantur, per tex in c. cõſtitutionem, de ſent. excom. lib. 6. Quarè excommunicatus, quoſcũnque contractus gerere, & perficere poteſt, vt eſt contãs, & recepta reſolutio, ac proindè renouationem quoq; emphyteuſis, ſeu inueſtituram facere: quoniã per excommunicationem, temporalium rerum adminiſtratio non tollitur, vt not. Hoſtienſ. & Innocent. in cap. cũ dilectus, de conſuet. & in cap. fin. de ſent. excom. & not. gloſſ. in c. ex tuæ, de cleri. non reſid. tex. iuncta gloſs. verbo, teſtificando, in c. decernimus, 8. de ſent. excom. lib. 6.

4 Sed nihilominus, cum excõmunicatio iuris impedimentũ ſit, inhærens in perſona dñi, arcẽs ipſum emphyteutã, à cõmunicãdo, videtur, nõ oportere procuratorẽ mittere, licèt aliàs in impedimẽto facti id ſępe exigatur, qñ cauſa ardua non eſt, vt per Bart. Paul. Alex. & Iacoby. in l. 2. §. ſi quis iudicio, ff. ſi quis cautio. tradunt DD. in c. querella. de procur. Afflict. deciſ. 29. vtiliter, tradit Rebuff. 3. to. ad ll. Gall. tit. de excuſat. num. 68. fol. 188. à quo tamen cauendum eſt, dum nu. 88. etiam in cauſa ardua, vult de iure canonico, fauore dirimẽdarum litium, mittendum eſſe procuratorẽ, cum contrarium ſentiant DD. vbi ſup. & ſpecificè Canoniſtæ, in d. cap. querellam, ibi: *Cum non poſsit quis cogi, niſi velit in grauioribus cauſis procuratorem conſtituere*, & tradit Fely. in c. cum R. nu. 2. verſi. tertiò, de off. deleg. & Bal. in l. ſed ſi per procuratorem, lectu. 1. ff. ex quib. cauſ. maio. In cauſis autem non arduis, paſsim receptum eſt, ita demum culpam, procuratorem non mittenti, imputari, quando eum idoneum facilè reperire non poſset: tradit Bar. per tex ibi, in l. idemq; erit, ff. pro ſocio, Roma. in l. ſi verò, §. de viro, fallent. 10. verſi. quartò, ff. ſol. mat. & Iaſo, in l. 2. n. 10. ff. de in ius voc. Felyn. in c. intelleximus, & ibi Deci. nu. 7. de iudiciis, idem Decius, conſi. 632. n. 3. & conſi. 562. n. 12. Facit gloſ. in l. ſed, & ſi per prætorem, n. 26. §. 2. verbo, permittere, ibi: *Facilè*, & tx. in l. qui cum maior, ff. de bo. lib. ibi: *Non facilè.* Quarè cum procuratoris cõſtitutio, ſeu miſsio, extante iuris impedimẽto, neceſſaria nõ ſit, ſuperuacua quoque & inanis, iure impedito, & minime neceſſaria videtur poteſtatio, ex auctoribus ſupra relatis, & ex not. in in l. 1. C. de anna. except. Quin etiã, etſi facti impedimentũ exiſtat, tñ in hoc verius, & ꝓbabilius eſt regulariter, ꝓſtationẽ nõ requiri, ipſũq; impedimentũ, iuſtã excuſatiõis cauſam tribuere, ac ſubminiſtare: ꝙ ita reſoluit Areti. conſ. 161. Alex. in l. 2. §. ꝙ diximus, ad fi. ff. ſi quis cautio. idẽ Alex. cõſ. 92. vol. 1. vbi etiã abſq; ꝓſtatiõe debitoris, qui tẽpore ſolutiõis creditorẽ, cui ſolueret nõ inuenit excuſari, reſoluũt, ita interpretãtes tex. in l. 4. in fi.

in fi ff. de lege cõmiſ. ibi, *Si non habeat, cui offerat, poſſe eum ſecurum eſſe*, quod & probat Areti. in l. gerit. ff. de acq. hæred. Deci⁹, conſil. 566. n. 5. Iaſo, in lege ad diem. ff. de verbo. oblig adverſus Pau. in l. ſi reus paratus. ff. de procura. Gozad. conſil. 66. n. 8. & latiùs per Tiraq. de retr. lig. §. 9. gloſſ. 3. n. 20. Non enim impedimenti excuſatio, & defenſio, in verbis proteſtantis, ſed in impedimenti cauſa conſiſtit, quoniã verba, nec addunt, nec minuunt rei veritatem, l. ſicut. C. ad leg. Cornel. de falſ. Quę reſolutio vera eſt, licet aliqui auctores, impeditũ impedimento facti, alterquàm proteſtatione emiſſa, nõ excuſent, alij rurſus diſtinguãt, vt tradũt Fel. in c. ex tranſmiſſa, de præſcript. n. 5. & 6. & ibi Pariſ. n. 14. Imola, in c. fin. de appell. Afflictus, deciſio. 29. & deciſio. 50. n. 3. & 5. Rebuff. 3. tomo. ad leges Gall. tit. de excuſatio. n. 51. & 52. Boerius, deciſio. 40. Pariſius, cõſil. 101. n. 94. & conſil 34. n. 20. vol. 1. Alex. in l. de pupillo. §. ſiquis ipſi prætori, n. 9. & 27. & ibi Iaſ. n. 2. ff. de noui oper. nunc. vbi ipſe aſſerit, in impedimento facti proteſtationem regulariter neceſſariam, nõ fore: de quo videndus Sylua. de feud. q. 86. vol. 13. tract. diuerſ. DD. fol. 54. & Hormanot. Det. in §. Cato, l. 4. ff. de verbo. oblig. n. 386. Ex quibus verum non videtur, imò corruit ex dicta reſolutione, quod tradit Caſſaneus, in conſue. Burg. rub. 3. gloſ. fin. nu. 32. verſic. aduerte: vbi pro conſtanti ponit, vaſſallum impeditum, aliquo impedimẽto propter quod, non poſſit petere renouationem, ſeu inueſtituram, debere proteſtari de impedimẽto, per ea quæ voluit Ioan. Andr. in c. fin. de appell. & per alios, quos allegat. quoniam per ſupradicta, proteſtatio minime neceſſaria eſt, vbi ſola impedimenti cauſa, & excuſatio impeditum indemnem, & incolumem, ſeruat, ac tuetur.

5 Extra controuerſiam tamen eſt caſus, quãdo emphyteuta, ſeu vaſſallus, ijdemque ſuceſſores, vltimi emphyteutæ, vel feudatarij, eſſent excõmunicati. ſi enim intra legitimũ tempus, renouationem, & inueſtituram non petierint, minimè eis ſuffragari excomunicationis impedimẽtum cenſerem, ne excomunicatio propter eorũ forſan culpam, vel delictum inflicta, & in contumaciæ pœnam, negligentiæ immunitatem tribuat, per tx. in l. verum, §. tempus, ff. pro ſocio, & l. ſi ab hoſtibus. ff. ſol. matri. & l. ſi hæreditate. ff. de nego. geſt & l. relegatorum. §. fin. ff. de interd. & releg. impedimentum enim remouere potuit conſtituendo procuratorem ad negotia, & ad petẽdã renouationem à domino, per tex. in cap. cum dilectus, de conſuet. & ibi Innocẽt. & in c. cum dilecti, de dolo, & contum. & notatur in cap intelleximus, de iudicijs, & in cap. poſt ceſſionem, de probat. & in l. Papinianus exuli. ff. de minoribus, & hanc ſentẽtiam tenuit, Afflictus, in cap. 1. quo tempore miles, nu. 76.

6 Duodecimò principaliter, regula præmiſſa, perdit officium ſuum & reſtringenda eſt, vt emphyteuta non petens renouationem intra annum, non amittat ius ſuum, quando nulla vnquam fuit præſtita inueſtitura. Eo enim caſu, cum non entis nullæ ſint qualitates, l. qui ſuperſtitis, ff. de acq. hæred. nulla, nec naturalis, nec ciuilis ratio, ad petendam renouationẽ emphyteutam adſtringit. Tunc enim petenda eſt, ſi iam aliquando fuit præſtita, ita Cardin.

Alex.



Alex. in c. 1. quæ fuit pri. cauſ. benef. amitt. vbi allegat Baldum, in §. præterea, de proh. feud. alien. per Federic. tradit Caſſa. in conſue. Burg. rub. 3. §. 1. verbo, *Le ſigneur du fied*, nu. 29.

7 Item etiam, quãdo aliquis emit emphyteuſim à primo emphyteuta de conſenſu domini, tunc etiam nõ requiritur, alia renouatio, neq; debet ſolui laudemiũ, ita expreſſe conſuluit Ioann. de Anania, cõſi. 90. quia dubium iſtud, poſt Petr. de Anchar. conſ. 55. Motiua iudicis: ſequitur Iaſo, in l. fi. C. de iure emph. n. 40. Ioannes de Imola, in cap. potuit, de locato. Facit hoc ad interpretationem Ordinationis Regiæ, lib. 4. tit. 64. §. 2. & in §. 3. *E acontecendoſe*, vbi in §. 2. ſi alienans emphyteuſim, ſit prima perſona, ſeu vita, iuxta formam conceſsionis, donec ipſe alienans vixerit, ius primæ perſonæ, ſeu generationis perdurabit: eo autem mortuo ab emptore ſecunda vita, ſeu generatio inchoabitur: & mortuo ſecundo, tranſibit in alium, ſiue donationis, ſeu permutationis titulo emphyteuſis fuerit translata, vel alio, ac ideo ſubdit: *Entenderſeba ſempre ſer primeira peſſoa, o principal foreiro, que vendeo, ou emalbeou o dito foro, em que morto elle, começara a ſer ſegunda peſſoa, aquelle que o dito foro comprou, ou ouue por eſcambo, ou doação, ou por outro qualquer titulo.* & mox, in §. ſeq. ſubdit, quòd ſi emẽs rem emphyteuticã, aut alio titulo, obtinens, in vita primi emphyteutæ transferẽtis præmoriatur, poſſe eo caſu præmoriẽtem, aliquem poſtremo elogio eligere ad emphyteuſim, viuum autem poſſe, in quẽlibet obſeruata iuris ſolemnitate diſtrahere, ſeu transferre, ſuperſtite primo emphyteuta, & tunc illum ſecundum emphyteutã, in quem res fuerit trãſlata, eundem locũ, & ius in emphyteuſi habiturum, quem habebat primus à quo ipſe accepit, in cuius locum ſubrogatur. Mortuo itaq; primo emphyteuta, hunc ſecundum in quem res translata eſt, iam vicem alterius perſonę, ideſt ſecundæ ſuſtinere, ita vt viuente primo emphyteuta, ius primæ perſonæ nunquàm expiret, etiamſi res per plures manus, quouis titulo ambulet, ac verſetur, ac proindè ſubdit Luſitanus Legiſlator: *E aquelle que a delle ouuer, em quanto viuer o primeiro emphyteota, terá aquelle lugar, & dereito na couſa afforada, que o dito primeiro emphyteotá nella tinha, ante que a emlheaſſe: & elle fallecido começará o que a dita couſa peſſuir, ſer outra peſſoa. Por maneira que ſe o que a couſa vendeo, ou emalbeou, era à primeira peſſoa, em quanto elle viuer ſempre durará o dereito da primeira peſſoa, aßi a aquelle que a delle ouue, como a qualquer outro, que à dita couſa deſpois ouuer, por qualquer titulo, em quanto o primeiro emlheador viuo for. E fallecido o primeiro foreiro, começará o que o dito foro peſſuir, ſer a ſegunda peßoa.* Ecce qualiter, licèt perſonę mutentur, & emphyteuſis in alium transferatur, renouatio inueſtituræ neceſſaria non eſt, in perſona ſucceſſorũ, vel illorũ, in quos emphyteuſis trãſfertur, quaſi licentia à principio, in inſtrumento inueſtituræ, à domino conceſſa, ex vi comprehenſiua, ad tres perſonas porrigatur, ita vt per translationem primi acquirentis, ſecundus item, & tertius, in quem transfertur, temporis acceſsione, & interuſutio, vitæ præcedentis fruatur, vt in alterius ſequentis perſona, diſtinctæ, & ſeparatæ vitæ ius non incipiat, donec præcedentis ius, vitæ termino exhauriatur, & deindè abſq; alia renouatione, ſeu inueſtitura, nouum ius alterius perſonæ, inchoetur, & deindè ſucceſsiuè.

Decimò

8 Decimotertiò, principalis concluſio reſtringēda eſt, vt anni lapſus non noceat, quando controuerſia eſt inter duos, quorum vterque, ſe dominum aſſerit, & ad ſe emphyteuſim pertinere contendit. Eo enim caſu, propter ambiguum litis euentum, & incertitudinē, cui litigatorū victoriæ palmam, Fortuna deferat, emphyteuta, ſeu deſcendens vltimi poſſeſſoris, renouationis petitionē differre poterit, donec aliquis dominorum cōtendentium, obtinuerit, arg. tex. in c. ſi verò, de iure patr. vbi ſi duo patroni laici, ſuper præſentatione eccleſiæ litigauerint, neutrius præſentatio admittitur, ſed interim prælatus, idoneam perſonam inſtituit, quæ per vincentem approbabitur, tx. in l. ſi proluſorio, §. fin. ad fin. ff. de appell. ibi: *Quarè ijs, qui teſtamento libertates, vel legata, vel fideicōmiſſa accеperūt, ſaluæ ſunt actiones, ſiquas habuerint, perindè, ac ſi nihil eſſet iudicatum, & ideò, aduerſus eū, qui vicit permittimus eis agere.* Et ita tradit Iacob. de Ardizo, in tit. quib. mod. feud. amit. ſub rubr. ſi duo contendunt, de hæreditate, & in hanc partem inclinat Caſſan. in conſuet. Burg. rub. 3. §. 1. verbo, *le ſigneur du fied.* n. 26. Facit ꝙ notat Card. Alex. in c. 1. n. 1. quo tem. mi. vbi ſcripſit, quòd ſi duo domini contendūt de Baronia, vaſſallus poteſt differre, poſt annum petitionē inueſtituræ, dumodò intra annū offerat, ſe velle inueſtituram recipere ab eo, qui eſt verus dominus, & proteſtetur, quod per eum non ſtat: tradit Rebuf. 1. to. ad ll. Gall. tit. de liter. oblig. gloſ. 2. n. 8. Boerius, deciſ. 106. duo breuiter, poſt princ. verſi. & ſingulariter Cardinalis. Idem Boerius, in conſue. Bituricenſ. §. 13. gloſſ. vlt. ad fin. fol. 44. verbo, *Par ſon oppoſiciō.*

9 Alii opinantur, duobus contendentibus, quorum aliter poſsideat, ab eo petēdam fore renouationem, ſeu inueſtituram, poſſe etiam peti ab aduerſario, cum proteſtatione, ſaltem vt non præiudicet, ſi apparuerit per ſententiam, vel ex cauſa iudicati, rei emphyteuticę dominiū, ad illum nō pertinere, vel à cauſa, & iure ſuo cecidiſſe. Argu. l. fi. C. de petit. hæred. vbi quando eſt controuerſia, de hæreditate, legatarij poſſunt, agere contra hæredem ſcriptum, & conſequuntur, legatum præſtita cautione, vel poſſunt expectare litis euētum, & creditores agere poſſunt, contra poſſeſſorem, vel petitorem hæreditatis, cautione non præſtita: & quod perceperint à poſſeſſore, ſi poſtea poſſeſſor ſuccūbat deducet: ſi verò à petitore, & petitor ſuccumbat, repetet à poſſeſſore hęreditatis, tradit Præpoſitus, in c. 1. quo temp. miles, num. 13. probat etiam tex. in l. ordinata, ff. de liber. cauſ. & in l. prætor ait, in prin. ff. de dam. infecto, ibi: *Si controuerſia erit, dominus ſit, nec ne, qui cauebit, ſub exceptione ſatisdare iubebo,* ſuffragatur quod tradit Rota, deciſ. 853. incip Duobus, ſub Rub. de iudiciis, & cauſa poſſeſ. repetita in deciſ. Rotæ, de Biſigneto, q. 7. de iudiciis, vbi fuit concluſum, quòd duobus Abbatibus litigantibus ſuper Abbatia, creditores pro debitis monaſterii, ſeu prædeceſſoris, contra quemcunque pretendentem poſſe agere, etiam ſi deſierit poſsidere, qui prius fuit conuentus, in iudicio, ac proinde eſſe in electiōe creditoris, an proceſſum, cōtra primum poſſeſſorem conuētum, an verò contra eum, qui ab illo poſſeſſore, euicit poſſeſsionē poſſe proſequi, ea ratione quoniam ille primus, licèt nō poſsideat nūc, ex quo adhuc prætendit, ſe verum Abbatem, & habere ius in petitorio





rio, abbatiæ, ſeu monaſterij, conueniri poteſt, & reſpōdere tenetur, creditoribus, adeò, vt in electione ipſorum ſit lite pendēte ſuper monaſterio, inter eos, vtrūcunque velit conuenire, vel illum, vel poſsidentem, ſicuti contingit duobus contendentibus de hæreditate, & lite ſuper hæreditatis petitione, inter eos pendēte, creditores poſſunt agere, contra petitorem, vel poſſeſſorem hæreditatis, prout eis placuerit, per tex. in d. l. fin. C. de petit. hæred. iuncta glo. verbo, cautione, in fi. verſic. Itē per hoc. & rurſus, in §. ſin autem, d. l. fin. ibi. *Sin autem, ex contractibus defuncti agatur, contra poſſeſſorem hæreditatis, vel eius rei, de qua agitur, ſiquidem res ſint, vel depoſitæ, vel commodatæ, vel pignori datæ, vel aliæ, quæ extāt, nō differri ſub prætextu hæreditatis petitionis memoratū iudicium: quemadmodū ſi pro fœnerata pecunia, vel alia perſonali actione agatur, cōtra poßeſſorem vel petitorē, nō debet iudicium differri, ſed exitum ſuum accipere,* & ibi gloſſa verbo, petitorem, & probat, tex. in l. hæc autem ſatiſdatio, §. ſi duo. ff. ſicui pluſquam per leg. falcid. ibi. *Si duo ex teſtamento, hæreditatem inſolidū, ſibi vendicent fortè quòd eiuſdem nominis ſint, tam in poſſeſſorem, quàm in petitorem, competūt actiones, & creditoribus, & legatarijs,* facit tex. l. ſiquis ſeruum, 8. §. ſi inter duos. ff. de leg. 2. ibi. *Et duo eiuſdem nominis amici teſtatoris veniant, & legatum petant, & hæres ſoluere paratus ſit, deinde ambo defendere hæredem parati ſint, eligere debet hæres, cui ſoluat, vt ab eo defendatur.*

10 Ex quo elegāter Bald. in proœmio decretalium, num. 12. & in cap. ex tenore. nu. 10. de reſcript. inquit, quòd ſiquis eſt inueſtitus, de aliquo caſtro, à duobus tēpore ſchiſmatis, quorum vterque gerit, ſe pro Papa propter dubium excuſatur, & valet vtraque inueſtitura, & ſuſtinebitur poſtea illa, quæ fuit facta à vero Papa, quoniā ius inueſtiti, in altero de neceſsitate concluditur, vt notatur in leg. Iulianus, ff. de condictione indebiti, ſequitur Caſſaneus, in conſuetud. Burgundiæ, rubr. 3. num. 27. ſequitur prępoſitus, in cap. 1. quo tempo. miles, num. 13. verſi. & facit. confert, quod tradit Oldraldus, cōſil. 22. incipienti, ad quæſtionem, vbi agit, quando fuerunt electi duo imperatores, quorū vterque ſe pro imperatore gerit, & ſic eſt ſchiſma in imperio, & concludit neminem illorum, propter iuris ambiguitatem, quæ vtrunque impedire videtur, poſſe priuilegia concedere, l. duo ſunt Titii, ff. de teſtamen. tute. l. in tempus, §. quoties, ff. de hæredibus inſtitu. Alter enim, adminiſtrantium, per concurſum, alterius exercitium, & iuriſdictionem impedit, l. quoties. ff. de vſufruct. in 2. reſponſo, ibi: *Si verò, duo eiuſdem nominis fuerint, & ita ſcriptum fuerit, Titijs vſumfructum, alternis annis, do, lego, niſi conſenſerint, vter eorum prior vtatur, inuicem ſe impedient,* textus, in l. 2. §. fin. ad finem, ff. quibus mod. vſufruct. vel vſ. amitt. ibi: *Nam ſi concurrere volent, aut impedient, ſe inuicem propter voluntatem, aut ſi ea non refragabitur, ſingulorum annorum fructus vacabit.* Et cum vterque, de ſtatu ſuo dubitat, neuter executionem eorum, quæ aliàs poſſet, habet, l. de ſtatu. ff. de teſtamen. & l. 1. ff. de legat. 3. & in terminis, poſt Oldraldum, ſequitur, Baldus, in proœmio decretalium, Rex pacificus, num. 9. Caſſaneus, in conſuetud. Burgund. rub. 3. §. 1. verbo, *Le ſigneur du fied.* num. 28. ſubdit Bald. rationem, quoniam dare priuilegia conſiſtit in iure: ac proindè priuilegium illius valere,

qui poſtea ius habere declaratur, &
ſic ex poſt facto, quod pendet non
realiter, ſed declaratiuè, cum enim
duo ſint, ſcilicèt manifeſtatio, & ve-
ritas, quę rei efficaciam, abſque am-
biguitate tribuunt, ac detegunt,
vtique interim dum pẽdet ſchiſma,
nemo efficaciter priuilegiatus, in-
telligitur, opinatur tamen Baldus,
vſum poſſeſsionis, vtrunq; interim
habere, niſi priuilegia ſint contra-
ria, vel non apertè appareat, de al-
terius iniuſtitia, & intruſione. Vn-
dè, ſi pendente lite, inter duos ſu-
per emphyteuſis directo dominio,
vel feudo, alter poſſeſſori renoua-
tionem faciat, vel inueſtituram, cõ-
ſiderandus erit litis euentus, vt tunc
demum teneat, ſi renouans, vel in-
ueſtiens emphyteutam, vel vaſſallũ
vincat, ita Afflictus, in cap. ſi aliquis,
apud quem, vel quos controuer. feu
di definiatur, num. 6. cum ſeq. Sed &
geſta per eum, qui gerit ſe pro prin
cipe firma, & rata eſſe, & valere cõ-
probat Corneus, conſilio. 96. vol. 4.
idem tradit Raphael Cuman. conſi.
154. vbi vult, quòd ille, qui ſe gerit
pro principe, poteſt confiſcare bo-
na, & illa donare, & huiuſmodi do-
natio erit valida, ſi habebat tanquã
princeps, & geſta per eum erunt fir-
ma, etiam ſi nõ eſſet verus princeps,
ſequitur Paulus Pariſ. conſi. 1. num.
66. vol. 1.

11 Ex prædictis, elèganter infero,
pendente lite inter duos, ſuper di-
recto dominio emphyteuſis, vel
etiam ſuper hæreditate, in qua em-
phyteuſis cõtineatur, interim con-
trouerſia pendente, emphyteutam,
in iudicio debere offerre, & conſi-
gnare penſionem, vel differre ſolu-
tionem, paratus ſoluere ei, qui hæ-
res apparebit, nam quando conten-
tio eſt inter duos ſuper fundo, co-
lonus poteſt dicere, ſe vtriq; non da-
turum fructus, offerre tamen ſe da-
turum illi, qui obtinebit glo. & DD.
in l. litibus, in fi. & ibi Ioan. de Platea
verſi. vbi autem eſſet contẽtio inter
duos, & ibi Lucas de Pena, & Iacob.
Rebuf. in fi. verſi. vltimò ſecundum,
C. de agric. & cenſ. lib. 10. & Bald. in
l. Lutius. ff. famil. herciſcundę, tradit
Rebuff. 1. tomo. ad ll. Gall. tit. de lite.
obligat. art. 9. glo. 2. nu. 7. & Boer. in
cõſue. Bituricẽſ. §. 13. gl. vlt. & rurſus,
deciſ. 106. dico breuiter, in prin.

12 Infero ſecundò, quòd ſi duo li-
tigent, ſuper hęreditate Titii (in qua
ſit emphyteuſis) ſuper interdicto vti
poſsidetis, in quo quilibet, ſe hæredẽ
eſſe, & poſſeſſorem aſſerat, quòd em
phyteuta, ab eo renouationem pe-
tere debet, qui bona defuncti poſsi-
det, & conſequenter pro debito, in
illum fiet executio, quia hæres eſt
cum effectu, l. ſi filius familias, §. 1. ff.
de tribut. qui licèt ſuccumbat, tamẽ
de hoc nõ tenetur, quia erat æs alie-
num, quod imprimis ex hæreditate
detrahendum eſt, l. Papinianus. §.
quarta, ff. de inoff. teſt. tradit Rebuf.
1. to. ad ll. Gall. tit. de lite. oblig. art. 9.
gl. 2. n. 4. Quòd ſi neuter litigãtium
poſsideat ab eo vr̃ petenda renoua-
tio, qui aduerſus alterũ defẽſionẽ ſuſ
cipere paratus eſt, allego ad id tex.
elegantẽ, in l. 1. §. apud Iulianũ, ff. de
poſiti. vbi apud Iulianũ I. C. non diſ-
ſimilis facti ſpecies relata eſt. Ait
enim, ſi depoſitor deceſſerit, & duo
exiſtant, qui inter ſe cõtendãt, vnuſ-
quiſq; ſolũ ſe hęredẽ dicẽs, ei traden-
dã rẽ, qui paratus eſt aduerſus alterũ
reũ defendere, hoc eſt eũ, qui depo-
ſitũ ſuſcepit. Quòd ſi neuter hoc onꝰ
ſuſcipiat, cõmodiſsimè dici ait, non
cogẽdũ eſſe à p̃tore iudiciũ ſuſcipe,
oportere tñ rẽ deponi in ędem ali-
quã, donec de hęreditate iudicetur.





Quòd ſi penes duos poſſeſſores, res
emphyteutica ſit pro indiuiſo, ab v-
troque petendam renouationem,
probabilius eſſe videtur, argu. tex.
in l. 1. §. ſi apud, ff. depoſiti. ibi: *Si
apud duos ſit depoſita res, aduerſus vnun-
quemque eorum, agi poterit, nec libera-
bitur alter, ſi cum altero agatur. Non
enim electione, ſed ſolutione liberan-
tur.*

13 Sed in propoſita quæſtione re-
nouationis, remotis opinionũ con-
trouerſijs, pendente lite, inter duos
contendentes de dominio, ſeu poſ-
ſeſsione, rei emphyteuticæ, tempus
petendæ renouationis præfixum nõ
currere probabilius eſt, & veriꝰ, neq;
ipſum emphyteutam, interim ad-
ſtringi ad petẽdam renouationem,
donec quęſtio excitata, per ſenten-
tiam ſopiatur, ꝑ tex. in l. quandiu, C.
qui admitti. vbi, ei qui certus nõ eſt,
an ex teſtamẽto, an abinteſtato bo-
norũ poſſeſsio deferatur, vel ex quo
capite ſuccedere debeat, non currit
tẽpus, bonorum poſſeſsionis, agno-
ſcendæ: ibi. *Ne tibi tempus agnoſcendæ
bonorum poſſeſsionis præfinitum cedat, ſu-
perſtitioſam geris ſollicitudinem.* Per quẽ
tex. omnes, propemodum conſue-
tudinũ Franciæ gloſſemmatarij, re-
ſoluunt, orta inter emptorem, &
venditorem cõtrouerſia, ſuper tra-
ditione rei venditæ, vel aliter
oppugnata venditione, annale tem-
pus ex cõſuetudine retractui indul-
tum, vel aliud breuius, cõſanguineo
non currere, quoniam non dicitur
ſcire alienatam rem fuiſſe, ante exi-
tum litis, arg. d. l. quãdiu, quod inſpe
cie voluit, Iacob. de Rauena, in l. cõ-
tra maiores, & ibi Petrus de Bella-
pertica. verſi. dicit hic Cynus, & ibi
Bald. num. 4. & Salyce. ad fi. C. de in-
off. teſtam. idẽ Bal. in tract. prothomi
ſêos. col. 5. verſic. pone quòd Titius
num. 14. Collectarius in cap. conſti-
tutus, verſic. & vt perfectius, de in
integ. reſtit. Maſſuerius in praxi, tit.
de retractu, verſi. item pone emptor
agit. Guido Papæ, deciſ. 257. caue-
tur de conſuetudine. Tiraq. de re-
tract. lignag. §. 1. glo. 10. n. 36. & facit
quod tradunt Hoſtienſ. Ioan. Andr.
& Abb. in cap. quoniã, de iure patr.
vbi firmant, quòd pendente lite ſu-
per poteſtate eligendi tempus præ-
fixum electioni faciendæ nõ currit,
quanquam ſecus ſit, ſi lis penderet,
ſuꝑ iurepatronatꝰ, ꝑ tx. d. c. quoniã,
& rurſum, in c. eam te, & c. cum pro-
pter eo. tit. quòd tamẽ ſpeciali qua-
dam ratiòne procedit vt not. omnes
in d. c. quoniam, quare ius cõmune
in cæteris caſibus, conuincitur eſſe
in contrarium l. ius ſingulare. ff. de
legibus.

14 Poſtremò, facit in confirma-
tionem, tx. in cap. commiſſa & ibi
glo. verbo pacificam, & DD. de ele-
ctio. lib. 6. vbi tempus anni ad pro-
motionem ordinis ſacerdotalis, ei
qui beneficium curatum obtinuit,
præſtitutum, non currit, quandiu
lis, ſuper huiuſmodi beneficio mo-
ta, pendet. Sic etiam ſi controuer-
ſia ſit inter hæredes ſcriptos, & ve-
nientes ab inteſtato, de verbis teſta
menti, tempus executionis ipſius
teſtamenti, interim nõ currit, vt per
Ferrar. tit. de forma libel. quo agi-
tur, ad reddendam rationem tutelæ,
verbo, ac executores, verſic. vlte-
rius quæritur. Sic etiam pendente
quæſtione nullitatis, teſtamenti, nõ
currit tempus querellæ textus d. l.
contra maiores. Per quem textum
Iacobus de Aretio, Cyn. Alberic.
Caſtren. & alij reſoluunt, pendente
quæſtione nullitatis ſententiæ, ap-
pellandi tempus non currere, quod
voluerũt Cyn. Bart. Albe. d. l. quãdiu

& Bal.in l.qui teſtamento,per illum tex.ff.de excuſat.tuto. Bartol.in l. ſi expreſsim, verſi.circa.3.ff.de appell. & in l.1.C.quando prouo.nõ eſt neceſs. Angelus, in l. Paulus,§.1. ff. de vſur. Cuma. conſil.36. proponitur, Hyppolytus Marſil. ſingul.152. ſuccumbens.

15 Ex quibus cõcludo, lapſum anni emphyteutæ, ſeu vaſſallo, minimè auferre renouatiõis, ſeu inueſtituræ beneficiũ, qñ dñii, & ꝓprietaris quæſtio, vel etiã poſſeſsionis, inter duos quorũ vterq; ad ſe inſolidũ, pertinere contendit, agitatur. Quã ratione, idẽ quoq; admittendũ eſt, in emphyteuta, ſeu vaſſallo, qui non exiſtũt in mora petẽdi renouationẽ, ſeu inueſtiturã, quãdiu emphyteuſis, vel feudi, quæ ab alio occupata ſunt, cõtrouerſiã patiuntur. Quod in feudo ſpecialiter voluerunt Guilel.de Cugno Bal.Saly. & Fulg.&Caſtr.in l. ſolẽnibus, C.de rei vind.idẽ Bal.Iacob. Aluaro. & Cardin.Alex.in c.1. quæ fuit pri.cau.benef.amit. per d. l. quãdiu, C.qui admitti. Mart.Laud. in c.1. ad fi.quib.mo.feu.amit. Iſerni. in c.1. in prin.de capi.Cõra. Ancharr. conſil. 174.dñs, ad fi. Guido Papæ, deciſ.165. ſed iuxta, Steph. Bertran.cõſ.104. n. 6.vol.1.Alber.Bru.conſ.38.viſis, col. 2.verſi.nec obſtat.Curt.Iun.in tract. feud.4.p.n.53.ſub rub. ex quib.cauſ. feudũ amit. qui auctores mouẽtur ꝑ d.l.quãdiu. Cuius argumẽto etiã Panor.conſi.94.in quæſtione hæredũ, verſi.non obſtat ſecundò, vol.2. rñdet emphyteutam, non eſſe in mora ſoluendi canonẽ, quandiu tertius ei de re emphyteutica, quæſtionem mouet nec poteſt illius poſſeſsionẽ aſſequi.

16 Decimoquartò, limitanda eſt principalis concluſio, vt anni lapſus non tollat renouationis beneficiũ, quando capitales inimicitiæ, inter dñm, & emphyteutã, vel vltimi poſſeſſoris, hæredẽ interceſſiſſent. Tũc enim licèt renouatiõis, petitio omittatur, excuſatur agnatus, ita reſoluit Caſſan.in conſuet.Burg.rubr.3. §.1. n.8.verbo, *Ou ala perſone*, & Prępoſitus, in c.1.quo tẽmp.mil.nu.12. verſi. quæro ſi vaſſallus, vbi cõcludit propter inimicitias, etiã procuratorem ad petendã inueſtiturã mittere, non adſtringi, & Iacoby. de feud. verbo, qui quidẽ inueſtiti, col.13.verſ.tertia eſt cauſa:& eſt tx.de hoc, in c.1. quo temp.mil.ibi: *Niſi iuſta cauſa interuenerit, quarè non petierit, veluti mortis, vel capitales inimicitiæ.* Hoc tñ quidã admittunt, ac reſtringũt, niſi emphyteuta, ſeu vaſſallus inimicitiis cauſam præſtiterit, & ſic fuerit in culpa, arg. eorũ, quæ tradit Bar.in l.cum tabulis,§. quoniam, ff.de his quib. vt indig. vbi tradit inimicitias eſſe conſyderãdas, reſpectu illius, qui eſt in culpa.

Quãobrèm, inimicitia affectata, non prodeſt ex traditis per Bar.cõſ. 56.In Chriſti nomine, & quidẽ viſo proceſſu, vol.1.vbi inquit ꝙ ſiquis ꝑcutiat teſtẽ, vel ei alapã impingat, vt eum ratiõe inimicitiæ à teſtimonio repellat, & quaſi inimicũ reprobet, nihil agit, cum ſit in culpa, & illa inimicitia ſit affectata, vñ hoc nõ iuuat, ſicuti nec cauſa, quælibet affectata, vt latè probat Fely.in c vlt. de teſtib.

17 Ideoq; cum inimicitia, hoc caſu ad hũc finẽ fuerit ꝓcurata, vt ex eo teſtis repelleretur, malicia non prodeſt, quod probat tx.elegãs, in l.1. §. cum quis, ff. de quæſtio. ibi: *Cum quis latrones tradiderit, quibuſdam reſcriptis, continetur non debere fidem haberi eis, in eos, qui eos tradiderunt. Quibuſdam verò, quæ ſunt planiora, hoc cauetur, vt neque in diſtrictibus hoc habeatur, vt in cæterorum perſona debet, ſed cauſa cognita æſtimetur, habenda fides ſit, nec ne. Pleriq; enim dum metuunt ne fortè, apprehenſi eos nominent, prodere eos ſolent, ſcilicèt impunitatem ſibi captantes, quia nõ facilè eis indicantibus proditores ſuos, creditur. Sed neque paßim impunitas eis, per huiuſmodi proditiones concedenda eſt, neque tranſmittenda eſt allegatio, dicẽtium idcirco ſe oneratos, quòd eos ipſi tradidiſſent. Nec enim inualidum argumentum haberi debet, mendacij, ſiue calumniæ inſtructæ*, vbi notat Bart.per illum tx.n.1. quod inimicitia ſuperueniens, facto eius, contra quem producitur teſtis, nõ repellit teſtem omnino, ſed hoc iudici committitur, idẽ tradit Bar.d.l.1.§. ſi ſeruus, quãdo quis accuſat aliquem, ad finẽ, vt ſi poſtea producatur in teſtẽ, tanquàm inimicus repellatur, quoniam talis cautela non prodeſt: idẽ tenet Bal.in auth.ſi dicatur, col.pen. C.de teſtib. & in l.ſed, & ſiquis, §. illud.ff. ſiquis cautio, & Iaſo, in l. ſi filiam tuam. C.de inoff.teſta.n.3.vbi refellit Bartoli ſententiã, d.l.cum tabulis, §.quoniã, plus addens, vtentẽ huiuſmodi malitia, debere cauſam perdere, tanquã iura partis, & probationes ſubtrahentem, vt in terminis obſeruat Cyn. poſt Rich. Malumb. in l.prouidendum, & ibi Pau.Caſtr. C.de poſtul.per tx. in cap. conſtitutus, de teſtib. & in c. ꝑuenit, de teſt. cogẽ. Ange.in l.ſatis apertiſsimè, C. de falſ.gl.not.in c.cum cauſam, quæ verſi.cõpellas, & ibi Anto.de Butrio ad fi.de teſt. & hãc traditionẽ, in ſpecie ſcripſit Bar. Veronẽſ. cautela.17.

18 Facit in cõfirmationẽ, nam nec impedimentũ adſcitũ, & affectatũ, prodeſt, cui impeditus, ipſe cauſam præſtitit.l.2.§.vlt.ff.ſiquis cautio.l.3. §.ſubuenitur, ff.ad Senatus conſultũ Sillan. & voluerunt Speculator, & Ioann. Andr. loquentes de citato, qui ſe procurauit, in vinculis detineri, tit.de citatione.§.1.verſic. item quod carceratus detentus. Sic etiam abſentia affectata, reipublicæ cauſa, tex.in l.& qui data.ff.ex quibus cau. maior.cum aliis adductis per Tiraq. de retr.lign.§.35.glo.4. num. 28. Sic etiam ignorantia affectata, non excuſat, nam ſecũdum Ariſtotelis ſententiã, lib.3.Æthicorum, cap.1. *Ignorantia, quam volens aliquis accerſit, nõ excuſat, ſed eſt nequitia.* Qamobrẽ, in caſibus, in quibus ignorãti, tempus nõ currit, aut ſi currat, reſtitutio cõpetit, ita temperandum eſt, ſi modò ignorantia nõ procedat ex dolo, & facto ipſius, qui pręrendit ignorantiã, tex.in l.1.§.1.ff.de actio.empt.ibi: *Si quid egit emptor, ne cognoſceret, aliquam ſeruitutem deberi, &c.* nam ignorantia affectata, pro ſcientia habetur, l. qui contra, ibi: *Errore affectato*, C. de inceſt.nupt.vbi Bal.notat.tx.in c.cum inhibitio.§.ſiquis verò, ibi: *Affectatores ignorantiæ*, de clandeſt. deſponſ.& c.2 ibi: *Affectata ignorantia*, de tẽp.ord. lib.6.glo.in Clem.1.verbo, ſcienter, de cõſang.& affi.gl.in c.vlt.§.vt autẽ, verbo, ſciẽter, de of.deleg.lib.6.gl.in c.ad falſariorũ, in prin.de crim.falſi, Bal.in l.quicunq;, verſ.item facit, C. de ſeruis fugi.& Lucas de Pena, in l. generali, col.2. C. de tabul.lib.10. & plura allegat additio Pomatis, ad Bar.in l.1.§.cum quis, ff.de quęſtio.

19 Ego tñ, in propoſita quęſtione, eã conſyderationẽ, adhibendã fore cẽſeo, vt ſiquidem emphyteuta inimicitiã affectauerit, & ex induſtria ꝓcurauerit, ſecundũ prædictã reſolutionẽ, anni lapſus noceat emphyteutæ: ſin autem ſimpliciter facto, & culpa emphyteutę, vel etiã domini, inimicitia procedat, emphyteutam excuſari, probabilius ſit, per tx. in l.4.ff.de adim.leg. verbo, *Pœniteat teſtatorẽ prioris offenſæ*, vbi legatũ factũ

alicui, propter inimicitiam, teſtatoris culpa, prouenientem, reuocatur. probat etiam tex. in l. ex parte, ff. de adim. leg. vbi Papinianus: *Ex parte (inquit) hæres inſtitutus, etiam legatum acceperat, cum teſtator, inimicitiis grauiſsimis perſecutus, cum teſtamentum aliud facere inſtituiſſet, nec perficere potuiſſet, præteriit. Hæreditariæ quidem actiones ei non denegabuntur, ſed legatum ſi petat, exceptione doli mali ſubmouebitur.* Ecce igitur ibi tex. vbi inimicitię culpa teſtatoris proceſſerunt, vt idem Bartol. obſeruat, ad fin. & ideo legatum reuocatur, quod ita aduertit in propoſito Iaſo. in l. ſi filiam, nu. 1. C. de inoff. teſta. idem Iaſo, in l. hæreditas, col 2. C. de his quibus, vt indignis. Facit quod tradit Felyn. in cap. 1. col. 1. de iudiciis, & tradit expreſſè Iaſonem ſecutus Caſſan. in cõſue. Burg. rub. 3. §. 1. verbo, *Ou a la perſone*. n. 9.

20 Pari quoque ratione, licèt quis fuerit cauſa inimicitiarũ contra teſtem, vel alium, poterit tamen tales inimicitias opponere, & allegare glo. notab. in l. Athletæ. §. dat remiſſionem, verbo, facta. ff. de excuſatio. tut. quã Bal. ibi obſeruat, aſſerẽs alibi non reperiri, ꝙ obtinet etiã ſi cauſa inimicitiæ profluxerit ab eo, contra quem teſtis deponit, quod quidẽ ſatis non eſt, vt teſtis nõ repellatur, tanquàm inimicus, idem notat Antonius de Butrio, in cap. veniens, 2. de Sponſal. vbi idem, quod in teſte aſſerit, in iudice, & arbitro admittendum fore ait, idem tenet Alber. in l. pen. in princ. ff. ſol. matr. & Alexan. conſ. 99. in cauſa inquiſitionis, vol. 1.

21 In propoſita autem ſpecie, quæ dicantur capitales inimicitię, iudicis arbitrio relinquitur, vt reſoluit Grãmati. conſ. 57. nu. 9. & ante eum Bal. in auth. ſi dicatur. C. de teſtib. Caſſaneus, in conſuet. Burg. rub. 3. §. 1. nu. 11. verbo, *Ou a la perſone*, Menochius, de arbr. iudi. quęſt. lib. 2. cent. 2. caſu 110. nu. 3. Quæ autem illę ſint, declarat glo. in l. licèt, verbo, capitales, de arbitr. tex. in c. accedens, & ibi Panor. vt lite non conteſt. glo. in cap. per tuas, de ſymo. & in §. ſi verò quis dicat odioſum, in auth. de teſti. coll. 7. per quem tex. Menoch. d. caſu. 110. n. 7. aſſerit cauſam capitalẽ, parere inimicitiam dignam, qua teſtis, ſuſpectus habeatur, ꝙ ante ipſum tradit Ange. & Imola. in l. is qui reus, ff. de publ. iudi. & notabiter Bar. in l. 3. §. fi. de adim. lega. vbi inter inimicitias capitales, & grauiſsimas, differẽtiã conſtituit, & inimicitiã capitalẽ, ex eo inſurgere opinatur, veluti ſiqs conſanguineũ aduerſarii interemit, vel in cauſa criminali accuſauit, vel mortẽ illaturum cõminatus eſt.

22 Quin imò etiã, ex iniuriis verbalibus, oriri inimicitiã capitalẽ, tradit Bal. in c. veniens, ad fi. de iureiur. & Iaſo, in l. procuratoribus. C. de proc. ſequitur Caſſa. in conſuet. Burg. rub. 3. §. 1. gl. fi. n. 12. Grauiſsimã verò inimicitiam eſſe Bar. d. loco exiſtimat, quæ oritur ex ciuilibus quęſtionib9, oĩum bonorũ, vel qñ atrox iniuria, alicui infertur, Bal. in l. parẽtes, C. de teſtib. qui docuit pecuniariã cauſam arduã, capitali æquiparari, quæ ſanè ardua cauſa tũc iudicatur, cũ de vniuerſa ſubſtãtia, controuerſia excitatur, ita rñdit Anchar. conſ. 26. & Barbat. cõſ. 3. & cõſ. 16. vol. 2. Et capitalẽ inimicitã, ſatis ex eo ꝓbari, ꝙ de oĩbus bonis lis eſt, egregiè affirmauit poſt Alex. Roman. Curt. Anan. Craueta, conſ. 31. n. 3. verſi. & in terminis, & conſ. 75. n. 1. ſic Grãma. deciſ. 28. n. 5. Menoch. de arbitr. iudic. qq. lib. 2. centur. 2. caſu 110. num. 4. & 5. & rurſus, eodem lib. 2. centur. 3. caſu. 239. num. 11.

In



23 In propoſita autem ſpecie, hæc excuſatio inimicitiæ, per totum tẽpus à lege conceſſum, ad petendam inueſtituram durabit, quo elapſo, adhuc tantundem temporis, ei indulgetur, ꝙ ſi & hoc elabatur, nec aut eat ad dominum, aut ad id procuratorem mittat, minimè excuſabitur, iuxta tradita in auth. ei qui, C. de temp. appel. & per Pariſium, cõſ. 1. n. 56. vol. 1. Aliter, ſi perpetuæ forent inimicitiæ, in graue domini detrimentum, recognitio ſuperioris dominii, quæ ex renouatione, & inueſtitura reſultat, auferretur, & ipſi9 renouationis emolumẽtum, omnino excluderetur: quod minimè admittendum eſt, vt tenent Aluarot. & Card. Alexan. in d. c. 1. quo temp. mi. & ibi Præpoſ. poſt n. 15. & Affl. n. 58. Caſſan. in conſuet. Burg. rubr. 3. §. 1. gl. fi. n. 17. verſi. vlterius. Quòd ſi pendenti primo tempore anni, inimicitiæ ſopiantur, & odia conquieſcant, reſiduum temporis, ad anni vtilis complementum, minimè cõputandum eſt, ſed ex integro totum tempus inſtaurabitur: quoniã illud ceſſante impedimẽto, currere incipit, arg. tex. in l. quod tempore. C. de reſtit. milit. vbi ſiquid tẽpore militię, de bonis alicuius poſſeſſũ eſt, ab aliquo, poſteaquàm is reipublicę cauſa abeſſe deſiit, intra annum vtilem, amota præſcriptione temporis medii, poſſeſsionem vindicare permiſſum eſt, adeò vt vlterius ius poſſeſſoris lædere, contra vendicantem inſtitutum, non oporteat. Quod ſi elapſo anno, vtili renouatio, ſeu inueſtitura non petatur, aditus ad petendã renouationem, omnino præcludetur, argu. tex. in cap. ſi minori, ſi de feudo fuer. contentio. inter domi. & agn. vaſſ.

24 An autem minę domini excuſent emphyteutam, vide Caſſan. vbi ſup. n. 14. & Præpoſ. in c. 1. quo temp. mil. poſt n. 15. Limitanda tamen eſt, ſuperior reſolutio, quòd licèt ſit grauis inimicitia, & capitalis inter dominum & vaſſallum, ſi tamen ita potens vaſſallus eſſet, quòd ſecurè, & citra metum, & abſq; iniuriæ timore, dñm adire poſſet, tũc eo caſu, annalis temporis lapſus excuſatio, minimè admittenda eſt arg. eorum, quæ not. in c. bonę, de elect. & ita reſtringit Gozad. conſi. 71. in cauſa dñi Symonis, n. 8. verſi. item ſi eſſet, & ante eum Bal. in c. 1. §. 1. n. 1. quo tem. mi.

25 Vltimò, pro declaratione prædictorum aduerto, non ſufficere renouationẽ emphyteuſis, intra annũ peti, niſi etiam reintegra petatur, ideſt, anteq̃; alteri ꝑ dñm fiat renouatio, ſeu conceſsio, ſi enim iam alteri per dñm eſſet facta, ceſſat renouationis beneficiũ: quã opĩonẽ ſecurè tenuit Roma. cõſ. 70. viſis themate, col. 2. quã ſequitur Corſet. in Addit. ad Abb. in c. bonæ, de poſtu. pręl. limit. 5. ſeqr̃ Affl. deciſ. 392. n. 20. Firmans idẽ voluiſſe Alex. conſ. 10. vol. 3. in fi. vbi Alex. Romanũ ſeqr̃: idẽ Alex. conſ. 83. n. 4. vol. 7. & in l. ſi mihi & Titio, n. 20. ff. de verbo. obl. Afflict. lib. 1. conſtit. rub. 89. in fi. fol. 191. Præpoſ. in c. 1. poſt nu. 3. verſi. item tertiò, quemadmo. feud. ad fil. perti. Romanum citat Decius, conſil. 131. col. antepen. ad finem, verſi. ſimiliter iſti nepotes: ſequitur Gozadinus conſ. 39. nu. 23. & conſil. 71. col. 1. vbi dicit communem Curtius Senior, conſil. 47. aliàs. 48. num. 15. col. 4. verſic. & præmiſſa procedunt, & verſic. adde quòd Romanus, Bertachynus, verbo, emphyteuſis finita, verſic. item verùm, Curtius, de feudis, 2. parte, quæſtione. 15. refert Paulus Pariſius, conſil. 28. num. 3.

G 4 vol.

vol.1. Ruinus, conſil.5. in fi. volu.1. & conſi.25. col.2. vol.2. Fulgoſ. conſi.9. Abbas monaſterij, Franciſ. Zoanettus, lib. rerum quotidianarum, cap. 62. nu.6. vbi Romanum ſequitur, & Anton. Gabriel lib.2. recept. ſenten. rubr. de iure emphyt. concl.1. n.20.

26 Huius ſententiæ, ea ratio eſſe poteſt, quoniam finita emphyteuſi, ipſo facto, vtile dominium, directo conſolidatur, & conſequenter facta à domino cōceſsio tenet, nec ſucceſſor prætendens renouationem, aduerſus de nouo inueſtitū, agere poteſt, quoniam ius petendæ renouationis reale non eſt, ꝙ poſsit, etiā ſi adſit, pactū de renouādo, cōceſsiōis alteri factæ effectū impedire. Illud enim pactum, ſolam contra dominum, perſonalem actionem pręſtat, ac parit, ita Ruinus, conſi. 168. nu. 8. vol.1. idem tenet Iaſo, in l. manumiſſiones, ff. de iuſt. & iure, num.9. vbi poſt Angel. conſi.184. dubio vlt. aliàs eſt.131. firmat eo caſu, quo in contractu dn̄s promiſit, renouare, extraneum de nouo inueſtitum, eſſe præferendum, ex prędicta ratione, quoniam illud pactum ſolam perſonalē contra dominum obligationem parit, nec impedit conceſsionem extraneo factam, & dicit quòd Angelū ſequitur, & Alex. conſi.68. vol.1. quē tamen reperies, conſ.165. nu.7. vol.2. vbi Angelum, ſolùm refert ad id quod firmat, poſſe apponi pactum de renouando, de quo ibi, non verò agit de prælatione extranei. Cum igitur in eo caſu, quo adeſt pactum expreſsū, de renouādo, præferatur extraneus, cui dominus conceſsit, conſequens eſt in caſu noſtro, idem fore dicendum, cum ad id expreſsè dominus ſe non obligauerit. Quarè, non deſunt auctores, qui ad renouationem, eum non teneri firment, vt tentauit Roman. d. conſ.70. quatenus primo loco reſpondit, Bartoli opinionē eſſe falſam, de quo Decius, conſi.328. col.1. verſi Quibus tamen non obſtantibus. Concludendum ergo videtur, reintegra renouationem petendam fore, aliàs petentem non eſſe audiendum.

27 Pro hac ſententia, allegat Roman. tex. in cap.1. de nat. feudi, vbi inueſtitus, non debet abſque culpa priuari, & diſueſtiri: ergo is, quem dominus inueſtiuit, præferri debet, Quę tamen ratio, nō multùm vrget, quoniā ille tex. non loquitur in hoc caſu, quando alii, circa inueſtituram erat ius quæſitum. Aliud enim eſt quęrere, an inueſtitus ſine culpa poſſit priuari: Aliud verò, an in fraudē, & præiudicium agnatorum, quibus erat, concedendum, poſsint emphyteuſis, vel feudum extraneo concedi, & videtur in hoc caſu cōtra Romanum dicendum fore, quòd non, ſaltem intra annum, nec ille tex. quē Romanus adducit, contrarium probat.

28 Poteſt etiam, ad prædictæ concluſionis confirmationem, adduci text. in l.2. & in l. congruit, & l. ſeq. C. de locatio. prædio. ciuil. lib.11. & tx. in c.1. de locato. vbi in ſimili illud priuilegium prelationis, conceſſum illis colonis, & perſonis, locum habet, reintegra exiſtente. Tùm etiam quoniam tale priuilegium, de ęquitate conceditur, contra regulas iuris, de quibus in l. necui, C. locati, quarè merito eſt reſtringendum, & non ampliandum argum. cap. dilectus, de conſuet. & l. ſi quando, C. de inoff. teſtam. Tùm etiam, quia multa impediunt fieri, quæ iam facta tenent, vt in l. patre furioſo, ff. de his, qui ſunt ſui, vel alien. iur. prout etiā aliàs admittitur, illa diſtinctio, an res



ſit integra, nec ne, vt in l. & quia, §.1. ff. de iuriſdict. omn. iud. Adducitur etiam per Alexand. d. conſi.10. vol.3. tex. in cap. quamuis, de reſcr. lib.6. vbi ſi reſtituatur, quis ad gratiam reuocatam, ſine alterius præiudicio, intelligitur reſtitutus, vndè alteri, ante reſtitutionem impetranti, pręferri non debet, & tradunt Barto. & alii, in l. Gallus, §. & quid ſi tantùm, ad fi. ff. de liber. & poſth. Quemadmodum igitur reſtitutus, per principem, non recuperat bona, in aliū tranſlata, ſic etiam in caſu noſtro petens renouationem, eam debet petere reintegra, quandiu emphyteuſis eſt vacans, & alteri non conceſſa. Quod tamen, argumentum mihi nō placet, quoniam reſtitutus, ex eo nō recuperat bona, in alium tranſlata, & ſic iam non vacantia, quia tēpore quo fuerunt in alium tranſlata, ipſe ad illa nullum ius, aut actionem habebat. Ideoq; nimirum, ſi liberè potuerunt in extraneum transferri. At in caſu noſtro, ſi emphyteuſis intra annū extraneo cōcedatur, eo tēpore cōceditur, quo agnatus ad eā ius habebat, ergo termini nō ſunt pares.

Pro hac etiam opinione poteſt, & ſubtiliùs argumētari, ſi conſyderemus textum, in §. permittitur, & alia iura, quibus Bartolus nititur, loqui in eo, qui poſsidebat rē emphyteuticam, & iure retentionis renouationē petebat, cum dominus extraneo, concedere volebat. Hoc enim caſu exuberat iudicis officiū, quia faciliùs conceditur retentio, quàm actio, l. reſtat, de compenſat. & videtur probare tex. in d. l.2. & l. congruit, & l. ſeq. vbi illud priuilegium, illis colonis reintegra exiſtēte, & iure retentionis conceſſum videtur. Ergo extra illum caſum, extendi Bartoli ſententia, non debet cum procedat ex æquitate, vt ſup.

29 Cœterùm, prædictis nō obſtātibus ea Romani, & ſequacium opinio, mihi minimè vera videtur, & ideo contrariam ſententiam, imò quòd bartoli opinio, etiam re non integra, & ſic poſt conceſsionem alteri factam, locum ſibi vendicet, tenet Alex. in l. ſi mihi, & Titio. verſi. tamen in contrarium. ff. de verbor. oblig vbi pro ea adduxit tex. in cap.1. §. Titius filios, ſi de feud. content. ſit inter domi. & agn. vaſſ. & reſpondet ad tex. in cap.1. de natura feudi, allegatum per Romanum, quòd nō loquitur in caſu, quo alii erat faciēda renouatio, & idem tenet Alexan. conſi.83. vol.7. Franc. Curt. con. ſ47. verſi. & præmiſſa procedunt, & verſ. quamuis iſtā limitationem, & ita tenet & ſentit Bertach. verbo. emphyteuſis finita, & eam nouiſsimè probat Ioann. Crotus, d. l. ſi mihi & Titio, ad fin. & Gozadi. conſi.86. n.24. Pariſ. conſi.28. num.4. vol.1. Stringit pro hac ſententia fortis ratio, nam huiuſmodi ius competens, hæredibus, vel deſcendentibus, petentibus renouationem, eſt hæreditarium, vt firmāt, gloſ. Bart. & Angelus. in l.1. §. permittitur, ff. de aq. quotid. & æſt. Alex. d. conſi.10. col. pen. & Anchar. conſi.134. plenè & ſubtiliter, in fine. cum aliis cumulatis per Deciū, cōſi.78. licèt in caſu, col.1. & 2. & d. conſ.131. col.3. & 4. Vndè, cum tale ius ſit acquiſitū ipſis hęredibus, illis omni caſu, & tempore debet competere, ſiue res ſit integra, ſiue non, cū in vtroq; caſu, grauis iniuria ipſis fieri dicatur: & vigeāt rationes, quib⁹ tale ius eis fuit cōceſſum. Aliter huiuſmodi ius de facili eluderetur, & maxima fraus reſultare poſset. Nā dominus directus, ſuo arbitrio celeriter, & properanter, poſſet alteri cōcedere,

cedere emphyteuſim,& eo prætextu eludere prædictos hæredes:quod iuri minimè conſentaneum eſt,cap. ſi ciuitas,& cap.ſi ſententia, de ſent. excom.in 6.& cap.5.de priuil.& per Abb.in cap.quæ in eccleſiarum, de conſtit.ad fin. verſi.limita tamen,& Decium,d.conſil.131.col. 4. verſic.& certè.

30 Facit etiam, nam cum tale ius fuerit,acquiſitum hæredibus, dominus directus, tenetur ipſis renouationem facere: quarè ſi aliis faciat, illa pro non facta habēda eſt,ex quo proceſsit ab eo,qui eam faciēdi extraneis,in præiudicium hæredū poteſtatem nō habebat,cap. quod autē in fine,de iure patron.ibi: *Nihil agi videtur, quia pro non dato habetur, quod ab illo datur, qui non poteſt de iure donare,* cap. Diabertum.1.q.7.& l.traditio,ff. de acq.rerum dom.

Ex quibus tollitur argumentum deſumptum ex tex.in cap.1.de natura feudi, quo præcipuè Romanus, ſuam adſtruebat opinionem. Cōtra quam facit tex. in l.fin. C. de locat. prædio ciuil.lib.11.ibi: *Apertè enim definimus, hoc edicto, vt à perpetuario nunquam poſſeſsio transferatur, etiam ſi alteri eam imperator, vel exoratus, vel ſponte donauerit, ſiue adnotatione, ſiue pragmatica,* & paulò inferius,ſubdit Imperator, *Iure igitur perpetuò publici contractus firmitate, perpetuarius ſecurus ſit, & intelligat neque à ſe, nec à poſteris ſuis, vel his, ad quos ea res, vel ſucceſsione, vel donatione, ſiue venditione, vel quolibet titulo, peruenerit, eſſe retrahendam.* Qui tex.apertè probat, illud priuilegium, colonis conceſſum, locum ſibi vendicare, etiam re non integra,dum eos iubet perpetua publici contractus firmitate, eſſe ſecuros,& ita ibi ſentit Ioānes de Platea,col.2.verſ. nota quòd princeps,& in verſi.nota ex iſto, aſſerens actum,& conceſsionem, factam ibi aliis perſonis,remanere inualidam,licèt faciens contra legem, adhùc incidat in pœnā, & allegat Bart.Quarè in propoſita quęſtione, eodem modo conceſsio aliis perſonis,quàm hæredibus facta, eſt prorſus inualida, nec iure ſubſiſtit, ita Paulus Pariſ.d.conſi.28.num.6. vol. 1. Quarè ſi contraria opinio,vera eſſet, & admittenda, prout Romanus perperàm opinabatur, ꝑfectò inanis,& abſque effectu, & eluſoria remaneret,communis, &recepta Bartoli ſententia,de qua in d.§.permittitur,quam vniuerſa ſcribentiū ſchola ſequitur. Fruſtra item darētur induciæ vnius anni, ad petendam renouationem, ſi propter acceleratā, imò præcipitatam, domini directi conceſsionem alij factam, hæredi vltimi poſſeſſoris,vel deſcendenti cui renouationis ius competit, beneficium à lege indultum auferretur. Quòd ſi Romani ſententia vera eſt, vbi obſecro,illa neceſsitas, quæ dominum ad renouandum adſtringit, deliteſcit? vbi illa coactio? vbi appellationis ſupremum remedium, aduerſus domini contumaciam,renouationem facere recuſantis? quod tanquàm præſentiſsimum antidotū, & vltima naufragij tabula, poſt extinctam emphyteuſim ſupereſt? omnia certè euaneſcunt, ſi res integra nō ſit,& dominus celeritate,ius hæredis interceperit, ex illa ſingulari Romani opinione. Quod quàm à iuris ratione alienum ſit, nemo vel mediocriter eruditus,non videt.

31 Tenendo igitur hanc poſteriorem ſententiam, quam & ipſe firmiorem, & veriorem eſſe iudicio, facilè refellitur argumentum ex tx. in c. 1. de natura feudi, ex ſupra dictis, tùm etiam,quoniam licèt Romani,



mani opinionem ſequatur Alexan. d.conſi.10.nu.3.& conſi.83.nu. 3. vol. 7. Nihilominus tamen,in d.l. ſi mihi & Titio,eam reprobat. Eamq; improbant Curtius,Bertachy.& Crottus, vbi ſuprà,& Decius,d. conſi. 131. verſi.ſimiliter. Nec obſtat tex. in d. c.quāuis,de reſcri.lib.6. & doctrina Bart.d.§.& quid ſi tantùm, verſi. induco in argumentum: quoniam ibi reſtitutus, nullum ius ante reſtitutionem,habebat,nec poterat,ea pēdente habere,nec cōſequi bona,ſeu beneficium: ille enim, qui reſtitutionem conceſsit,plenum ius diſponendi de beneficio, & de bonis habebat. At in propoſita quæſtione, totum oppoſitum dicendū eſt,quoniam & ipſi hæredes, ante cōceſsionem aliis factam, & poſteà, habent dictum ius petendi renouationem, quam dominus, attenta communi ſententia,facere compellitur:quarè in præiudicium hæredum, aliis concedendi poteſtatem non habebat. Nec obſtat, l. fin. C. de locat. præd. ciuil.lib.11. & cap.1.de locat. quoniā illa iura, quorum deciſionis ratio, ita viget reintegra, ſicut non integra,potiùs hanc poſteriorem,quàm adſtruimus ſententiam, tuentur, ac fulciunt. Nam illa iura, ſi locationē aliis factam infirmant, vtique omni tēpore, conceſsionis effectum impediunt,cum alij concedendi, omnino facultatem adimant, & interdicant.

32 Nec obſtant iura,quibus Barto. nititur,in d.§.permittitur,ſolùm loqui reintegra,nam non negāt, contrarium diſponi,re nō integra. Quin imò rationes,quibus Bartolus ex illis iuribus mouetur, iniuria ſcilicèt, & ius hæreditarium quæſitum, ipſis hæredibus, vel deſcendentibus, ita in vno caſu, ſicut & in alio locum habent. Ergo,& cæt.iuxta gloſſ. in l. cum prætor,in princ. ff. de iudiciis. Et licèt, deciſio communis Bartoli procedat,de æquitate contra regulam,de qua in l.ne cui, C.locati,non propterea erit reſtringenda, quādo res nō eſt integra,cum rationes, quibus fuit inducta, vtrunque caſum comprehendant, vt ſupra comprobauimus.

Nec obſtat etiam, regula.d. l. patre furioſo,quoniā non procedit,quando impedimentum viget omni tempore,vt in propoſita ſpecie conſyderato iure, & communi ſententia. Item etiam,quando omni tempore viget defectus cauſæ efficientis, & cauſæ materialis, iuxta tradita per Barto.in l.pluribus.§.ſi placet, ad fi. ff.de verb.oblig. Poſtremò,non obſtat l.& quia,§.fin.ff.de iuriſd.om.iu. in qua đđ.admittunt illā diſtinctionem,an res ſit integra, vel non: nā illa procedit in caſu ſuo, ſecundum ſubiectam materiam, & conſyderato partium intereſſe: vt aliqua concedantur reintegra,vel re non integra,denegentur, concurrente optima ratione, & recipiēte huiuſmodi diſtinctionem,vt colligitur ex dictis iuribus. At in propoſita quęſtione,oīs ratio ſe ſe habet in oppoſitū. Conſyderato enim iure hæredum, & impotētia domini directi, diſponendi in ipſorum præiudicium, & perpenſis iuribus, & deciſionibus ſupra adductis, omne tempus cōprehendētibus,talis diſtinctio, minimè admittēda eſt,cum nulla lege id ſtatum reperiatur.

33 Nec etiam obſtat, quòd ſupra diximus appoſito pacto de renouando, contra dn̄m neceſſariò agēdum fore,per eum qui renouationē prætendi. Nam & contra eum, cui emphyteuſis, fuit conceſſa, verius eſſe reſol-

reſoluit Ruin.d.conſ.168.n.23.cum ſeq.& nouiſsimè doctiſsimus,& nũquã ſatis laudatus, Anto. à Gamma, deciſ.351.in fi. Neque rurſus, verum eſt, dñium ipſo iure conſolidati emphyteuſi finita, aut retrãsferri in dominum, quoniam ex quo primum dominium, ſine traditione quæſitũ non fuit emphyteutæ, ſine eadem etiam reſoluto contractu, non retrãsfertur: ſecus, ſi ipſo iure ſit quæſitum, ſecundum glo. & Bal.in l.1. C. de inoff.donatio.& ita intelligenda eſt l.fi.C.de legat.quę ſecundũ Alex. ibi loquitur in legatis, in quibus dominium ipſo iure acquiritur legatario. Ideoq; finito tẽpore legati, ipſo iure reuertitur ad hæredẽ. Sed ſecꝰ, eſt in contractibus, ſecundum eum. Vndè, vbi alicui eſt ius quæſitum in re, ſicuti fit ex locatione ad longum tempus, vel ex emphyteutica cõceſſione, ex quibus vtile dñium trãsfertur, vt not.in l.1.§.quod autẽ,ff. de ſuperficiebus,& in Clem.1. de reb. eccleſ.non alie.& in c.nulli, eod. finito tempore, debet fieri relocatio, ſeu renouatio, quæ ſi alteri fiat, non valet propter ius in re quęſitum, tex.& ibi not.Bald.in l.necui, C. locati, ita Carol.Ruin.d.conſ.168.n.24.

34 Ego hanc controuerſiam, quã ſupra retuli, commoda diſtinctione paccari poſſe arbitror, vt relata Romani ſententia, procederet qñ dominus directus, poſt annũ elapſum, emphyteuſim cõceſsiſſet, quoniam per lapſum illius temporis, ex negligentia ius ſuum amittit, & in mora conſtituitur, quo caſu Præpoſitus, in cap.1. quemadmod. feud. ad filiam perti: aſſerit re non integra, hærede poſtquàm dominus alii, conceſsit emphyteuſim, ſi renouationem petat, audiendum non eſſe: quam ſententiam eo non relato, firmauit Gozadinus, conſi.86.poſt n.24. qui hoc non videtur reſpexiſſe, quia loquitur in hærede ignorante, rem eſſe emphyteuticam,& propterea renouationem non petente, re integra, quem dicit propter ignorantiã excuſandum eſſe, & re non integra audiendum, quem tamen vide, conſi. 71. vbi defendit,& num.3. firmat cõmunem eſſe: infra annum petẽtem renouationem, ſemper eſſe audiendum,& triginta annos habere, ad reuocandam conceſsionem alii factã, aliàs verò omnino eſſe excluſum. In prædictis igitur locis, Prępoſ.& Gozadinus ſingulariter requirũt, quòd hæres fuerit negligens, adhoc vt dominus poſsit alium inueſtire. Quæ quidem negligẽtia ei infra annum, adſcribi non poteſt, infra quem debet petere renouationẽ, vt ſuperiùs reſoluimus. Elapſo verò anno, ſi dominus vult, extraneo cõcedere, re integra, ideſt ante conceſsionem, poteſt admitti, & audiri: poſt cõceſsionem verò factam minimè. Cum iam per lapſum anni, ſit excluſus. Gozadinus tamen, in d.conſil. 71. ſatis innuit,& probat per lapſum anni, omnino eſſe excluſum, & ſic defendi poteſt, dominum cui velit, dare poſſe, nec hæredem eſſe audiendum, ſi impedire velit.

35 Aliter etiam dicebã, poſſe has opiniones ad concordiam redigi, vt Pariſij, & aliorum ſententia procedat, contra Romanum, quando dominus conceſsit emphyteuſim, extraneo poſt interpellationẽ, ab hærede factam,& renouationem ab eo petitam. Tunc enim conceſsio alii facta, quaſi appellatione pendente reuocari poteſt Barto.in l. fin. num. 4.ff.de appell.Bald.in l.ſi ſeruus, C. quod cum eo. Contraria verò Romani opinio, procedat quando dominus,



minus, ante interpellationẽ conceſſit, ſeu alii dedit. Nam hoc caſu, cum petitio renouationis, hæredi ex officio iudicis competat, quod fragile eſt, vt in l.cum poſtulaſſem, ff.de dãno infecto, Gomez. in §. omnium, inſt.de actio.n.3.& in terminis Imola, in l.ſi mihi,& Titio, ff.de verb.obl. in fi.Ripa, in l.1.ff.de priuil.cred. nu. 11. videtur conceſsionem dominii, impediri non poſſe,& per cõſequẽs, factam tenere, maximè ſi rei traditione adiuuetur, argu. l. quoties, C. de rei vindi.

# Queſt. VIII.

## SVMMARIVM.

1 *EMphyteuſis tripliciter finitur, vel propter culpã emphyteutæ, vel propter caducitatem ſucceſsionis, vel propter generationem finitam.*

2 *Emphyteuſi finita per generationem, filij, vel deſcẽdẽtes vltimi poſſeſſoris, renouationem petere poſſunt, ac per viam iuris dominum directum compellere, vt in eorũ perſona emphyteuſim confirmet, ac renouet.*

3 *Renouatio, non tãtùm admittitur in bonis priuatis, ſed etiam in bonis Regiæ coronæ, & Regalis patrimonii.*

4 *Renouatio quoque bonorum feudalium, deſcendentibus vaſſalli concedenda eſt.*

5 *Renouatio etiam bonorum eccleſiaſticorum, deſcendentibus concedenda eſt, & in ea obſeruanda eſt doctrina Bartoli, in l.1.§.permittitur, ff.de aq.quot.& æſt.*

6 *Auctores, qui adſtruunt renouationem in bonis eccleſiaſticis fore denegandam. Et ibi argumenta huius opinionis. Et diſtinctio, n.16.*

7 *Pactum de renouando, extincta tertia generatione improbatur.*

9 *Renouationem, dominus facere non compellitur, ſi adiecta ſit clauſula, quòd finitis tribus perſonis, emphyteuſis ipſa cum omnibus impenſis, & melioramentis libera, & expedita, & ſine vllo impedimento ad eccleſiam, vel directum dominum reuertatur.*

*Emphyteuſis, nullam habet propriam naturam, niſi prout partes paciſcendo imponunt, & recipit quamcunque iuſtam pactionem.*

*Conuentio, & pactum, circa melioramenta rei emphyteuticæ, multum operantur.*

10 *Verbum liberum, & expeditum, quid importet, appoſitum in contractu emphyteutico*

*Liberam rem tradere obligatus, intelligitur abſque aliquo impedimẽto, vndè, qui tradit obligatam, non dicitur liberam tradere.*

11 *Verbum, Liberè, denotat quòd poteſt propria auctoritate capi poſſeſsio. Itẽ quòd valeat etiam appellare in caſibus à iure probibitis.*

12 *Verbum, Liberè, denotat quòd nulla diminutio in rebus reſeruatis fieri poſsit, nec per aliquod extrinſecum, effectus reſeruationis impediri.*

*Verbum, Liberè, ideſt ſine alicuius contradictione.*

13 *Verbum, Liberum, & expeditũ, ſunt verba geminata, quæ multum operantur.*

*Verbum in contractibus appoſitum, etiam minimum, debet aliquid operari.*

14 *Verbum, Liberè, excludit renouationem.*

15 *Conceſſa ad tempus poſt illud ſunt probibita.*

16 *Eccleſia, ſi nolit emphyteuſim ſibi retinere, ſed alij fortè extraneo concedere, æquitas debet mouere iudicantem, vt eccleſiam huic potiùs, quàm extraneo renouare compellat.*

17 *Eccleſia, quando ſibi vult retinere emphy-*

*phyteuſim finitam, & in propriam vtilitatẽ conuertere, non poteſt cogi ad renouandũ, tunc enim ceſſat æquitas renouationis, & iniuria, quæ fit denegando renouationem.*

18 *Eccleſia cogitur apud nos renouationẽ facere, quibuſcunque clauſulis nõ obſtãtibus, idque verius eſt.*

*Clauſulæ adiectæ in contractu emphyteutico, quantumcunq; exuberãtes, renouationis beneficium excludere non poſſunt.*

*Expreßio eorum, quæ tacitè inſunt, etiam per viam diſpoſitionis, nihil operãtur.*

19 *Clauſula quòd, finita generatione res ad eccleſiã rediret, in eo ſtatu, in quo prius erat, nõ excludit renouationis beneficiũ.*

*Melioramentorum allegatio, & probatio neceſſaria eſt, ad concedendam renouationem.*

*Apud nos, etiam ſi eccleſia emphyteuſim finitam velit retinere, & alleget propriã neceſsitatem, & inopiam, nihilominus renouare compellitur.*

20 *Eccleſia tenetur renouatio[illegible]m, finitæ emphyteuſis concedere, deſ[illegible]ndentibus vltimi poſſeſſoris, etiam ſi velit rem reuerſam, pro ſe retinere.*

21 *Renouatio etiam bonorũ regalium, ſeu de Regia Corona, minime deneganda eſt, & ita iudicatum.*

22 *Allegatio neceſsitatis propriæ, & inopiæ eccleſiæ, apud nos in tribunalibus non admittitur ad impediẽdam renouationis æquitatem.*

23 *Etſi idem verbum per ſynonimiã decies millies, in eadem oratione repetatur, nũquam ob hoc, à ſua natiua ſignificatione recedit, quã, ſi ſemel poneretur, haberet.*

*Sæpius idem verbum geminatum ob ſolã ornatus, & decoris cauſam apponitur.*

1 PRædictis ſubſequẽter pertractandum ſubeſt, ac inueſtigãdum, an in diſtinctè finitæ cuiuſcunque emphyteuſis renouatio concedẽda ſit? Et præmitto, emphyteuſim finiri, vel propter commiſſum, vel culpam emphyteutę, quia ſcilicet malè verſatus eſt, in re emphyteutica, vel illam irrequiſito domino alienauit, vel ceſſauit, in ſolutione canonis, p tempus à lege præfinitum, in quibus caſibus, emphyteuta cum propter ſuam culpã, cadat à iure ſuo, ac propterea dominium vtile, cum directo conſolidetur, ipſaq; emphyteuſis, ex culpa poſſeſſoris extinguatur, renouatio non debetur. Pontanus, conſi. 212. in prin. Alex. conſil. 6. lib. 3. Decius, conſi. 329. ad fi. Iaſo. in l. 2. num. 21. C. de iure emphyt. Franciſ. Zoanett. lib. rerum quotidianarum, c. 62. emphyteuſim, n. 5.

Aliquando emphyteuſis finitur, propter caducitatem, hoc eſt, quia reducitur ad cauſam caduci, veluti, ſi Titio pro ſe, & filiis, vel pro ſe, & deſcendentibus, de nouo concedatur, tunc enim iis deficientibus, finitur, & expirat emphyteuſis, & in caducitatem reſoluitur, nec hoc caſu renouatio debetur, cum non exiſtãt filii, vel deſcendentes, qui iure ſuo petant renouationem. Nec rurſus agnatis, vel proximioribus competere videtur, cum non immediatè ab ipſorum anteceſſoribus proceſſerit, quod tñ non lõgè aliter in feudo conſtitutum, videmus ex Baldo, in c. 1. de nat. ſucceſſ. feud. vbi inquit, quòd ſi feudum eſſet, in cauſam caduci, vt quia ex immediato feudatario præmoriente, non extarent liberi maſculi, tunc agnati proximiores, qui eſſent deſcendentes primi recipientis, tanquàm ex prouidentia, & ſucceſſorio ordine, ſuccedunt Bald. in l. 2. C. de ſuis, & legit. hæred. & in Auth. defuncto. C. ad Tertyll. & in cap. 1. §. & quia, col. 2. & 3. de his qui



qui feu. dare poſ. tradit Anguſt. Beroius, conſi. 69. nu. 18. vol. 1. quarè, ſi non ſint deſcendẽtes primi recipiẽtis, feudũ dño aperietur, & tanquã caducum ex defectu ſucceſsiõis, ad dñum directum deuoluetur.

2 Poſtremò, ſi emphyteuſis, ꝑpter generationẽ finitã, expirat, vt quia, vt plerũq; fieri cõſueuit, in tertiã generationẽ fuit cõceſſa: tunc generatiõe finita, ſi ſuperſunt vltimi poſſeſſoris filii, vel deſcendẽtes, illis renouatio emphyteuſis cõcedẽda eſt, qui poſſunt per viã iuris dñm directum cõpellere, vt in eorum perſona emphyteuſim confirmet, ac renouet in tertiã generationẽ. Quæ eſt cõis, & recepta oĩum ſcribentium ſentẽtia, & cõcors opĩo. ꝙ ſi renouatio denegetur, ipſis iniuria infertur, ob quã poſſunt ad ſuperiorẽ appellare, vt dñm cogat ad faciẽdã renouationẽ.

Quod ita tradit Bar. dux huius opi. in l. 1. § ꝑmittitur, ff. de aq. quo. & æſt.

Bald. in c. in præſentia, de proba. n. 20. idem Bal. in rub. extra, de appell. n. 6. idem in c. 1. & ibi Aluaro. & Affl. quẽadm. feu. ad fil. perti. idẽ, in cõſi. 355. præmittendum, n. 6. vol. 1.

Angelus, conſ. 184. ex forma, ad fi. verſi. ſed vnum dico.

Anchar. conſ. 171. caſus talis, poſt n. 6. idem conſ. 174. dñs Lazarius, col. pen. verſi. vlterius aduertendum.

Imola, conſ. 27. viſo quodã, n. 3. idẽ Imola, conſ. 38. in caſu præmiſſo, col. 2. verſi. ſed de æquitare. idem, in cõſ. 68. in caſu, verſi. in contrarium facit. col. 2.

Fulgoſius, conſil. 4. ad id, de quo quæritur, ad med. idem conſil. 220. Nobilis, ante finem.

Romanus, in l. 2. col. 2. verſi. vigeſimoquartò, ff. ſoluto matri. idem, in rubr. ff. de arbitris, poſt n. 45. verſi. & ſcias: idem in l. prætor ait, §. fin. & ibi Iaſo, nu. 15. ff. de noui oper. nunciat. idẽ. conſ. 22. pro propoſitæ, n. 5. & ibi latè additio Horatii Mandoſii.

Abb. in c. bonæ, in 2. n. 28. & ibi additio Corſetti, de poſt præl.

Ioan. de Anan. conſi. 84. videndum eſt, col. 2. verſi. tertiò negari non poteſt.

Alex. poſt Bar. in l. ſi mihi, & Titio, ff. de verbo. oblig. idem,

Alex. conſi. 93. viſis, in fi. lib. 2. idem conſ. 80. viſo dubio, n. 11. vol. 1.

Calcaneus, conſ. 8. in cauſa pendẽte, poſt nu. 34. Idem, conſi. 102. quia quibuſdam, ad finem.

Felynus, conſ. 32. plura ſunt, nu. 20. verſi. tertia cauſa.

Ruin. conſil. 151. quia præſupponitur, num. 16. vol. 1. Idem conſil. 155. Quantum ad caſum, ad finem, eodẽ, idem conſi. 12. circa caſum, num. 18. eod. idem, conſ. 161. n. 36. eod. vol.

Decius, conſi. 53. Placet mihi, col. 1. in fine. Idem, conſil. 131. reuocatur in dubium, num. 2. verſi. ſed tamen, prædictis non obſtantibus. Idem, conſil. 328. in caſu propoſito, col. 1. verſic. quibus tamen non obſtantibus.

Hieronymus Grattus, reſponſ. 110. thema tale eſt, poſt num. 30. vol. 1. Idem, reſponſo, 79. punctus præſentis, num. 2. Idem, reſponſo, 86. Thema tale eſt, num. 7. Idem, reſponſo 96. num. 6.

Afflictus, in cap. 1. §. etſi clientulus, num. 15. de alien. feudi. Idem, deciſio. 238. dicit conſuetudo, num. 2. Idẽ in tract. prothomiſeos, ſuper Rubr. poſt num. 15.

Curtius Senior, conſ. 47. ſuper cõtrouerſia, nu. 9.

Ripa, in tract. de peſte, cap. 1. de remed. præſeruat. contra peſtẽ, poſt n. 2. idem, in l. cum bona, n. 6. de priuil. creditorum.

Pariſius, conſi. 28. Quoniam conſultantes, in prin. lib. 1. idem, conſi. 1. nu. 149. eod. vol.

Ioann. Baptiſta Ferret. conſi. 87. in præſenti, n. 16. idem, conſil. 103. viſo inſtrumento, n. 7. Idem, conſil. 108. vertitur difficultas, in fi.

Iaſo, in l. 2. nu. 22. & 23. C. de iure emphyt. idem, conſi. 24. col. 2. verſi. quinto facit, vol. 3.

Gozadinus, conſi. 86. nu. 4. verſic. non obſtat, idem, conſ. 39. n. 2.

Barbatia, in cap. 1. de locato. Additio Ryminaldi, conſi. 100. ſub. n. 12. & conſi. 124. ſub n. 18.

Marſilius, ſingu. 419. licèt, Boerius, deciſ. 107. in fi.

Carol. Molyn. in addit. ad Alex. d. conſ. 80 ſub nu. 11.

Curtius Iunior, de feud. in 1. p. 2. prin. q. 2.

Tiraq. de retract. lignag. in præf. num. 41.

Iulius Clarus, lib. 4. recep. ſententiarum, § emphyteuſis, q. 43.

Staphileus, de gratiis, & expectatiuis, cap. ſupereſt, n. 4.

Rolandus à Valle, conſi. 111. num. 40. vol. 1.

Viuius, lib. com. opin. verbo, emphyteuſi finita.

Paulus Pariſ. conſ. 108. n. 55. vol. 1.

Emanuel Soarez, lib. recep. ſent. verbo, emphyteutæ conſanguineus, num. 122.

Ant. Gab. lib. 3. de iure emph. cõcl. 1.

Cephalus, conſ. 9. num. 25. vol. 1.

Alciatus, reſponſo, 29. num. 4.

Aluarus Valaſcus Luſit. Senator Regius meritiſsimus, & quondã primarius Conimbricenſis, academiæ iuris profeſſor illuſtris, de iur. emph. quæſt. 38. num. 17.

Thobias Nonius, conſ. 3. nu. 1.

Soccin. Iun. conſ. 9. n. 17. vol. 3.

Hieronym. Gabriel. conſ. 30. n. 10.

Ant. à Gãma, ſacri palacii Senator ampliſ. deciſio. Luſitaniæ, 41. n. 1.

Beroius, conſi. 112. n. 41. vol. 1.

Hyppol. Rym. Iun. conſ. 94. anno dñi, n. 10. vol. 1. & conſ. 44. n. 14. eod. vol. & conſ. 257. n. 19. vol 3.

Tho. Gram. conſi. ciuili. 28. redẽptoris, &c. in cauſa, n. 18. & 19.

Franciſ. Sarmiẽto, lib. 3. Selectarũ, interpr. cap. 7. in prin.

Et poſtremò eandẽ ſñiã, vltra prædictos tenuit doctiſs. præceptor me⁹ olim Salmãticæ, idẽq; ſubtiliſsimus Emanuel à Coſta, in tract. de ſucceſ. Regni Portugal. pag. 72. verſi. quin imò, & ſi probaretur, elegãter inferens ex ea, Regẽ teneri ad renouandã donationẽ bonorũ maioratus Regiæ coronæ, liberis illius, qui eã meruit, ſi iuxta diſpoſitionẽ legis mẽtalis finita eſt, & ad Regiã coronã deuoluta, iuxta Ordin. Reg. lib 2. tit. 17. §. 12. vbi cõſtat, Regẽ Ioannẽ, quõdã Luſitanię, ipſius legis Mẽtalis auctorem, nõ ſemel id feciſſe. Nam Petro Vaaz, & Lionello de Lima, vltimi poſſeſſoris fratribus, iiſdẽq; liberis illorũ, quibus primùm donationes factę fuerãt, denuò maiorarũ cõceſsit, ac renouauit. Fieret enim, ex ſupra dictis, hoc caſu grauis iniuria, ſi princeps donationẽ, nõ refirmaret, arg. d. l. 1. §. ꝑmittitur. Quãuis tñ Coſta reſoluat, ꝙ ſi Rex velit, ad Regiã coronam, ea bona reuocare, poſſet iure hoc facere, quûm hic effectus, ex eo modo procedat, quẽ perfectis donationibus impoſuit lex mentalis.

3 Prędicta etiã reſolutio, apud nos non tantùm in bonis emphyteuticis priuatorum, in vſu quotidiano, & praxi citra cõtrouerſiã, recepta eſt: ſed etiã, & in bonis quoque Regalis patrimonii, ſpectãtibus ad rem dñicam, quæ nos patrio idiomate vocamus *Bẽẽs do Almazem do Reino*, circa

quæ



quæ ex Regis Sebaſtiani, iuſſu graniſsimi, iidemq; Iurecõſultiſsimi Senatores, ita decreuerunt. Capitula ſubiiciam, quoniam illa nullibi impreſſa extant. Nec omnibus paſſim ſunt nota.

*¶ Pera deciſaõ dos caſos particulares, de todas as petições, que pendem na meſa da fazẽda, de ſua Alteza, ſobre a reformação, & innouação dos prazos, das propriedades, do Almazem, foram mouidas, as duuidas abaixo declaradas, & tomadas as determinações ſiguintes.*

*¶ Primeiramente, ſe he ſua Alteza obrigado a renouar as propriedades, cujas vidas ſam acabadas, ou ſe as pode afforar a outras peſoas, ou tomalas pera ſi?*

*¶ Aſſentouſſe, que auendo ſua Alteza de afforar, ou doar as ditas propriedades, a algũas peſoas, que o não podeſſe fazer, conforme a dereito, & que tem obrigação de as renouar aos herdeiros, da derradeira peſſoa quer aja bemfeitorias, quer não.*

*¶ E que não ſomente, as não pode afforar, nem doar a outras peſſoas, mas nem tomalas pera ſi. E que he obrigado a renoualas aos herdeiros do vltimo peſſuidor, por cuja morte, acabarão as vidas, ſaluo eſtando a fazẽda do dito ſenhor, em tal neceſſidade, que lhe ſeja neceſſario tomalas; porque neſte caſo as poderà tomar pera ſi, pagando as benfeitorias, no eſtado em que eſteuerem, ao tempo que as tomar. E iſto poſto que os contractos, de afforamento, tenham clauſula, que acabadas as vidas, fique a propriedade ao dito ſenhor, liuremente com as bemfeitorias.*

*¶ E que no caſo, em que ouuer bemfeitorias, ſe ſe ouuer de fazer renouação, ſe faça ao herdeiro, poſto que não ſeja do ſangue, ſendo de qualidade que o herdeiro as aja de herdar, & ſe lhe deua, conforme a dereito, por ſerem grandes. E que não auendo as taes bemfeitorias, ſe faça a renouação ao parente mais chegado, do vltimo poſſuidor, poſto que herdeiro não ſeja.*

*¶ E que ſua Alteza, he obrigado a fazer a dita renouação, ſendolhe pedida dentro de hũ anno, deſpois da morte da dita derradeira peſſoa, & não ſendo pedida dentro no dito anno, que não he ſua Alteza obrigado a fazella, conforme a dereito.*

*¶ Aſſentouſſe que nos afforamentos, que ſe fizerem polas ditas renouações, ſe ponhã os foros que ſe determinar, que deuem pagar per iuſta veedoria.*

*¶ E quanto as innouações, que pedem as derradeiras peſſoas, antes de as vidas todas ſerem extinctas, ſe aſſentou, que não tem ſua Alteza obrigação a mandar fazer renouação, por a inda durarem as vidas, ſaluo auendoo ſua Alteza por ſeu ſeruiço. A tres de Iulho de 1576.*

Hæc prudẽtiſsima decreta extãt apud grapherium Sebaſtianum da Coſta.

Vides amantiſsime lector, iureconſultiſsimorum virorũ decretis, tam cõpendioſè cõprehenſam vniuerſam ferè, renouationis emphyteuticæ materiã, & iiſdem, tot ſopitas, defficillimas in iure renouationis controuerſias, ſi ad priuatorum quoque iura trahantur.

4 Ampliatur prædicta reſolutio, vt in feudis quoq; obtineat, illa Bar. ſententia, de qua in d. §. permittitur. vt eſt cõmunis ex Ruino, conſil. 12. num. 18. vol. 1. & Curtio. iuniore. de feudis, 2. par. prin. in 1. particula. q. 15. & communem aſſerit, Iulius Clarus lib. 4. recept. ſent. in § feudum. q. 87. pro qua eſt, tex. in cap. 1. §. præterea. de proh. feudi alie. vbi notat. Afflict. notab. 1. porquẽ tex. ita tradit. Hyppolitus Ryminaldus. iunior conſil. 94. num. 11. vol. 1

5 Cœterùm, in hoc longè grauior inſurgit dubitatio, an prędicta, Bartoli ſententia, & cõmunis in eccleſiaſtica emphyteuſi admitenda ſit, & obſeruanda. Et ſiquidem Bartoli

H ſentẽtia

ſententia perpēdatur, cum iudicio,
eius ratio etiam eccleſiam compre-
hēdit, vt ex eius verbis planè, liquet,
quatenus à negatione renouationis
aſſerit, de iure canonico poſſe, em-
phyteuſis renouationem petentem
ad ſuperiorem appellare, ſi renoua-
tio denegetur: quibus verbis innuit,
in emphyteuſi, etiam eccleſiaſti-
ca, idem quoque intellexiſſe, quod
ita tenent, noſtri interpretes, vt eſt,
videre per Palacium, in tract. de be-
nef. vacantib. in curia, §. 11. col. 5. Sta-
phileū, de lit. grat. fol. 146. in princi-
pio, Decium. conſil. 328. n. 3. verſic.
quibus tamen non obſtantib. & col.
fi. verſ. 2. non obſtant, tradit Thobias
Nonius, conſil. 3. num. 4. Ancharra.
conſil. 171. col. pen. verſ. ex capite.
et cōſi. 174. col. 2. verſi. vlterius, Rui-
nus, conſil. 12. col. fin. & conſi. 151. n.
16. & 161. n. 36. vol. 1. Curtius, de feud.
2. part. q. 15. Pariſius, firmans cōem,
conſil. 28. col. 1. vol. 1. Ananias, conſ.
83. col. 1. latè Curtius ſenior. conſil.
47. col. 2. Alex. conſil. 80. num. 11. vol.
5. Felyn. cōſil. 32. col. fin. Boeri. q. 107.
ad fin. Grat. conſil. 86. num. 7. vol. 1.
cum quibus, & plures alij paſsim cō-
ueniunt. Quapropter non deſunt,
qui Bartoli ſententiā communiter,
in eccleſiaſtica quoque emphyteuſi,
receptam eſſe aſſerant, vt proinde,
ad renouādum etiam cōpelli poſsit,
vt reſoluit Decius conſil. 131. Ripa. in
l. 1. ff. de priuileg. credi. Gozadi. cōſil.
86. n. 24. vbi hanc teſtatur communē
& Thobias Nonnius, conſil. 3. n. 3.
vbi firmat communem, & ęquiorem
ſententiam, quam etiam veriorem,
& magis communem aſſerit, Anto-
nius Gabriel lib. 3. de iure emhyteu-
ta, concluſ. 1. limit. 3. verſic. contra-
rium, num. 13. & rurſus ampliat. 1. n.
3. Huius autem, iniuriæ cauſa ob de-
negatam renouationem eſt, negare
filio, cui lex concedit bona, quę fue-
runt maiorum ſuorum, l. iubemus, §.
& filios, C. de aduoc. diuerſ. iud. ibi:
*Et filios aduocatorum, vel adhuc in tali cō-
ſtitutorum officio, vel eorum qui fiſci patro
natum, depoſuerint, ſuperſtitum, vel mor-
tuorum, extraneis ad idem officium acce-
dētibus, anteponi, ei quę gratis, & ſine ſum-
ptibus ſociari*, vbi omnes notant in aſ-
ſequutione officii paterni filiū, alii
præferendum eſſe: quo argumento
fiſcale etiā prædium, deſcendētibus
vltimi poſſeſſoris non denegatur, l.
congruit, C. de præd. fiſcalib. lib. 11. &
vltra prædictos auctores, vt eccleſia
quoq; ad renouationē teneatur, fir-
mat Iul. Clar. lib. 4. recep. ſent. §. em-
phyteuſis, q. 43. n. 3. vbi ab hac ſentē-
tia, in iudicādo, minimè recedendū
fore ſcripſit, quā cōem dicit Soccin.
Iun. conſ. 79. n. fi. vol. 4. & nouiſsimè
Hieron. Gabriel. conſ. 30. n. 10. vbi al-
legat Alex. conſ. 80. n. 21. vol. 1. Deciū
conſi. 78. & d. conſi. 131. & Socci. Iun.
conſi. 9. vol. 3.

6 Sed in hac quæſtione, non de-
fuerunt, iiq; grauiſsimi auctores, qui
contrariam adſtruunt ſententiam,
quam tuetur Alexand. in l. ſi mihi,
& Titio, col. penult. ff. de verborum
obligat. Roman. conſi. 70. viſis, verſ.
vel ſecundò aliter, Iaſo, conſi. 24. ad
fi. verſ. quarto reſpondetur, lib. 3. latè
comprobat Gozadinus, conſil. 71.
col. 2. verſi. præterea dico, Soccinus
Iunior. conſi. 9. num. 12. vol. 3. vbi hāc
veriorem eſſe opinionem teſtatur,
quam refert Thobias Nonius, conſi.
3. num. 2. & hanc communiorem di-
xit Grattus, conſi. 110. nnm. 63. in fi.
vol. 1. & plures citat Decius, conſil.
135. Carolus Ruinus, conſi. 152. vol. 1.
idem, Decius, conſi. 328. num. 3. &
nouiſsimè Franciſ. Sarmiento, lib. 3.
Selecta interpretationū, c. 7. n. 2. vbi
hanc ſniam, tanquàm veriorē ſeqr.

Addu-



Adducūt hi auctores, ꝑ hac ſen-
tentia tex. in cap. ex parte, de feudis,
vbi ſi per mortem vaſſalli, ad eccle-
ſiam, feudum reuerſum eſt, poteſt
prælatus liberè illud concedere, cui
voluerit, addo ad id meliorem tex.
in auth. de non alienando, §. quod
autem, in fine, coll. 2. vbi poſtquam
ſcriptum eſt, eccleſiaſticam emphy-
teuſim, vltra tertiam generationem
concedi non poſſe, improbatur pa-
ctum, quo eccleſia promiſit finita, &
extincta tertia generatione, ſe de
nouo cōceſſurum, in aliam tertiam
generationem: & conſequenter, eo
pacto, & conuentione non obſtan-
te, probat Imperator, eccleſiam ad
nouam conceſsionem, ſeu renoua-
tionem, non adſtringi. Multò ergò
magis non tenebitur, vbi ſimplici-
ter, abſque vlla promiſsione, de re-
nouando, facta eſt conceſsio. Iuua-
tur hæc opinio, per tx. in cap. ad au-
res, de rebus eccleſ. non alie. quate-
nus probat, finitam emphyteuſim,
poſſe prælatum, ſucceſſoribus con-
cedere, ſi vtilem eccleſiæ, futuram
conceſsionē eſſe intellexerit. Quam
obrem, ille tex. præſupponit, mani-
feſtè, inuitum prælatum, ad refor-
mandum, finitam emphyteuſis con-
ceſsionem, compelli non poſſe. Eſt
pro hac ſententia tex. in l. dudum,
C. de contrah. empt. *Dudum* (inquit)
*proximis, conſortibusque conceſſum erat,
vt extraneos ab emptione remouerent, neq;
homines ſuo arbitratu, vendenda diſtrahe-
rēt. Sed quia grauis hæc videtur iniuria, quæ
inani honeſtatis colore velatur, vt homines
de rebus ſuis facere aliquid cogantur inuiti;
ſuperiore lege caſſata, vnuſquiſque ſuo ar-
bitratu quærere, vel probare poßit empto-
rem.* Ecce qualiter lex illa, conſuetu-
dinem reprobat, qua cuilibet rem
ſuam vendere, arbitrio ſuo non per-
mittebatur, ſed proximiores cōſan-
guinei præferebantur. Quod ſi hoc
in venditione, quæ tractū habet mo-
mentaneum, & in qua ſemel ſoluto
iuſto precio, venditoris nihil inte-
reſt, hunc, vel illum eligere empto-
rem, multò quidem, & fortius id in
emphyteuſi admittēdū eſt, quæ tra-
ctum habet ſucceſsiuum, in qua em-
phyteuta ſingulis annis tenetur ſol-
uere penſionem, & in re aliena com
moratur, vt iniquum ſit hominem,
fortè alienum, à domini conſuetu-
dine, moribuſq;, rem domino inui-
to retinere.

7 Fortius pro hac ſententia ſtrin-
git, ac vrget Nouella conſtitutio. 7.
cap. 4. quā hodie diligentia, & indu-
ſtria Antonii Auguſtini nobis reſti-
tuit, cuius verba ſunt: *Nam & illam pa-
ctionem, imò magis callidam machinatio-
nem, reijciendam eſſe conſtitutio iubet,
ideſt, ſi pactus fuerit, cum œconomis, & re-
ligioſo epiſcopo, & alijs perſonis, quas enu-
merauimus, is, qui emphyteuſim contra-
hit, vt etiam tribus perſonis defunctis, ni-
hilominus deinceps ſucceſſoribus, liceat em
phyteuſeos titulo, res immobiles ab eccleſia
capere, & alijs perſonis anteponi; talem
enim conuentionem, vtpote, callidè factam
conſtitutio reprobauit.* Quæ ſanè ver-
ba nouellæ conſtitutionis, omnem
cauillationem excludunt, per quem
textum communiter receptum eſt,
non valere pactum, de renouando
finitis tribus perſonis, ſeu tertia ge-
neratione; quod reſoluit doctiſsi-
mus noſtro ſeculo, Antonius à Gam
ma, deciſio. 326. vxor, num. 6. verſi.
adeò. Sic enim huiuſmodi pactum
admitteretur, priuaretur eccleſia
per indirectum, ſuis bonis, & per
indirectum permitteretur, quod
lex non permittit directè, quod ad-
mittendum non eſt, vt not. Ange.
in Authent. de non alienan. §. quod
autem, ſequitur Alexan. conſil. 165.

H 2 num.

num.1.lib.1. Iaſ. in l. manumiſsiones, num. 7.ff.de iuſtitia, & iure. Quare quod per legem, non permittitur, nec per pactum admitti debet, l. iuriſgentium, §.prętor ait.ff.de pactis, Facit etiam pro hac parte, non vulgaris conſideratio, ſi perpendamus, quòd eccleſia quę huiuſmodi, bona cõceſsit in tertiam generationem, ita demum, ea conceſsiſſe videtur, vt ea finita, poſſet rurſus eadem bona ſibi capere, nec hæres quartus haberet, aliquod repetitionis ius. Quarè incautè, videntur loquuti, aduerſæ factionis auctores, qui eccleſiam inuitam, ad renouandum compellunt, ex auctoritate Bart. d. §.permittitur, non aduertentes vltimi poſſeſſoris hæredem, ſeu deſcẽdentem, petentem renouationem, actione carere, ſine qua experiri nõ poſſunt, neque audiendi ſunt, ex regula l. ſi pupilli, §. videamus.ff. de negoc.geſtis, & l. quoties, §. ſi temporali, ff.de admi.tut. Etenim, ſi ſucceſſor ius haberet, illud vtiq; ex perſona tertij poſſeſſoris, in cuius locũ ſucceſsit, competeret. Quare, cum vltimi poſſeſſoris, ius omnino morte extinctum ſit, & emphyteuſis, ad eccleſiam reuerſa, iuxta iuris, & cõceſsionis formam, conſequens eſt, vt nullum ius poſt, mortem vltimi emphyteutæ, ſaluum maneat, nec actio ſucceſſori ſuperſit. argu.tx.in l. vxor patrui. C. de legat. ibi *Res tuas, tantùm vſumfructum earum habens, legare non potuit*, textus, in l. ſi domus, §. fin. & ibi Bartolus. ff. de legat. 1. & & per Regulam l. nemo plus, de regulis iuris, in 6 & l. traditio. ff. de acquir. rerum domi.

8 Comprobatur hoc, & efficacius, nam cum contractus ex conuentione partium legem accipiant, reg. l. cõtractus, de reg. iu. in. 6. & huius conuentionis robur, viſq; ea ſit, vt finita tertia generatione, bona liberè ad eccleſiam reuertantur, ex forma conceſsionis, bene conſequitur, extincto vltimo poſſeſſore. ex lege contractus, nullam renouandi obligationem ſupereſſe. Aliter enim inanis, & ſuperuacua, huiuſmodi conuentionis lex exiſteret. Vltimò argumẽtum, quod DD. mutuantur, ex d. §.permittitur, contra illos potius retorquetur, ſi cum iudicio, verba Iureconſulti perpendamus: *Ius* (inquit) *aquæ ducendæ interdũ datur perſonis, interdum prædijs, quod prædijs datur, extincta perſona non extinguitur, quod datur perſonis, amittitur.* Quãobrem, cum emphyteuſis tribus tãtùm perſonis concedatur, extincta vltima perſona expirat, & omnino amittitur, & euaneſcit. Vides lector amantiſsimè, quanta ſit in hac re, inter auctores noſtros, controuerſia & varietas. Quamobrèm, paſsim canonici iuris gymnaſtæ, & eccleſiaſtici iudices, vix æquo animo ferre poſſunt, in ſuo foro, eam Bartoli ſententiam, in eccleſiaſtica emphyteuſi admitti, aſſerentes eccleſiæ fieri grauiſsimam iniuriam, prætextu ſimulatæ pietatis, dum pleriq; magiſtratus ſeculares, paſsim iudicant, eſſe è republica, facultates renouari. decernentes ne bona (quæ olim, clariſsimi homines, inanimarum ſalutem, & ſubſidium, ac Dei gloriam, Chriſtiana pietate, & munificentia commoti, in ſanctiſsimas eccleſias contulerũt) ab ipſis ad tempus, prophanis hominib⁹, ex liberalitate cõceſſa, ad ipſas liberè reuertantur, cauſantes, eccleſiarum opulentiam, laicorum inopiam, & egeſtatem, & finitimorum hoſtium, Chriſtianæ religionis potentiam, cui reſiſti non non poſſe, niſi huiuſmodi præſidiis, facilè



facilè iactare ſolent, parùm conſyderantes, vtrunque diuinæ vindictæ eſſe certiſsimum effectum, contra eos qui eccleſias ſuis bonis ſpoliare contendunt. Cum tamen maiores noſtri, vt hoſtes vincerent, ac expugnarent, magnificis donis templa cumulauerint. Ex quibus iam vides lector candide, quantum difficultatis ſuſtineat, prædicta Bartoli opinio, in eccleſiaſtica emphyteuſi, & qualiter in apertum diſcrimen, ac periculum apud iudices eccleſiaſticos vocentur ij, qui eã, eccleſiaſticæ emphyteuſi accõmodant.

9 Hæc autem reſolutio, minus difficultatis habet, ſi adiiciatur clauſula, quæ paſsim in omnibus ferè, contractibus emphyteuticis, apponi conſueſcit, ſcilicèt, *Quod finitis tribus perſonis, emphyteuſis ipſa, cum omnibus impenſis, & melioramentis, libera, & expedita, & ſine vllo impedimento, ad eccleſiam, vel directum dominum reuertatur.* Eo enim caſu, in Senatu noſtro, non ſemel iudicatum eſt, dominum directum, ad renouationẽ faciendam, compellendum non fore, neque vllam aduerſus eum actionem competere: quin imò, ipſum liberè poſſe, prædium emphyteuticum, cui velit concedere, vt refert doctiſsimus Antonius à Gamma, Sacri palacii Senator ampliſsimus, Regiusq; Conſiliarius, deciſio. Luſitana, 41. In cauſa, num. 6. & rurſus, deciſio. 326. num. 8. Quod non abſque ratione decretum videtur, quoniã verba contractus, ad cauſæ deciſionem, ſemper inſpecienda ſunt, vt tradit Baldus, in l. ſi ſtipulatus, ff. de vſuris, & eſt tex. in l. fideiuſſores magiſtratuum, §. 1. ff. de fideiuſſor. quẽ text. ad id allegat Soccinus, conſil. 18. num. 1. vol. 1. Facit etiã tex. in l. intereſt, C. de ſolutio, & l. ad probationem, in. 2. C. de probation. ibi: *Quem tenor ſcripturæ deſignat*, & ibi rurſus, *Quantum lectio probat*. Quamobrem, per illa verba vulgaria, *E acabadas as ditas vidas, ficarâ o dito prazo, liure & deſembargado, com todos os gaſtos, & bemfeitorias, a elle direito ſenhorio, & a ſeus ſucceſſores, pera delle fazerem o que lhes aprouuer.* Ab illa æquitate, fundata in ratione, l. fin. C. de alluuio, & in doctina Bartoli, d. §. permittitur, receſſum eſt, quoniam pactiones, maximè in cõtractu emphyteutico, ad vnguem ſunt obſeruandæ, per l. 1. C. de iure emphyt. per quem text. dixit Natta, conſilio 49. num. 18. vol. 1. & Burſattus, conſ. 122. mihi ſupponitur, num. 13. vol. 1. quòd contractus emphyteuticus, nullam propriam naturam habet, niſi prout partes paciſcendo imponunt. Emphyteuſis enim, quamlibet recipit pactionem. §. adeò, inſtit. locati, & in d. l. 1. & ita tradit nouiſsimè Franciſcus Mantica, de coniecturis vltimarum voluntatum, lib. 7. cap. 9. num. 7. Quamobrem, nulla in hoc caſu, filiis, aut agnatis defuncti iniuria infertur à domino directo, qui vigore pacti, & conuentionis, cum primo emphyteuta, ſibi prouidit, emphyteuſimq; ad ſe liberè reuerti ſtipulatus eſt, & de ea, liberè diſponendi facultatem reſeruauit. Quod non abs re eſſe videtur, multùm enim operatur conuentio & pactum initum, inter contrahentes, prout videmus in melioramentis, rei emphyteuticę, quæ non directi domini, ſed hæredum lucro, cedunt, quod tradit Speculator, in tit. de locato. §. nun aliqua, verſic. 131. & eſt communis ſententia, ſecundum Iaſo, in l. 2. num. 27. C. de iure emphyt. & plures, quos refert Dueñas, regula. 237. verbo, emphyteu-

num.1.lib.1.Iaſ. in l. manumiſsiones, num. 7.ff.de iuſtitia, & iure. Quare quod per legem, non permittitur, nec per pactum admitti debet, l. iuris gentium, §.prętor ait.ff.de pactis, Facit etiam pro hac parte, non vulgaris conſideratio, ſi perpendamus, quòd eccleſia quę huiuſmodi, bona cōceſsit in tertiam generationem, ita demum, ea conceſsiſſe videtur, vt ea finita, poſſet rurſus eadem bona ſibi capere, nec hæres quartus haberet, aliquod repetitionis ius. Quarè incautè, videntur loquuti, aduerſæ factionis auctores, qui eccleſiam inuitam, ad renouandum compellunt, ex auctoritate Bart. d. §.permittitur, non aduertentes vltimi poſſeſſoris hæredem, ſeu deſcēdentem, petentem renouationem, actione carere, ſine qua experiri nō poſſunt, neque audiendi ſunt, ex regula l. ſi pupilli, §. videamus.ff. de negoc. geſtis, & l. quoties, §. ſi temporali, ff.de admi.tut. Etenim, ſi ſucceſſor ius haberet, illud vtiq; ex perſona tertij poſſeſſoris, in cuius locū ſucceſsit, competeret. Quare, cum vltimi poſſeſſoris, ius omnino morte extinctum ſit, & emphyteuſis, ad eccleſiam reuerſa, iuxta iuris, & cōceſsionis formam, conſequens eſt, vt nullum ius poſt, mortem vltimi emphyteutæ, ſaluum maneat, nec actio ſucceſſori ſuperſit. argu.tx.in l. vxor patrui. C. de legat. ibi: *Res tuas, tantùm vſumfructum earum habens, legare non potuit*, textus, in l. ſi domus, §. fin. & ibi Bartolus. ff. de legat. 1. & & per Regulam l. nemo plus, de regulis iuris, in 6. & l. traditio. ff. de acquir. rerum domi.

8 Comprobatur hoc, & efficacius, nam cum contractus ex conuentione partium legem accipiant, reg. l. cōtractus, de reg. iu. in. 6. & huius conuentionis robur, viſq; ea ſit, vt finita tertia generatione, bona liberè ad eccleſiam reuertantur, ex forma conceſsionis, bene conſequitur, extincto vltimo poſſeſſore, ex lege contractus, nullam renouandi obligationem ſupereſſe. Aliter enim inanis, & ſuperuacua, huiuſmodi conuentionis lex exiſteret. Vltimò argumētum, quod DD. mutuantur, ex d. §. permittitur, contra illos potius retorquetur, ſi cum iudicio, verba Iureconſulti perpendamus: *Ius* (inquit) *aquæ ducendæ interdū datur perſonis, interdum prædijs, quod prædijs datur, extincta perſona non extinguitur, quod datur perſonis, amittitur.* Quāobrem, cum emphyteuſis tribus tātùm perſonis concedatur, extincta vltima perſona expirat, & omnino amittitur, & euaneſcit. Vides lector amantiſsimè, quanta ſit in hac re, inter auctores noſtros, controuerſia & varietas. Quamobrèm, paſsim canonici iuris gymnaſtæ, & eccleſiaſtici iudices, vix æquo animo ferre poſſunt, in ſuo foro, eam Bartoli ſententiam, in eccleſiaſtica emphyteuſi admitti, aſſerentes eccleſiæ fieri grauiſsimam iniuriam, prætextu ſimulatæ pietatis, dum plerīq; magiſtratus ſeculares, paſsim iudicant, eſſe è republica, facultates renouari, decernentes ne bona (quæ olim, clariſsimi homines, inanimarum ſalutem, & ſubſidium, ac Dei gloriam, Chriſtiana pietate, & munificentia commoti, in ſanctiſsimas eccleſias contulerūt) ab ipſis ad tempus, prophanis hominib⁹, ex liberalitate cōceſſa, ad ipſas liberè reuertantur, cauſantes, eccleſiarum opulentiam, laicorum inopiam, & egeſtatem, & finitimorum hoſtium, Chriſtianæ religionis potentiam, cui reſiſti non non poſſe, niſi huiuſmodi præſidiis,

facilè



facilè iactare ſolent, parùm conſyderantes, vtrunque diuinæ vindictæ eſſe certiſsimum effectum, contra eos qui eccleſias ſuis bonis ſpoliare contendunt. Cum tamen maiores noſtri, vt hoſtes vincerent, ac expugnarent, magnificis donis templa cumulauerint. Ex quibus iam vides lector candide, quantum difficultatis ſuſtineat, prædicta Bartoli opinio, in eccleſiaſtica emphyteuſi, & qualiter in apertum diſcrimen, ac periculum apud iudices eccleſiaſticos vocentur ij, qui eā, eccleſiaſticæ emphyteuſi accōmodant.

9 Hæc autem reſolutio, minus difficultatis habet, ſi adiiciatur clauſula, quæ paſsim in omnibus ferè, contractibus emphyteuticis, apponi conſueſcit, ſcilicèt, *Quod finitis tribus perſonis, emphyteuſis ipſa, cum omnibus impenſis, & melioramentis, libera, & expedita, & ſine vllo impedimento, ad eccleſiam, vel directum dominum reuertatur.* Eo enim caſu, in Senatu noſtro, non ſemel iudicatum eſt, dominum directum, ad renouationē faciendam, compellendum non fore, neque vllam aduerſus eum actionem competere: quin imò, ipſum liberè poſſe, prædium emphyteuticum, cui velit concedere, vt refert doctiſsimus Antonius à Gamma, Sacri palacii Senator ampliſsimus, Regiusq; Conſiliarius, deciſio. Luſitana, 41. In cauſa, num. 6. & rurſus, deciſio. 326. num. 8. Quod non abſque ratione decretum videtur, quoniā verba contractus, ad cauſæ deciſionem, ſemper inſpecienda ſunt, vt tradit Baldus, in l. ſi ſtipulatus, ff. de vſuris, & eſt tex. in l. fideiuſſores magiſtratuum, §. 1. ff. de fideiuſſor. quē text. ad id allegat Soccinus, conſil. 18. num. 1. vol. 1. Facit etiā tex. in l. intereſt, C. de ſolutio, & l. ad probationem, in. 2. C. de probation. ibi: *Quem tenor ſcripturæ deſignat*, & ibi rurſus, *Quantum lectio probat*. Quamobrem, per illa verba vulgaria, *E acabadas as ditas vidas, ficarâ o dito prazo, liure & deſembargado, com todos os gaſtos, & bemfeitorias, a elle direito ſenhorio, & a ſeus ſucceſſores, pera delle fazerem o que lhes aprouuer.* Ab illa æquitate, fundata in ratione, l. fin. C. de alluuio, & in doctina Bartoli, d. §. permittitur, receſſum eſt, quoniam pactiones, maximè in cōtractu emphyteutico, ad vnguem ſunt obſeruandæ, per l. 1. C. de iure emphyt. per quem text. dixit Natta, conſilio 49. num. 18. vol. 1. & Burſattus, conſ. 122. mihi ſupponitur, num. 13. vol. 1. quòd contractus emphyteuticus, nullam propriam naturam habet, niſi prout partes paciſcendo imponunt. Emphyteuſis enim, quamlibet recipit pactionem. §. adeò, inſtit. locati, & in d. l. 1. & ita tradit nouiſsimè Franciſcus Mantica, de coniecturis vltimarum voluntatum, lib. 7. cap. 9. num. 7. Quamobrem, nulla in hoc caſu, filiis, aut agnatis defuncti iniuria infertur à domino directo, qui vigore pacti, & conuentionis, cum primo emphyteuta, ſibi pꝛouidit, emphyteuſimq; ad ſe liberè reuerti ſtipulatus eſt, & de ea, liberè diſponendi facultatem reſeruauit. Quod non abs re eſſe videtur, multùm enim operatur conuentio & pactum initum, inter contrahentes, prout videmus in melioramentis, rei emphyteuticę, quæ non directi domini, ſed hæredum lucro, cedunt, quod tradit Speculator, in tit. de locato. §. nun aliqua, verſic. 131. & eſt communis ſententia, ſecundum Iaſo, in l. 2. num. 27. C. de iure emphyt. & plures, quos refert Dueñas, regula. 237. verbo, emphy-

 teu-

teuta, & tamen hęc ipſa ex pacto, & conuentione, inter dominũ, & emphyteutam, domini lucro reſeruantur, vt tradit Bartolus, in l. iubemus, §. fin. C. de ſacroſanct. eccleſ. tradit doctiſsimus Anton. à Gamma. deciſione 333. num. 3. Vlterius illud verbum, *Liure*, *& deſembargado*, videtur remouere, omnem exceptionem, tam iuris, quàm facti.

10 Et illud verbum Liberum, importat, quòd alterius conſenſus, nõ requiratur Panormita. in cap. ſi pro debilitate, de officio deleg. num. 5. & in cap. de multa, de præbend. & not. in cap. licèt epiſcopus, eodem tit. in 6. Corneus, conſi. 106. litera, *I*, vol. 2. vbi inquit, quòd verbum, Liberè, oſtendit præciſam voluntatem.

Et excludit requiſitionem alterius, ſine impedimento, quando alicui conceditur libera poteſtas, vt d. cap. de multa, & cap. licèt, ſequitur Ioannes de Imola, in cap. 1. de offic. ordinarii, Anton. in cap. irrefragabili, eodem, & gloſſ. in l. 1. C. de ſacroſan eccleſ. gloſſ. in Authen. omnes peregrini. C. commu. de ſucceſ. Baldus, in l. 2. C. de ſeruit. Baldus, per illum textum, in l. ſiquis maior, verbo, Libero arbitrio, C. de tranſactio. Angelus, d. authent. omnes. text. in l. magis puto. §. ſi æs alienum, ibi: *Non emptori liberum arbitrium datum eſt*, ff. de rebus eorum, Cardin. in cap. adhæc, de religioſ. domibus, gloſſ. in Clement. dudum, verbo. Liberè, de ſepult. tex. & ibi Domini. in cap. 2. de arbitr. lib. 6. text. in Clementina. 2. §. ſanè, de teſtamen. lib. 6. text. in cap. ſi quem, de procurato. in 6. textus, & ibi Dominic. in cap. 1. de regularibus, lib. 6. cap. ſtatuimus, verbo, Liberè, de regul. gloſſ. in cap. lator, de homicid. gloſſa, in Clementina fin. verbo, Liberè, de ætate & qualitate, & in Clementi. 1. de ſequeſtr. poſſeſ. & fru. textus, in cap. 1 de reſcriptis, verbo, Liberè, & ibi Barbatia, text. iuncta gloſſa, in l. imperialem. §. callidis, verbo, Liberè, de proh. feud. alien. per Federicum, cap. 2. verbo, Liberè, de feudis: facit cap. 2. verbo, Liberè, de locato, & cap. ſanè, de exceſſ. præl. & ibi Anton. cap. ad quorundam, eodem tit. verbo, Liberum, Clementi. 1. de pœn. verbo, Liberè, Romanus, conſi. 209. text. & ibi Baldus, in l. ſi quando, C. de inofficioſo teſtamento, Baldus, in cap. 2. de vſuris, in 6. Imola. d. cap. irrefragabili, text. in l. 1. ff. de teſtament. mil. & ibi Angel. & ibi Bald. referens Oldraldum, & Cynum, Bartol. in l. 1. C. de ſacroſan. eccleſ. Iacobus de Aretio in l. 1. §. nũciatio. ff. de oper. no. nũc. Baldus, in l. dotalem, C. de teſta. mil. Salyc. d. l. ſi quando.

Vndè, qui rem liberam, tradere tenetur, intelligitur abſque aliquo impedimento, Gozadinus, conſil. 27. n. 7. & conſi. 46. nu. 9.

Quarè, qui tradit rẽ obligatã, non dicitur, rem liberam tradere, idem Gozadin. conſi. 58. n. 1. & 2. & conſil. 91. num. 7. 9. & 10.

11 Importat etiam, iſta clauſula, quòd poteſt propria auctoritate capi poſſeſsio. Francus, in cap. ſi beneficia, n. 4. de præben. in 6.

Appoſitum etiam, in diſpoſitione, ad quam, quis aliàs erat habilis operatur relaxationem iuris, ſecundum gloſſ. Barto. & alios communiter, in l. ſi quando, C. de inofficioſo teſtamento, Barto. & ibi latè Iaſo, in l. 1. col. 2. C. de ſacroſan. eccleſ. & per Barbat. in cap. 1. de officio ordinarii, ita Ripa, in cap. ſicut Romana, de reſcript. lib. 2. num. 28. & 29. vbi num. 31. inquit, quòd reſcriptum alicui con-



cõceſſum, ꝙ poſsit liberè appellare, operatur ꝙ ille valeat appellare, in caſibus etiam à iure prohibitis. Sic etiam excludit appellationem, Iaſo in l. ſi filiam tuam, num. 8. C. de inofficioſo teſtamen. Vndè, in hoc caſu, videtur, quòd etiam ſi denegetur renouatio, appellatio tollatur.

Item, importat idem, quod dicere, *Res ſine alicuius cõtradictione deuoluatur*, vt notat gloſſ. in cap. Romana. §. 1. verbo, Liberè, de cenſibus, in 6. & notatur per gloſſam, & DD. in cap. cum plures, de officio delega. in 6. & per Ioannem Andr. in cap. licèt epiſcopus, de præbend. in 6. in nouell. & notat Archidiaconus, & Ioa. Andr. in cap. cum epiſcopus, per illum textum, de officio ordinarii, in 6. & per conſequens, intelliguntur in propoſita ſpecie, bona emphyteutica, taliter ad eccleſiam deuoluta, quòd nullus contradicendi, locus relictus ſit, quod ita tradit Alexander, conſil. 14. viſo, & conſyderato, num. 3. vol. 2. idem Alexander, conſil. 12. viſo themate, num. 1. uol. 2.

12 Quin etiam, & illud verbum Liberè, denotat, quòd nulla diminutio, in rebus reſeruatis fieri poſsit, nec per aliquod extrinſecum poſſit impediri effectus reſeruationis, vt probatur in cap. 1. in prin. verbo, Liberè, cum ibi not. per Ioann. Andr. de regularib. lib. 6. propter illud verbũ, Liberè, ait ibi Domini. quòd ibi probatur, quòd nouitius licèt per plures annos ſteterit in religione, tamen ſi non fuit alligatus ex profeſsione, poteſt liberè ad ſeculum reuerti, adeò vt ad reſtituẽdum impenſas factas tempore probationis, compelli non poſsit, ad idem text. in cap. cum epiſcopus, verbo, Liberè, de officio ordinarii, lib. 6. vbi Ioa: And, exponit verbum, Liberè, ideſt ſine alicuius contradictione, & not. per gloſ. & DD. in d. c. Romana, §. 1. verbo, Liberè, & ſup. diximus, nu. 12. Hic etiam liberam nõ dicitur habere rem, qui non habet vſumfi uctum, vel qui habet eam reſtituere, Calcaneus, conſ. 3. num. 8.

13 Item etiam, illa clauſula, *Liure*, *& deſembargado*, continet verba geminata, ideſt, liberum, & expeditum, quæ propter geminationem, multũ operari ſolent, vt latè per Corſettũ, in tract. de geminatione, vol. 12. tracta. & notatur in l. Balliſta. ff. ad Trebell. tradit Iaſo. in l. nominatim. ff. de liber. & poſth. & Barbatia, conſil. 56. viſo tenore. n. 3. & num. 6. vol. 3. vbi reſoluit, quòd verbum, Liberè, excludit omne onus, & impedimẽtum, per tex. in cap. 1. verſi. liber, & ibi Dominicus, de regu. iuris, lib. 6. Item etiam, geminatum importat, maiorem efficaciam, per Bald. in c. fin. de officio delegati. Facit etiam, pro hac ſententia, quod tradit Bal. in rubr. de contrah. emptione, q. 9. vbi voluit, verbum in contractibus appoſitum, etiam minimum, ita eſſe interpretandum, vt aliquid operetur, & non ſit ſine vigore. Sequitur Decius, conſi 2. nu. 5. Corſet. d. tract. de geminatione, nu. 5. & in tract. de minimis, 2. p. n. 4. & Iaſo. in l. eum qui ita, §. qui ita, ff. de verb. n. 9. plures refert Tiraq. in l. ſi vnquam, verbo, oĩa bona, n. 10. C. de reuoc. don. Ripa, in c. 1. de reſcr. n. 41. vbi idem reſoluit, in reſcripto, ſtatuto, & priuilegio.

14 Poſtremò, hæc clauſula, nihil aliud, quã ipſam renouatioẽ excludere videtur, cũ nihil ſit aliud, ꝙ operari poſsit, argum. tex. in l. nominatim. ff. de liberis, & poſthumis, vbi indefinita quæ non poteſt, niſi ad vnum referri, orationi ſingulari æquiparatur.

Nec obſtat, tx. in §. permittitur, quo principaliter, qui contrariam tuētur ſñiam, innituntur. Quoniam primò reſpondetur, quòd loquitur de conceſsione perſonarum. Non enim iuſta videtur argumentatio, Princeps facit iniuriam, non concedendo riuulum aquę, ex flumine publico deriuādum, aliis perſonis concedi ſolitum, prædio maximè neceſſarium, ergo eccleſia facit iniuriā, poſt finitā emphyteuticā conceſsionem, negando renouationē. Riuulus enim aquæ cōcedendus à principe eſt, ad meliores vſus ciuiū, inter quos meritò ille præcedit, qui probat aquam ſuo prædio, valdè neceſſariā, ſuis anteceſſoribus, fuiſſe conceſſam. Quæ ratio nō procedit in emphyteuſi, ab eccleſia conceſſa, quā extinctā ſibi mauult retinere. Vt ergo ille caſus ad rem faceret, oportebat probare, quòd princeps retinēs aquā, prò vſu ſuo ꝓprio faceret iniuriā, ꝙ ibi I. C. minimè dicit, ſed id tantùm, iniuriā facere, qñ alii concedit extraneo, ſecundum quē ſenſum procedit tex. in l. congruit, in prin. citatus probans, quòd fiſci colonus, eiuſq; hæres præcedit alios extraneos, nō ipſum fiſcum, volentem retinere.

15 Qui etiā hāc partem defendūt, inducunt Bart. in l. eum qui. nu. 2. ff. de interd. & releg. firmantes ceſſare renouationem; qñ primus, ſecūdus, vel vltimus, incidit in commiſſum, quoniā tūc ex forma cōtractus, emphyteuſis ad dñm reuertitur. Ergo, vbi finita eſt generatione, ad quā illa fuit conceſſa, idem rñdendum eſt, quoniā ad tempus cōceſſa, poſt illud prohibentur, habetur in l. necui 32. C. locati, vbi Bal. Roma. conſi. 112. in prin. Ripa, in l. 1. n. 12. ff. de priuil. cre. Iaſo, in l. 2. C. de iure emphyt. nu. 21. Grattus, conſ. 96. col. 3. vol. 1. Ruinus, conſ. 152. col fin. vol. 1. Fely. conſil. 32. Ancharr. & Imola, in c. ex parte, de feud. Alex. in l. ſi mihi, & Titio, ff. de verb. oblig. ad fi. Iacob. Philip. Port. lib. 1. concl. 22. licèt contradicāt alii ibi relati. Ex quibus, huiuſce opinionis ſectatores aſſerunt, perperàm dixiſſe Bar. in l. quicunq;, C. de omni agro deſer. lib. 11. n. 1. firmantem, emphyteutā rem, ad frugē, & culturam reducentem, ſuo labore & induſtria expelli non poſſe, cuius opīonem, aiunt, deciſionem tex. in c. ad aures, de reb. eccl. non alie. manifeſtè oppugnare.

16 Quidā huiuſmodi varietatē, & noſtrorū interpretū controuerſiam aliquādo, ſic componendā cēſebāt, vt prior ſententia obtineret, & admittēda foret, qñ eccleſia ſibi nollet retinere, aliiq; fortè extraneo vellet concedere, in qua ſpecie, ne diis penatibus, vt ita dicā, vltimi emphyteutæ ſucceſſor careat, ſuoſq; labores, adſpiciens ad aliū transferri, deplorare cogatur, (plurimū enim hac iure, momenti habere, melioramēta, intelligo ex Ripa, de remediis cōtra peſtē, n. 262. cū ſeq.) æquitas mouere debet, iudicantē, vt eccleſiā, huic potiùsquā extraneo renouare cōpellat. Cū enim cōis opīo, in ęquitate fūdata ſit, illa multò magis ab eccleſia, quā ab aliis obſeruanda eſt, vt tradit Iul. Clar. lib. 4. recept. ſñiarum, §. emphyteuſis q. 43. n. 3. Eſt enim eccleſia cultrix iuſtitiæ. In hac enim ſpecie, ſi rectè conſideretur tx. & gl. in d. §. permittitur, cuius exēplo Bartolus, & reliqui mouētur, vtiq; cōſiderari pōt, ꝙ Bar. ait, iniuriā fieri ſucceſſori, ſi res ipſa extraneo concedatur.

17 Contrariū verò, obſeruandum opinātur, qñ eccleſia, ſibi vult, finitā emphyteuſim applicare, & in propriā vtilitatē conuertere, tunc enim





ceſſat æquitas, & iniuria, quoniā prima charitas, à ſeipſo ſolet incipere, l. præſes, C. de ſeruit. & aq. Quāobrē tunc cōplures DD. aſſerunt, eccleſiā non cogi ad renouandū, vt conſtat ex Ant. Gabr. lib. 3. de iure emphyt. cōc. 1. n. 14. lim. 4. Quarè huic ſpeciei intelligebant applicādos fore, eos auctores, qui poſteriorem, ſupra dictam ſententiā tuentur. Quibus addo, quòd ita nominatim, hoc voluit Panormit. in cap. bonæ, de poſt. pręl. nu. 28. quem in effectu ſequitur Iaſ. conſi. 24. nu. 8. lib. 3. Ripa, in l. 1. ff. de priuil. credit. n. 9. Gozadinus, conſil. 39. nu. 19. & 21. & conſi. 86. nu. 24. & rurſus, conſi. 71. poſt num. 3. Miles, in Reperto. verbo, emphyteuſi finita, Aretin. qui in hanc magis inclinat ſententiam, in l. ſi mihi, & Titio. ff. de verb. oblig. n. 3. Corſettus, ad Panor. in c. bonæ, de poſtul. præl. nu. 3. Pariſ. conſi. 108. n. 55. vol. 1. & Alex. conſ. 80. n. 11. vol. 1. ſemper approbās Bartolū, qñ cōcurrunt extranei cum hærede vltimi poſſęſſoris. Ex quibus ipſi aſſerunt, hanc eſſe magis cōem ſententiam, licèt Decius, conſi. 131. & illū ſequutus Paulus Pariſ. conſil. 28. lib. 1. poſt nu. 6. contrariam ſententiam communem aſſerant, qui non aduerterunt, aduerſus eorum opinionem, eſſe text. in cap. ad aures, de rebus eccleſ. non alien. vbi ſi rectè perpendatur, nulla imponitur neceſsitas prælato, reformandi, finitam conceſsionem emphyteuticam. Quamobrèm, omnibus in locis, in quibus de hac re egit Bartolus, nunquam intellexit, quando eccleſia ſibi retinere voluiſſet, ſed ſemper agit, quando concurrunt extranei, cum hærede, ſeu deſcendente, vltimi poſſeſſoris emphyteuſis, & in hac ſpecie, hæredes præferendos eſſe cenſet, iuxta quam reſolutionem, conſulerunt Romanus, conſi. 22. num. 5. Ruinus, conſil. 12. num. 17. & conſilio. 151. à num. 16. vol. 1. Ioannes Cœphalus, conſilio 146. n. 5. vol. 1. Anton. Gabriel, vbi ſupra, concluſio. 1. num. 14. Quarè nulla iuris ratio admittit, vt eccleſia volente, ſibi capere, ipſa cogenda ſit, iterum renouare emphyteuſim finitam.

Vnū tamē, iſti ſemper excipiunt Decium, conſil. 131. per totum, vbi non ſemel aſſerit, eccleſiam ad renouandam emphyteuſim, cogendam eſſe: arbitratus aliter illuſoriam, & fruſtraneam, reddi communem ſententiam, renouandi ius tribuentem. Quoniam ſemper excluderetur, renouationem petens, quia ſemper dominus ſibi vellet retinere, & hanc videtur ſequi Antonius Gabriel. vbi ſupra, num. 15. & Auguſtinus Beroius, conſilio. 98. num. 16. vol. 1. aſſerens opinionem Abbatis, in d. cap. bonæ, non eſſe veram.

Sed nihilominus, priori adhærendum eſſe opinātur, Aliter enim, nulla vnquam emphyteutica conceſsio, temporalis finiretur, cum ſemper hæredes, finita emphyteuſi, ſeu tertia generatione, poſſent optimo iure, nouam conceſsionem petere, fruſtraque adijceretur illa clauſula, vt finita tertia generatione, res liberè ad eccleſiam, cum omnibus impenſis, reuerteretur. Denique cum Decius, ibi, varios auctores retulerit, nullus loquitur in propoſita ſpecie, quando prædicta clauſula adiecta eſt, vel quando dominus, ſeu eccleſia, ſibi vult, vt licebit perpendere, ſingula attentè legenti, ideóque, eius in hac re derridet ſententiam, illuſtris Franciſcus Sarmiento,

miento, lib. 3. Selectarum interpr. c. 7. ad fi. Nec Decius pertractat eam ſpeciem facti, quando in contractu emphyteutico conuētum eſt, vt tertia generatione finita, res liberè ad eccleſiā reuertatur. Totus enim eſt, in adducēdis doctoribus, ius petēdi renouationē aſſerētibus, cōpetere deſcēdētibus. Quod ipſi tñ intelligūt qñ eccleſia vult emphyteuſim, extraneis cōcedere, nuſquā verò agūt quando eccleſia ſibi vult, retinere. Ita enim intelligendi ſunt, quando quartū hæredē, habere ius prælationis, ideſt, vt extraneis præferantur, affirmant. Ex quibus re diligenter inſpecta, videtur reſoluendum, eccleſiam iterum, concedere emphyteuſim finitam, cogēdam non eſſe, quod tandem poſt varios ſenſus, ſic intellexit, Iaſo, conſi. 24. nu. 8. vol. 3. Zaſius, conſi. 8. vol. 2. Staphyl. de lit. grat. cap. de modis prouiſiuis, incip. ſupereſt, nu 3. tomo. 14. tract. fol. 26. Iacob. Philipp. Portius, lib. 1. recept. ſent. concl. 1.

17 Poſtremò, quidā nonpñt accedere iis auctoribus, qui indiſtinctè Barto. intelligunt, fuiſſe loquutum, ſiue eccleſia alii velit cōcedere, ſiue nolit, quoniam nec hoc Bart. dixiſſe, nec dicere potuiſſe, exiſtimant, quod ſanè perſuadetur, animaduertenti eum fore intelligendū, ſecundū tex. in d. §. permittitur, quē adducit, cuius quidē caſum genuinū, & germanū ſenſum, ſi (vt ipſi) perpenderis, planè agnoſces, I. C. ibi tantùm fuiſſe loquûtum, qñ conceſsio fuit realis, non merè perſonalis. Et hæc in ſtricta diſputatione obtinebunt.

18 Cœterùm ego (licèt ab iis, quæ ſæpius iudicata ſunt, vel frequētiùs in ſcholis, paſsim recepta facilè recedere nō audeā, quoniā minimè mutanda ſunt, quæ certā ſemper interpretationē habuerunt, l. minimè. ff. de legibus) etiā quibuſcunq; clauſulis, non obſtātibus æquius, & benignius eſſe cenſerē, indiſtinctè ab eccleſia renouationem emphyteuticam, concedendā fore, & ad renouandū cogi poſſe, tùm ex prædicta Bartoli ſententia recepta, in d. §. permittitur, tùm etiā ex his auctoribus quos ſuperius retulimus, qui aſſerūt eam Bartoli doctrinā, etiā in eccleſia procedere. Quæ reſolutio, & ratio cōis ſentētię renouationē ſuadētis, æquè militat in eccleſia, atque in quolibet priuato. Neq, vrget vulgaris clauſulę robur, & adiectio, quę renouationis vim, & ius penitus exhaurire vr, quoniā cum conceſsio emphyteutica, certis temporū anguſtiis, trium perſonarū, plerunq; à iure circūſcribatur, ac limitetur, effectū quoq; limitatum producat, tx. in agris. ff. de acq. rer. domi. adeò vt elapſo conuētionis tēpore, conceſsio prohibita oīo cenſeatur, l. ſtatu liber. §. Stichū, & ibi Bar. ff. de leg. 2. l. 3. in princ. cum glo. ff. de ſeruit. Auguſt. Beroius, cōſ. 177. n. 77. vol. 2. ipſaq; res, finita generatione, vel tēpore præſcripto, libera ad dñm, ipſo iure reuertatur, conuentionis adiectio, & expreſſa ſuper ea re conuētio eius, q ex ipſi⁹ rei natura tacitè inerat, renouatiōis æquitatē, cui expreſsè renunciatum nō eſt, excludere nō pōt. Cū ea, quæ de iure ſpeciali, & humanitatis intuitu cōpetunt, difficilius tollātur, l. ei⁹ militis, §. militia miſs⁹. ff. de mil. teſt. Etenim, hmōdi expreſsio, ſcilicèt, vt res liberè ad eccleſiā reuertatur, p ſe ineſt, ex natura cōtractus emphyteutici, vñ expreſsio eorū, quę tacitè inſunt, etiā per viam diſpoſitiōis nihil operatur, tx. in l. hæc verba. ff. de leg. 1. & in l. ſi arrogator, ff. de adopt. & in l. vnū ex fam. §. 1. ff. de leg. 2. & l. quęſitum,



ſitum, §. fin. ff. de diſtr. pigno. & in l. non rectè. C. de fideiuſſor. & in l. Titiam, ff. ad legē Falcidiam, & in l. ſi in diem, ff. de conditio. & demonſt. Alexand. conſi. 33. num. 5. vol. 1. Turzanius, poſt communes opiniones Regula 50. Soccinus Iunior, conſil. 177. num. 22. vol. 2. & nouiſsimè Symon de Prætis, conſi. 37. nu. 28. vol. 1, & rurſus, conſilio. 76. num. 15. eod. Auguſtinus Beroius, conſ. 140. num. 7. vol. 2.

19 Facit pro hac ſententia, quod eleganter conſuluit, Ioānes de Imola, conſi. 38. In nomine, &c. in caſu præmiſſo, vbi in ſimili, in emphyteutico contractu, fuerat apposita clauſula (*Quòd finita, generatione, res ad eccleſiam rediret, in eo ſtatu, in quo prius erat*) quæ eſt æquipollens ſuperiori, & reſpondit, quòd licèt pactum in conceſsione adiectum, ſeruandū foret, per l. in traditionibus, ff. de pactis, & l. 1. §. ſi conueniat, ff. de poſiti, & l. contractus, ff. de regul. iur. & l. Imperatores, ff. de poſtulando. Nihilominus tamen, de æquitate renouationem, fore concedendam. Qua in re plurimum prodeſſe, ac iuuare melioramenta, imò neceſſariā fore eorum allegationem, & probationem, non obſcurè, tradit doctiſſimus noſtro ſeculo, Regius Senator, Aluarus Valaſcus, de iure emphyt. quæſtio. 1. num. 20. ad finem, & rurſus, quęſtio. 2. nu. 7. vbi non ſemel ita iudicatum fuiſſe teſtatur, cuius ſententiam ſequitur nouiſsimè doctiſsimus pręceptor meus Ioannes Garſias Galecus Iureconſ. in doctiſsimo tractatu de expenſ. & meliora. cap. 15. num. 18. vbi tamen carpit Valaſcum aſſerentem, meritò poſſe renouationem denegari, niſi meliorationes probētur factę in re emphyteutica, ex Bartol. d. §. permittitur, vbi Bartol. de meliorationibus neceſſariis, ad faciendam renouationem nihil dicit, ideoq; exiſtimat Ioann. Garſias, ſufficere ſi res deteriorata non ſit: tandem concludit plurimùm, profuturum, ſi res meliorata reperiatur, vt fiat renouatio, & optimè allegari, vt impetretur. Cuius ſentētiam iuuat, quod tradit Ruinus, conſil. 157. vol. 1. num. 14. vbi reſoluit, conductorem ad longum tempus, poſtquàm rem ad culturam redegit, & eam omnino meliorauit, prælatum, ad eam ſibi in emphyteuſim perpetuam, concecendum, cogere poſſe. Refert, & ſequitur Marzarius, conſi. 15. col. fi. Franciſcus Burſattus, conſil. 24. apparet inſtrumento, vol. 1. num. 8. vbi cōmunem teſtatur, & ibi alios allegat. Quæ ſententia benignior eſt, quoniam fauet agnatis, ex Afflicto. lib. 3. feudorum, in cap. ſi contigerit, an agnati, vel filij, num. 19. Quāobrē, ſuprema Luſitaniæ tribunalia obſeruāt (quod vidimus iudicatum, iſto Anno, 1584. in cauſa Gregorii Mendez do Rio, aduerſus monaſterium Diui Vincentii) vt etiam ſi eccleſia, finitam emphyteuſim, ſibi retinere velit, & alleget propriam neceſsitatem, & rei familiaris anguſtiam & inopiam, nihilominus deſcendentibus, ſeu proximioribus agnatis, vltimi poſſeſſoris, emphyteuſim renouare compellatur, quæ ſententia, remoto iuris rigore, & ſtricta diſputandi ratione, mihi iuſtitiæ, & æquitatis pleniſsima eſſe videtur. Quæ enim, circa renouationis concedendæ æquitatem, inter priuatum, & eccleſiam differentia eſt? quæ quoad directū dominiū diſsimilitudo? quæ differentiæ ratio inter priuati, & eccleſiæ neceſsitatem, quæ renouationis beneficium

remo-

remouere poſsit? certè nulla.

20 Quarè lubens in hoc amplector Decii ſententiam, d. conſil. 131. tanquam æquitati magis conſentaneam, quam nouiſsimè ſequitur Auguſtinus Beroius, conſi. 98. viſo, nu. 16. vol. 1. Hieronymus Gabriel. conſil. 30. num. 10. Thobias Nonius, cõſ. 3. viſo themate, per totum, vbi latiſsimè conſuluit, eccleſiam teneri renouationem, finitæ emphyteuſis cõcedere, & de ea inueſtire hæredes & deſcendentes vltimi poſſeſſoris, etiam ſi vellet, rem reuerſam pro ſe retinere. Licèt, malè contrarium tenuerint Abbas, in cap. bonæ, n. 28. de poſt. præla. Miles, verbo. emphyteuſi finita, Iaſo. cõſ. 28. n. 8. lib. 3. Gozadinus, conſi. 39. prima facie, num. 21. Ripa, in l. 1. de priuile. credito. & Coſta, de Regni ſucceſ. fol. 73. verſi. cœterùm, ſi velit. Contendentes dominum directum, ad renouandum emphyteuſim finitam, nõ obſtringi, ſi ſibi potius velit retinere. Quæ ſententia, tùm Reipublicæ Chriſtianæ, & communi hominum ſocietati, tùm ciuium, vtilitati pernicioſa eſt, & inhumana, & publicę charitati viã oĩo præcludit. Ideoq; meritò à grauiſsimis nr̃is Regiis Senatoribus, paſsim exploditur. Cum enim finita emphyteuſi, ius petendi renouationem, ſeu inueſtituram, deſcendentibus, ſeu proximioribus agnatis, vltimi morientis acquiſitum ſit, eccleſia huic iuri quæſito, præiudicare non poteſt, argum. cap. licèt, de decimis, & cap. dudum, de priuilegiis, & cap. quod per nouale, de verb. ſign. cum vulgatis.

21 Et ita vidimus iudicatum, aduerſus illuſtriſsimam Duciſſam Brigantiæ, D. Iſabellam, anno 1564. per Iureconſultiſsimos viros Franciſcũ de Leiria, Ioannem de Melo, & Didacum Rodriguez Cardoſo, in fauorem cuiuſdam Menciæ Luys, oppidi de Guimarães, ſororis Leonoræ Luis defunctę, quę fuerat vltima vita, ſeu perſona, in emphyteuſi, bonorum Regalium. Cum enim, prædicta Mencia, mortua ſorore, fundi emphyteutici poſſeſsionem ingreſſa, à prædicta illuſtriſsima Duciſſa, rei vendicatione, ex lege contractus conueniretur, vt fundum dimitteret, vacuamq; poſſeſsionem traderet. Rea excepit de iure renouationis, pro quo retentionem ſibi competere aſſerebat, quoniam erat de ſanguine primi emphyteutæ: & non obſtante allegatione actricis, quòd fundus emphyteuticus fuerat conceſſus, ſub prædictis clauſulis, (quòd finita generatiõe ad dominũ reuerteretur, liber, & expeditus, cũ omnibus melioramentis, & illum, cui vellet concedere poſſet) fuit cõdemnata, vt renouationem faceret dictæ Menciæ reę conuentæ, & reuocata fuit auditoris ſententia, qui in prima inſtantia dictam Menciam condemnauerat, & perperàm pronunciauerat, D. Iſabellam, ad renouandum non teneri, tùm ex dicta clauſula, *Liure & deſembargado, pera del le fazer o que lhe aprouueſſe*, tùm etiam, quia ſibi retinere volebat, pro ſuis neceſsitatibus. Aduerſus quam ſententiam ſupremi Senatus, fuit ſupplicatum, pro parte illuſtriſsimæ Duciſſæ, & ſupplicatio denegata fuit.

22 Ex quibus, cum difficulate in praxi admitti poterit ſententia, Auguſtini Beroij, conſilio. 98. num. 16. verſi. ex cauſa tamen, volu. 1. reſoluentis, in vno caſu eccleſiam finitam emphyteuſim pro ſe retinere, & denegare, renouationis beneficiũ poſſe, qñ ſcilicèt bona ſufficientia, pro ſuis ſeruientibus, & miniſtris, non haberet, quaſi tũc ordinata charitas, ſuadeat, quòd eccleſia pro ſe potius retineret, quàm alteri relaxaret, arg. c. paſtoralis, de his quæ fiunt à prelatis, ibi: *Suſtentatione vicarij reſeruata*, & habetur in c. vt ſuper, de reb. eccleſ. non alien. & faciunt notata, per Iacob. de Bello viſu, in c. 1. qui feud. dare poſſ. Nam eadem ratio indigentiæ, & neceſsitatis verſatur, in quolibet priuato, qui bona non habet, quæ leuãdæ rei familiaris, penuriæ ſatis eſſe poſſunt, vel fortè nobilis eſt, qui vndè equum alat, vel liberos exhibeat, vel vxoris dignitatem, ac familiæ decus fulciat, ac famulos ſuſtentet, & eis alimenta, ſubminiſtret, non habet. Si enim, hæ commiſerationis, & pietatis cauſæ iudicantis animum, commouere poſſunt, pro domino, cuius ſtatus, & vitæ conditio, in inopia, & egeſtate deliteſcit, eædem, certè, & multò efficaciores, pro vltimi emphyteutæ deſcendente vigent, cuius dignitas, auctoritas, ademptis bonis, ſquallore, & miſeria inſordeſcet, & ad turpiſsimum vitæ ſtatum, deiicietur. Quid enim inhumanus, quid crudelius, quid magis impium, & ab omni charitate alienum, quàm finito emphyteuticæ conceſsionis, præſcripto tempore, vltimi moriẽtis hæredem, ac ſucceſſorem bonis emphyteuticis, & fundo beneficiario, in quo defecit pater ipſe minor creuit, & maiorum imagines, aut fixas, non videre, aut reuulſas intueri ſatis lugubre eſt, denudare, exuere, & miſerè ſpoliare? Quid triſtius, aut luctuoſius eſſe poteſt, quàm emphyteuſim, quam auus ad culturam redegit, pater meliorauit, nepos amplificauit, ædes, ac collapſa ædificia fulſit, ac exuta ſterilitate, ſuo labore, & induſtria, citra vllam directi domini impenſam, fructuoſam reddidit, à deſcendente auferri, ac extorqueri? Valeant igitur, inhumani iuris cenſores, ac rigidi, ſeueriq; iuſtitiæ vindices, & aſſertores, qui tantopere directo dominio blandiuntur, vt omni iuris pręſidio, fauorabilem, ac vtilem reipublicæ, & quàm maximè neceſſariam renouationis cauſam, deſtitutam relinquant.

23 Nec prædictę reſolutioni refragatur, duplex illa, ac geminata vis, illius clauſulæ, *Liure, & deſembargado*, hoc eſt, quod emphyteuſi finita res, libera, & expedita remaneat domino directo. Nam licèt hoc doctiſsimi viri comminiſcantur, aliquot iurium auctoritate ſuffulti, quia tamẽ res hæc, non eſt apertè in iure expreſsa, ſed ex vera, & propria vocum ſignificatione dependeat, ego illis in hac parte aſſentiri non poſſum. Quoniam etſi idem verbum per ſynonimiam decies, in eadem oratione repetatur, nũquam ob hãc ſolam cauſam, à ſua natiua ſignificatione recedit, quam, ſi ſemel poneretur, haberet. Nam talis replicatio, diuerſorum verborum, idem ſignificantium, etſi aliquando fiat ad rei exaggerationem, exprimendam, ſæpe tamen fit, vbi nulla eſt rei exaggeratio. Nec tamen ideò fruſtranea, & ſuperflua, talis verborum, idem ſignificantium, replicatio, dicenda eſt. Quoniã ſępe fit ad maiorẽ rei explicationem. Aliquando etiã contingit, vt nõ ſolũ verba diuerſa, idẽ ſignificantia, ſed idem verbum, ob ſolam ornatus, & decoris cauſam, in eadem oratione, ſine aliquo alterius vocis interuallo repetatur: quam vocis repetitionem Græci ταυτολογίαν nuncupant, vt conſtat ex libro de figuris Aquilæ Romani, pag. 40. Et hac eloquutionis figura, non ſolùm

ſolùm prophani auctores, ſed etiam ſacræ literæ, ſæpe vtuntur, nam propheta Regius, Pſalmographus, pſal. 121. ait, *Illuc enim aſcenderunt tribus, tribus domini, teſtimonium Iſrael*, Et ibidẽ, rurſus, *Quia illic ſederũt, ſedes in iudicio, ſedes ſuper domum Dauid*. Et per Hieremiam prophetam, dominus ait, *Me dereliquerunt fontem aquæ viuæ, & foderunt ſibi ciſternas, ciſternas diſſipatas, quæ continere non valent aquas*. Ecce toties, in ſacris literis factam eiuſdem vocis repetitionem, quod ita aduertit Alphõſus de Caſtro, de poteſt. leg. pœna. lib. 2. c. 1. fol. 104. Quòd ſi hoc ſacræ literæ ornatus cauſa admittũt, mirũ nõ eſt, ſi eiuſdẽ vocis, aut diuerſæ idem ſignificantis repetitionẽ admittamus, ac proindè ex hac Synonimia nullus reſultet iuris effectus.

# Queſtio. IX.

## SVMMARIVM.

1 *Renouatio emphyteuſis, denegatur deſcendentibus, quando poſſeſſor renunciauit emphyteuſim, in fauorem alterius, accedente domini conſenſu, vel ſi refutauit in manibus domini, vt de ea liberè quem velit, poſſit inueſtire.*

*Bartoli doctrina, in d. §. petmittitur, loquitur quando emphyteuſis vacauit, & finita eſt per mortem vltimi poſſeſſoris, non per renunciationẽ, vel aliũ actũ, inter viuos, qui eſt diuerſus vacationis modus.*

2 *Vacatio per reſignationem, & vacatio per mortem differunt.*

*Emphyteuſis refutatio, facta in manibus domini directi, vel in fauorem alterius, nocet ijs, quibus per mortem refutantis, illa erat acquirenda.*

*Renunciatio emphyteuſis, nocet filijs, quibus poſt mortem patris renũciantis, erat obuentura, ſecundũ formã conceſſionis.*

3 *Emphyteuta, quando renunciat emphyteuſim in manibus domini, non poſſunt proximiores ab eo retrahere, ſtante ſtatuto, quòd id facere poſſint, eſt enim illa quædam reſolutio emphyteutici contractus, per quam vtile dominium, cum directo conſolidatur.*

4 *Renouatio emphyteuſis denegatur, quando emphyteuſis propter culpam, viuente emphyteuta, cõmittitur, veluti propter canonẽ non ſolutum, abuſum rei, & pacta non ſeruata.*

*Solutiõis canonis defectus, adeò eſt potẽs, vt noceat etiã filijs, in inueſtitura cõprehẽſis.*

5 *Renouatio non debetur, ſi res in commiſſum cadat, etiamſi apponatur pactum de renouando.*

*Ex pacto de renouando, nullum ius in re, quæſitum eſt, ſed actio tantùm perſonalis, contra dominum directum, oritur ad renouandum, quòd ſi fiat alteri renouatio, actio tantùm ad intereſſe, aduerſus renouare promittentem, datur.*

6 *Liuellarius, ſi non ſoluat canonem, eccleſiã ad renouandũ cogere non poteſt.*

*Pœna debet eſſe perpetua.*

7 *Culpa poſſeſſoris, ſi ipſummet excludit, multò magis, & eius ſucceſſorem, qui nullum ius habet.*

*Aequitas renouationis ceſſat, quando emphyteuſis propter culpã poſſidẽtis finitur.*

8 *Renouatio etiam ceſſat, quando emphyteuta, qui adhuc habebat, poteſtatem nominandi ſecundam, vel tertiam perſonam, quempiam nõ nominauit, tunc enim emphyteuſis, liberè ad dominum reuertitur, licèt emphyteuta habeat trãſuerſales hæredes, ad quos per l.* Reg. *lib. 4. tit. 62. §. 3. emphyteuſis non tranſit, ſed magis ad dominum directum.*

9 *Interpretata lex* Regia, *lib. 4. tit. 62. §. 3.*

10 *Eccleſiaſtica emphyteuſis, ad aſcendẽtes non tranſit.*

Feudum



11 *Feudum ad aſcendentes non tranſit.*

12 *Renouatio emphyteuſis, filio ſpurio nõ debetur, vel illegitimo.*

13 *Renouatio collateralibus conſanguineis, non debetur, quoties emphyteuſis pro filio, vel filia fuit cõceſſa, quemadmodum enim frater durante inueſtitura, admitti nõ põt, ita neq; ad renouationẽ petendã.*

*Prima conceſſio, ſemper eſt attendenda.*

*Renouatio, ſemper videtur facta ſecũdum formam primi contractus.*

14 *Ius renouationis conſyderabile non eſt, antequã emphyteuſis, per generationem extingatur.*

*Emphyteuta vltimus, ſeu poſſeſſor, antequàm vita decedat, poteſt dominus de illius cõſenſu, emphyteuſim in aliũ extraneum transferre.*

*Renouandi iure priuantur agnati, quando vltimus poſſeſſor de conſenſu domini, rẽ emphyteuticam, in extraneũ alienauit.*

15 *Renouatio, an tranſuerſalibus, vel cõſanguineis, infra quartum gradũ debeatur? & his denegari aſſerunt aliqui.*

16 *Renouationem deberi conſanguieis infra quartũ gradũ, communis eſt ſententia.*

17 *Renouatio non debetur collateralibus, neque conſanguineis, niſi quando tantũ foret vſus, quòd deſcendentes ad petendam renouationem admitterẽtur.*

*Præſcriptio temporis, in conſuetudine interpretatiua non requiritur, ſed ſufficit aliquo tempore, ſic eſſe obſeruatum.*

18 *Renouationem petens, nõ requiritur, neceſſariò quòd ſit hæres vltimi poſſeſſoris, dummodo ſit de genere, & de agnatione, primi acquirentis.*

19 *Ius petendi renouationẽ, regulatur ab ea qualitate, quæ præſtare poteſt ſuccedẽdi poteſtatem, & propter quam defunctus ſucceſſit, & illam fuit conſecutus.*

*Inſpicienda eſt qualitas conceſſionis, ad quam ſi ſoli hæredes admittantur in petenda renouatione non admittentur agnati, niſi hæredes ſint, ſecus ſi tantùm deſcendentes, vel agnatos admittat.*

*Renouationẽ petens quamuis hæres vltimi poſſeſſoris non ſit, admittendus eſt dummodo ſit conſanguineus.*

20 *Renouationẽ petens emphyteuſis, debet eſſe hæres, vltimi poſſeſſoris, nec aliter audiendus eſt.*

*Interpretata. l. 1. §. permittitur, ff. de aquæ quot. & æſti.*

21 *Renouatio ex æquitate contra iuris regulas procedit.*

22 *Renouatio deſcendentibus tantũ competit. Sed contra veriùs, ibidem, n. 23.*

24 *Ius renouationis emphyteuticæ, hæreditarium eſt.*

25 *Frequens noſtrarum emphyteuticarum conceſſionum forma, quæ ſit.*

26 *Renouandi ius competit, hæredi vltimi poſſeſſoris nominati, iuxta regni conſuetudinem.*

27 *Emphyteuſis cõceſſa pro filiis accipiẽtis cũ feudali conceſſione, conuenire videtur.*

28 *Renouationẽ petens debet eſſe hæres.*

*Renouationẽ petens debet habere aliquam cauſam, ab vltimo poſſeſſore, vt ſic illũ repreſentans, poſſit renouationem petere.*

29 *Sãguinis ratio, licèt defuncto ſucceſſionem, ſecundũ domini voluntatẽ, præſtiterit, facultatẽ petendi renouationẽ, concedere potens non eſt, niſi titulus hæreditarius, quo poſſit defunctus repreſentari concurrat. Et ibi, diſcuſſa & examinata Decij Doctrina, conſ. 78. nu. 5. & Bald. in cap. 1. quemadm. feu. ad fil. pert.*

30 *Renouationem agnatus, petere non poteſt, licèt vltimi poſſeſſoris, non ſit hæres, niſi emphyteuſis hæreditaria ſit. Quod verum dummodò ſaltem habeat, aliquem titulum particularem, ab vltimo poſſeſſore, quo poſſit repreſentatio, & æquitas fundari.*

31 *In emphyteuſi ſemel excluſus, perpetuo excluſus manet, idemque in fideicommiſſis.*

*Linea, & agnatio vltimi poſſeſſoris, quã emphyteuſis, ꝑ ſucceſſionẽ ſemel ingreſſa eſt*

con-

*conſyderari debet, quando agitur de ſucceſsione, vel renouatione.*

*Fœmina vocata in defectum maſculorum excludit omnes maſculos, qui iam fuerunt à Maioratu, ſeu fideicommiſſo excluſi.*

32 *In fideicommiſsis familiæ relictis propinquiores vltimo poſſeſſori præferendi, & admittendi ſunt.*

33 *Filij, & hæredes vltimi poſſeſſoris renouationem petentes, audiendi ſunt, etſi omnino ſint extranei. Quales ſunt emptoris filij.*

*Agnatio vltimi poſſeſſoris, & non primi acquirentis eſt conſideranda.*

*Emptoris filij, & hæredes, renouationem petere poſſunt.*

34 *Renouationem petendi ius, agnato proximiori competit.*

35 *Proximus vltimo poßeſſori, renouationem petens, audiendus eſt.*

*Proximitas vltimi vaſſalli, non primi acquirentis in feudis attenditur.*

36 *Proximitas reſpectu vltimi poſſeſſoris, attenditur in maioratibus.*

*Proximiores, primo teſtatori admittuntur quando teſtator propriam familiam vocauit, non eorum, quos nominauit.*

*Res non debet exire à linea, quam ſemel intrauit, qua deficiente admitti poſſunt collaterales, ſi id conceßio patiatur.*

37 *Renouationem petens, ſatis eſt, quòd ſit agnatus proximior, vltimi poſſeſſoris, quando emphyteuſis fuit conceſſa pro filio, vel filia, aut certis perſonis nominandis.*

1 QVæ diximus ſupra, de renouatione cõcedenda, vtiq; procedunt, quotieſcunque emphyteuſis, per generationem finita eſt, & extincta. Sin autem per poſſeſſoris renunciationem, in manibus domini liberè factam, vel in fauorem alterius, vel vt dominus liberè, cui velit, donare poſsit, finiatur: aliter dicẽdum eſt. Etenim Bar. ſolùm loquitur quando emphyteuſis, per mortem vltimi poſſeſſoris, vacat, in quo caſu probat, emphyteuticam conceſſionem deſcendentibus, ſeu proximioribus agnatis, renouandam fore: & ſic, quando nihil in vita de emphyteuſi poſſeſſor diſpoſuit. Quòd ſi primus, vel ſecũdus, vel vltim⁹ poſſeſſor, de ea aliter diſpoſuerit, dñsq; direct⁹, refutationi, ſeu renũciationi, in alterius etiã penitus extranei fauorẽ, cõſenſum adhibuerit, eo caſu, nullus vnquã ex auctoribus, quos viderim, ſcripſit deſcendentibus, ſeu proximioribus agnatis, vltimi morientis competere renouationem, aut illis, pro renouationis iure, vllã querimoniam ſupereſſe. Diuerſus enim eſt, hic vacationis, ſeu extinctionis modus, quarè diuerſa omnimodò debet eſſe iuris diſpoſitio, c. ſuſceptum, & ibi gloſſ. de reſcr. lib. 6. & ibi DD. vbi probant, conceſsionẽ ſeu collationem, vel prouiſionem, beneficii, tanquàm vacatis per mortem, non dici factam, ſi illud per renunciationem vacauit, vel è contra.

2 Quarè in propoſito, licèt Bartolus, & communis, emphyteuſis vacantis per mortem, ius petendi renouationem, proximioribus concedat, non proindè, quando illa vacauit per reſignationem, & ad dominum directum, reuerſa eſt, conceſſiſſe, imò magis denegaſſe videtur, quemadmodum, in d. cap. ſuſceptũ fuit denegatum beneficium. Quod etiam tradit Soccinus, conſil. 32. n. 1. vol. 1. & Lappus allegat. 89. n. 2. Iuuat, quod in ſpecie tradit Albericus, in l. 2. col. fi. C. de iure emph. vbi reſoluit, quòd refutatio emphyteuſis





facta in manibus domini directi, vel in fauorem alterius, nocet iis, quibus per mortem refutantis, illa erat acquirenda: quem ſequitur ibi. poſt Baldum, col. 2. Iaſo, num. 24. Panormita in cap. 1. de feudis, Pynell. in l. 2. C. de reſcind. vendi. 1. parte. c. 4. n. 2. & doctiſsimus Valaſcus de iure emphyt. q. 38. num. 24. verſic. in emphyteuſi, quib⁹ adde Tiraquell. de retr. ligna. §. 34. gloſſa. 1. num. 1. cum ſeq. Afflict. deciſio. 307. n. 11. Aufrer. ad capellam Toloſ. q. 404. & nocere filiis, huiuſmodi renunciationem, ad quos emphyteuſis erat, poſt mortẽ patris renunciatis ventura, ſecundũ formam conceſsionis tradit, doctiſſimus Valaſcus, d. tract. q. 49. num. 6. omnis enim cõceſsio, emphyteutica, tacitã videtur habere conditionem, ſcilicet, niſi emphyteuta ex domini cõſenſu, aliter diſponat. Tira. de retr. lig. §. 1. gloſ. 14. n. 110. & num. 111. & rurſus §. 34. gloſſ. 1. num. 7.

3 Iuuat etiam, notabilis Baldi ſententia, conſi. 300. vol. 1. firmantis, quòd quando emphyteuta, renũciat emphyteuſim, in manibus domini, non poſſunt proximiores, ab eo retrahere, extante ſtatuto, quòd id facere poſsint. Ceſſat enim ſtatuti vis, & poteſtas, facta renunciatione, in manibus domini, quoniam illa eſt quædã reſolutio emphyteutici contractus, per quã vtile dominium cũ directo conſolidatur, & coaleſcit, ꝙ etiã voluit Maſſuerius, in praxi, tit. de locato, §. item emphyteuta, & ita anno 1573. dum in Bracarenſi curia honorificæ aduocationis, munere fungeremur, obtinuimus in cauſa cuiuſdã Gregorii Pirez, ſuper fundo emphyteutico, cuius directum dominium ſpectabat, ad monaſterium illius ciuitatis, Deiparæ Virginis remediorum.

4 Ex prædictis infertur reſolutio, alterius quæſtionis, vt etiã quando emphyteuſis, non per mortem poſſeſſoris extinguitur, ſed propter culpam eo viuente committitur, veluti propter canonis ceſſationẽ, & ſolutionis intermiſsionem, abuſum rei, & pacta non ſeruata, caderet in cõmiſſũ, in eo caſu emphyteuſis renouatio deneganda ſit, vt oẽs conſtanter affirmant, ita Romanus, conſil. 112. in prin. Decius, conſ. 329. col. fin. verſi. non obſtat. Pro qua ſententia facit, quod notat Speculator, tit. de locato, §. nunc aliqua, verſi. 77. Bart. in l. eum qui, ff. de interdict. & releg. Bald. in l. 2. C. de liber. & eorum lib. & in l. adoptiuum, §. patronum, ff. de in ius vocan. Salyce. in l. 2. q. 23. & ibi Iaſo, num. 21. C. de iure emphyt. Ancharr. & Imola, in c. ex parte, de feu. quibus in locis reſoluũt, propter nõ ſolutionẽ, à patre cõmiſſam, excludi filiũ, cõprehenſum, in contractu emphyteuſis. Ergo multò magis deſcẽdẽtes non cõprehenſi, ita declarat tex. in l. 1. §. permittitur, ff. de aq. quot. & æſti. Hieronymus Grattus, conſi. 96. num. 23. vol. 1. Ruinus, conſ. 152. col. fin. vol. 1. & conſi. 155. col. fin. eod. Alex. in l. ſi mihi & Titio, ad fi. ff. de verb. obl. Corſett. in apoſtillis, ad Abbatem, in cap. bonæ, de poſtul. prælat. Curtius, in tract. feudo. 2. parte, quæſt. 15. in fi. Ripa, in l. 1. nu. 12. ff. de priuil. cred. Felinus, conſi. 32. nu. 9. Franciſcus Viuius, lib. opin. cõmu. verbo, emphyteuſi finita, Ant. Gabr. lib. 3. cõmu. concl. 1. limit. 1. n. 8. Soccinus, lib. 3. conſil. 9. num. 13. & vltra prædictos tradit Præpoſitus, in cap. 1. quemadmod. feu. ad fœmi. pert. n. 3. & poſtremò tradit Hyppol. Rym. conſi. 257. num. 101. & 102. vol. 3. vbi inquit doctrinã Bartoli, in d. §. permittitur, non procedere in emphy-

teuſi finita, propter canonem non ſolutum. Adeo enim iſte defectus, ſolutionis canonis conuenti, eſt efficax, & potens, vt noceat etiam filiis, & aliis, in inueſtitura comprehenſis, vt tenet Speculator tit. de loca. §. nũc aliqua verſic. 78. per l. Diuo Marco. C. de queſtio. & Bart. in d. l. eum qui. cum aliis adductis, per Alex. conſil. 119. in fi. vol. 5. & conſil. ſeq. Ruin. cõſilio. 168. n. 6. vol. 1. Ryminald. iunior. conſil. 257. num. 64. vol. 3.

5 Vnde, & ſi in conceſsione emphyteuſis, apponatur pactum de renouando, vigore illius pacti renouatio nõ debetur, ſi res incommiſsũ cadat, vt tradit Hyppoly. Ryminal. iun, cõſil. 94. Anno Domini, n. 6. vol. 1. ſicut neq; tenetur quis, poſſeſsionẽ reddere illi, qui facto, & culpa ſua, ab ea cecidit, vt not. Socci. Iaſ. Clau- Aquen. & Ripa, in l. rem quæ nobis, ff. de acq. poſſ. Abb. in cap. acendens, in 1. num. 19. vt lite nõ conteſt. & in c. 2. num. 7. & poſt eum Beroius. num. 22. & idem Abb. in c. in literis. n. 26. de reſt. ſpolia. Caſſador. deciſ. 4. eod. tit. Brunus Conſil. 21. n. 2. & 3. ſicque cõcludunt, omnes vt teſtatur, Ripa. in c. ſæpe, de reſti. ſpol. n. 27. Ruinus, conſil. 47. num. 5. & conſil. 49. n. 9. vol. 4. & ſequũtur alii, quos cumulat, Menochius de recuper. poſſeſs. remedio, 15. num. 95. Et quia per tale pactum de renouando nullũm ius in re quæſitum eſt, ſed actio tantũ perſonalis, contra dominum directum oritur, ad renouandum, quòd ſi fiat alteri renouatio, actio tãtum ad intereſſe aduerſus renouare promittentem dabitur, vt declarat, Angel. conſil. 184. col. fin. & conſi. 311. in fi. ſequitur Ruinus cõſil. 167. num. 13. vol. 1. Beroius, conſi. 116. nu. 16. vol. 1. Hippolytus Ryminald. Iunior, conſ. 257. num. 52. vol. 3. vbi tamen, num. 53. aſſerit acquiri ius in re.

6 Mouetur Ruinus argumẽto, & ratione liuellarij, qui ſi non ſoluat canonem, eccleſiam ad renouandũ cogere non poteſt. Quia cum non ſoluendo canonem, non adimpleuerit pro parte ſua, non cogitur eccleſia pactum de renouando ei ſeruare, tanquàm dicatur factum ſub modò, ſcilicèt niſi ille, qui rem recipit ad liuellum, promiſſa non ſeruauerit, l. quæro, §. inter locatorem, ff. locati, & quia ſicut per ceſſationem ſolutionis, ipſa re priuatur, ita debet amittere commodum pacti de renouando, quoniam ſi duraret, & obſeruaretur, pœna priuationis non haberet effectum perpetuum, quia per renouationem, rem amiſſam recuperaret, & tamen pœna debet eſſe perpetua, l. ſeruus, C. de pœnis, & ibi per omnes, cum aliis per Ruinum, vbi ſupra adductis.

7 Conſyderant igitur, prædictis in in locis, paulò ante relati auctores, culpã poſſeſſoris, quæ ſi ipſummet excludit, multò magis, & eius ſucceſſorem, qui nullum ius habet, argum. c. quemadmodũ, de iureiur. & l. ſi viua matre, C. de bon. quæ liber. quarè ſi ſucceſſorem excludit, per conſequens, & renouationẽ: A quo enim remouetur genus, remouentur, & eius ſpecies. Rectius etiam dicendũ videtur, æquitatem illam à doctoribus inuentam, non fuiſſe admiſſam, quando emphyteuſis propter culpã poſſidentis finitur. Quia non eſt eadem ratio finiri culpa, vel generatione emphyteuſim, tum etiã, quia in exorbitantibus, ceſſat extenſio de caſu ad caſum, regula, quæ à iure, de regul. iuris, in 6.

8 In alio etiam caſu, opinamur renouationẽ, ceſſare, quoties emphyteuta, qui adhuc habebat, poteſtatẽ

nomi-



nominãdi ſecundã, vel tertiã perſonam, quempiam nõ nominauit, etenim in ea ſpecie emphyteuſis, liberè ad dominũ reuertitur, licet emphyteuta habeat tranſuerſales hæredes, ad quos quidem per legem Regiam lib. 4. tit. 62. §. 3. emphyteuſis nõ trãſit, ſed magis ad dominum directũ regreditur, propter defectum conditionis, quia non nominauit, quod in ſpecie videtur tradidiſſe Auguſt. Beroius, conſi. 133. in cauſa, nu. 8. vol. 1. vbi inquit, quòd conductio, ſeu locatio, facta pro ſe, & quocunque ab eo nominando, vel ſubrogando, niſi aliquis fuerit nominatus, vel ſubrogatus, cum perſona conducentis finitur. Nec dixeris eam legem Regiam, ſolùm velle, quòd dñs emphyteuſim conſequatur, non tamen renouationem negat, quæ ad hæredẽ proximum pertinet, per ſupra ſcripta. Sicut enim per viam renouationis à dño directo euocatur emphyteuſis, finita generatione, ſecundum cõmunem reſolutionem, ita debet poſſe euocari, quando proter defectum nominationis, ad illum reuertitur vtile dñium, & cũ directo conſolidationis iure coaleſcit. Quoniã reſpondemus, renouationẽ ex ęquitate quadam procedere, qua proximioribus agnatis prouidetur, ex eo quia de illis, viuens, aut moriens, vltimus poſſeſſor prouidere nõ potuit. Siquidem vltimus erat ex forma inueſtituræ emphyteuta, & poſſeſſor, nec ius aliquod habebat, ꝙ poſt mortẽ poſſet agnatis dare: & ad illos trãsferre. In qua ſpecie rationi, & æquitati cõſonãs viſum fuit, illis per viã renouationis prouidere. Quæ quidem ratio ceſſat, in eo qui nominandi poteſtatem habebat, & id facere noluit, vel nõ potuit, morte interemptus: quoniã magis videtur voluiſſe, ſecundum legem, & tenorẽ inueſtituræ, emphyteuſim manere penes dominum directũ, quẽadmodum contingit, in eo, qui canonem non ſoluit, vel emphyteuſim vendidit, & alienauit, dño incõſulto, cuius emphyteuſis, à dño occupata, vel aliter etiam ex quauis cauſa, in cõtractu expreſſa, ingreſſa, ex vi renouationis per emphyteutæ filios, aut aguatos non euocatur, aut euincitur, vt tradit Alex. in d. l. ſi mihi, & Titio, nu. 20. cum aliis ſuperius relatis.

9 Neque hoc mirum eſt, quoniã recepta ſcribentium ſententia, renouationem ſolùm admittit, quãdo emphyteuſis, per generationẽ finitã extinguitur, ad quẽ tantùm caſum debet reſtringi, quia exorbitans eſt, & regulis iuris cõis aduerſatur, vt iã reſoluimus. Et proindè, d. l. Regia, §. 3. tit. 62. lib. 4. ceſſante emphyteutæ nominatione, cuius vel inter viuos, vel in mortis cauſa faciendæ facultas tribuebatur, reſpõdet emphyteuſim ad dominum directum pertinere, ad illumq; deuolui, & ſi ille ab inteſtato collateralles habeat, hęredes, ad quos emphyteuſis non trãſit, ſub titulo hæreditatis, licèt ad aſcendentes: vel deſcendentes tranſeat, vt eadem ordinatione ſancitũ eſt. In qua ſpecie, lex illa iuris eſt correctoria, & proinde in ſola emphyteuſi prophana, non in eccleſiaſtica admitti poteſt, etenim emphyteuſis eccleſiaſtica conceſſa pro eo, quem emphyteuta nominabit, reſoluitur in conditionalem, ſi nominabit, qua deficiente conditione ex vi legis, & conuẽtionis, ius eſt quæſitum eccleſiæ emphyteuſim extinctam prætẽdenti. Quo quidem iure eccleſiam priuare, lex ciuilis non poteſt. Nec ſuper eo aliquid ſtatuere: ex qua re-

gula,cap.eccleſia ſanctæ Mariæ, de conſtit. Quarè limitanda,ac reſtringenda eſt ea lex Regia, vt in emphyteuſi eccleſiaſtica non procedat, in ea maximè ſpecie, de qua agit, in d. §.3.tit.62. quãdò ſcilicet emphyteuta inteſtatus deceſsit,de emphyteuſi minimè diſponens,nec quempiã ad eam eligens,in quo quidẽ caſu, duo ſpecialia concurrunt, nempe quòd filius, vel parens,ſub conditione vocatus,ſi nominabitur, videatur hæres inſtitutus,& à defuncto vocatus, rurſus, & ad emphyteuſim nominatus,quæ concurrere ſimul non poſſunt ex regula l.1.C.de dot.promiſſ.

10 Quæ reſolutio in liberis, licet controuerſiã, & ambiguitatem maximam patiatur, in parentibus tamen extra omnem difficultatem eſſe videtur, ſi conſyderas eccleſiaſticam emphyteuſim, ad aſcendentes non tranſire, vt notabiliter comprobat Bald.in auth.defuncto.C. ad Senat.conſ.Tertyl. quod dictũ, vt admirabile extollit Curtius, in tracta. feudorum,3.p.n.42. in fi. ſequuntur Aluaro.Præpoſi.& alij,in c.1.de nat. ſucceſſ.feudi,quem ſequitur doctiſ. Valaſcus,de Iure emph.q.39.num.9. intelligens id ſpeciale eſſe, in eccleſiaſtica emphyteuſi,cui⁹ naturã (ait) eſſe,lineam deſcẽdentium reſpicere,vt in §.emphyteuſim, in auth. de non alien. licet contrarium trepidus, probet Rubeus, in l. Gallus, §. quidam rectè,ff.de libe.& poſthu. n. 203. Ex quibus,noſtra lex Regia,lib. 4.tit.62.§.1.2.3. vtiliter reſtringenda eſt,in emphyteuſi eccleſiaſtica.

11 Comprobatur hoc,argumento feudorum, quæ ſimiliter ad aſcendentes non tranſeunt, vt habetur in cap.1.de nat.ſucceſſ.feudi,ibi: *Succeſſionis feudi talis eſt natura, quòd aſcendentes non ſuccedunt, verbigratia pater filio, inferius verò, filius patri ſuccedit*, & ibi notant gloſ.& DD. cõmuniter Pyrrhus,in conſuet. Aurelia. tit. de ſucceſſ.in prin.& in cap.2.in fi.tract.de ſucceſſ.ab inteſt. qui Viglio additus eſt,nu.81.pag.269.Caſſaneus, in cõſuet.Burg.rub.7.§.6.verbo,pen.n. 8. fol.199.col.3.Guilel.in c. Rainutius, verbo,& vxorem,nu.50. Boerius, q. 199. poſt num.2.Præpoſ.in cap. 1. de vaſſallo decrep. ætatis, col.2. Valaſcus,de iure emph.1.p.q.39.nu.9. Ioachymus Myſingerius, lib.deciſ.imp. cameræ,cent.3.q.93.Quo argumẽto idem eſt reſpondendum,in emphyteuſi ſaltem eccleſiaſtica, cuius proprium eſt deſcẽdere, non aſcẽdere, vt pleriq; ex iis auctoribus,quos modò retulimus, obſeruant, reſoluentes in eccleſiaſtica emphyteuſi ſolos liberos ſuccedere,non parẽtes, quæ ſententia placuit etiam Guillelmo Benedicto,in cap.Raynut.verbo, & vxorem, ſub tit.de ſucceſſ. ab inteſt. nu.655.vbi refert hoc idem voluiſſe Maſſueriũ,in tit.de ſucceſſ. Ex quibus hęc eſt cõmunis ſcribentium reſolutio, contradictore carens, quæ an poſsit caſui legis Regiæ,lib.4. tit. 62.applicari,latiùs diſſeremus inferius in tract.de nominatiõe emphyteutica,quem (Deo propitio) in lucem ædere conabimur.

12 Ex præmiſſa etiã reſolutione, aliquando reſpondimus,Emphyteuſim ad dominum directũ reuerſam, per mortem clerici, ſeu beneficiarii,qui neminem nominauit, cũ potuit,vel ſaltem filium illegitimũ,hæredem inſtituit,renouandam nõ eſſe, inuito dño, qui illegitimo filio, dare non compellitur,propter eiuſdem incapacitatem,de quo habetur in l.generaliter,§.cum autem, C. de inſtit.& ſubſtit.ſub cond.fact. & in l. ex facto,§. ſiquis rogatus,ff. ad Trebell.



bellia.& in cap.in præſentia, de probatio.vbi verò,per clerici, mortem emphyteuſis extincta eſt, quia ſcilicet,erat tertia perſona, vtiq; collatellaribus conſanguineis, ſi modò hæredes ſint, concedẽdam fore renouationem puto,quoniam hoc caſu,nihil obſtare videtur, quod eam impediat.

13 Deniq; collateralibus conſanguineis,negandam fore renouationem opinor, quoties emphyteuſis pro filio, vel filia fuit conceſſa, in qua ſpecie quemadmodum frater, aut quiſque alius collateralis,durante inueſtitura nominari nõ poteſt, vt probat lex.Regia, lib.4.tit.63. §. 5. Ita neq; ad renouationem petendã poteſt admitti. Repugnat enim concedentis volũtas,qui noluit emphyteuſim principaliter,aut incidẽter per viam renouationis,ad extraneos tranſire. Quamobrem, prima conceſsio ſemper eſt attendenda,vt tradunt Decius, conſi.185. ſub nu. 3. & 193.n.3.& conſi. 194.nu.3. & conſi. 208. & 263.& 390.num.3.Ruin. conſil.20.& latius,conſi.187.vol.1. Pariſ. conſi.11.nu.15.& conſi.2.nu. 24. vol. 1. Beroius,conſi.65.in prin. lib.1.Põtan.in conſuetu.Bleſen.arti. 46.fol. 237. Burſattus,conſi.46.num. 1. vol. 1. addens hoc eſſe obſeruãdum, etiã ſi concurrant, aliquæ conceſsiones, ex poſt facto, diuerſimodè factæ, quoniam ſemper ad primã, tanquã ad fontem,& fundamentum recurrendum eſt, Bal.conſi.398,vol.1. Purpuratus, in l. pacta nouiſsima, C.de pact. Paul.conſ.176.vol.1. Beroius, conſi.71.n.5.& conſ.44.vol.1.& cõſ. 93.n.11.eod.vol. Quarè,renouationẽ ſemper videri factam, ſecundũ formã primi cõtractus,tradit Deci.cõſi. 407.n.8.Rui. cõſi. 91.n.6.vol.1.Grattus,cõſi.110.n.46.vol.1.Neuiz.cõſ.10. n.2.Duare.de feu.fol.92.Cum ergo emphyteuſis fuerit conceſſa, pro filio,vel filia, vtriuſq; coniugis, iuxta formã Ordin.Regiæ,lib.4. tit.63. §. 5. ſi filius,vltima perſona, decedat ſine liberis,emphyteuſis ad dominũ regredietur,penes quem perpetuò erit mãſura,etſi ille fratrẽ relinquat hæredem,aut quemcunq; alium agnatum. Niſi fortè in conceſsione,ſit appoſita clauſula, *O qual hi nom auẽdo, pera hũa outra peſſoa,que o que mais viuer nomear*, propter quã non extantibus filiis,dñs voluit,poſſe nominari extraneum. Ergo illo non extãte, collaterali hæredi, renouatio neganda non eſt. Quæ nota.

14 Addo etiã,hoc ius renouatiõs, conſyderabile non eſſe,antequã emphyteuſis, per generationem extinguatur,quod ſuperius obſeruauim⁹. Cœterùm,antequã vltimus emphyteuta,ſeu poſſeſſor, vita decedat poteſt dominus,de illius conſenſu emphyteuſim,in alium extraneũ tranſferre,Gabriel.conſi.30. n. 10. vbi loquitur in eo, qui non habebat legitimos deſcẽdẽtes,& ne emphyteuſis extingueretur fecit naturalẽ filiũ legitimari. Quarè reſpondet, eam legitimationẽ,agnatis nocere,in iure petẽdi renouationẽ, quia inquit, tẽpore legitimationis, adhuc non cõpetebat,neq; immediatè ex contractu debetur, ſed ex quadã æquitate. Quarè non eſt in conſideratione, quo argumento inquit Gabriel, num. 11. iure renouandi priuantur agnati, quando vltimus poſſeſſor, de conſenſu domini, rem emphyteuticam, in extraneum alienauit, Ruinus,conſil.45.col.fi.vol. 1. Quãobrem, idem eſt in legitimatione, quæ vim habet alienationis, Pariſi⁹, conſi.9.num.48.vol. 2. Campecius, inter conſi.Bruni, conſi. 2. num. 52.

Ancharranus,conſi.427. col.2. Soccinus,conſ.3.n.6.vol.3.

13 Non leuis autem modo inſurgit dubitatio,an ſicut emphyteuſi finita per generationẽ renouatio deſcendentibus, vltimi poſſeſſoris,iure debita eſt,an ita tranſuerſalibus, quoq; vel conſanguineis,infra quartũ gradum,debeatur,vt iure dominum,ad renouationem faciendam,compellere poſsint?& his denegari renouationem, audacter aſſeruerunt, Ancharra.conſi.133. Plenè, & ſubtiliter, in 2.dubio,ſequitur Corſettus,in Apoſtil.ad Abbat.in c.bonæ, de poſt. præl.& Paulus Caſtren.in l.maritus, C.de procurat.Soccinus,inter conſ. Curtii Senioris,40.col.6.Iaſo. conſi. 24.vol.3.ad fi.Staphyl.de lit.grat.fol. 79.Gozadi.conſi.39.Ruin.conſi. 45. col.pen.vol.1.& veriorem dicit ſententiam Socci.Iunior,conſi.9.num. 20.vol.3.vbi inquit,quòd DD. magis cõmuniter,loquũtur in deſcendẽtibus,non autem in tranſuerſalibus,& Fulgoſ.conſil.218.Petrus quondam, col.1. verſi. nec ſuperioribus obſtat, Ruin.conſ.152.præſupponitur,num. 6.vol.1. Decius,conſi.328.

16 Sed contraria ſententia verior, & communior eſt,quam tuetur Romanus,conſi.22.pro propoſitæ, n. 5. & ibi Horatius Mandoſ. in additio. limit.6. Alex.conſi.80.vol.1.& conſ. 93. vol.2. Decius, conſil. 131. & 328. Gozad.conſil.71.col.1. & fin. Anton. Gabr.lib.3.opin.commun.concluſ.1. n.16.& hanc ſequitur Iul.Clarus, lib. 4. recept.ſentent.§.emphyteuſis, q. 43.nu.2.Hyppoly.Rymin.Iun. conſ. 257.nu.104.vol. 3. aſſerens cõmunẽ, & probant omnes hi auctores,quos in præcedenti quæſtione retulimus, poſt prin.verſi.poſtremò.nu.2. Qui oẽs reſoluunt cõmunem, & receptiorem eſſe ſententiam,emphyteuſi finita, conſanguineos emphyteutæ defuncti, extraneis rem emphyteuticam petẽtibus,præferri, & ſic pro conſtanti præſupponunt, non eſſe conſtituendam in hoc caſu differẽtiam,inter deſcendentes, & trãſuerſales, dummodo ſint proximiores, ita Paul. Pariſ.conſi.101.col.fin.vol.1. prout in matre conſuluit Imola,cõſ. 38.in caſu præmiſſo,in fine,refert,& ſequitur Marianus Soccinus Iunior, conſi.76.n.121.vol.1.Ruinus, conſil. 12.ad fin.& conſi.151.col.4. & conſil. 152.col.3.& conſi.162.col.pen. vol. 1. & ita ſentit Bartol. in l.1.ff.de priuil. cred.in fi.& tenet Anto.Gabriel.lib. 3.commu.opinio. concluſ. 1. de iure emphyt.num.17. Quin imò Decius, in d.conſi. 131.verſi. tertiò nõ obſtat, tenet quòd ad emphyteuſis renouationem,non ſolùm admittũtur deſcendentes & agnati, verùm etiã cognati, & ibi hanc eſſe cõem opinionem teſtatur:idq; etiam ſentit Imola.conſil.27.viſo quodam inſtrumẽto,num.3.Ruinus, d. conſil.12. circa caſum,num. 20. & d. conſil. 151. quia proponitur,nu.18. vbi inter cœtera allegat Romanum, in d. conſil. 22. quo in loco, nõ de deſcendentibus, & agnatis,ſed de cognatis,& ſic de matre loquitur, prout etiam Imola conſuluit,in d. conſil. 38. & ſequitur Horat. Mandoſ. ad Roma.d. conſi. 22. in addit.limit.6.

17 Vno tamẽ in caſu, prędicta cõcluſio limitanda eſt, quando foret vſus, & obſeruantia, quòd deſcendentes tantùm admitterentur, ad petendam renouationem, vt conſulendo tradit Hyppolytus Ryminaldus Iunior,conſil. 257.num. 105. vol.3. Huiuſmodi enim vſus, & obſeruantia, debet attendi, nec ab ea recedendum eſt, argum.l. minimè, ff.de legibus,& antiqua praxis debet attendi, l.planè,vbi Bal.per illum tx. ff.de excuſat.tuto.ſiquidem vera interpretatio,ſummitur à practica, vt dicit Bal.in c.1.in prin.de feudo,ſine culpa non amitt. ſequitur Decius,d. conſ.131. in fi. Alex.conſ.27.n.7. vol. 1.Iaſ. in l.rem quę nobis, notab.1. de acq.poſſ.Crauetta,conſi.90. num.7. Rollan.à Valle,conſ.4.nu.26.vol. 4. Ex quo elegãter Iaſo,conſi.128. col. pen.vol.1.inquit quòd intellectus aſſummi debet,quem effectus, & exitus rerum,verum eſſe demonſtrat, ideſt,obſeruantia ſubſecuta. Nec in tali cõſuetudine interpretatiua, requiritur tẽporis præſcriptio,ſed ſufficit aliquo tempore ſic obſeruatũ fuiſſe, vt tenet Caſtrenſ. conſ. 347. col.fi.vol.1. Areti.conſi.11.col.3. verſ. ſed tamen,Soccin.conſil.11. col. fin. vol.1.Corneus,conſi.188.col.fi. vol. 4.Decius,in cap.cum M.Ferrar.col. 2.de conſtit.& conſi.156.col. fi. Crauetta,conſi.201.num. 12. Ryminald. Iunior,conſ.257.nu.107.vol.3. Conſuetudo nanque loci,vbi res ſita eſt, debet attendi, veluti ſuperans alias conſuetudines, vt in feudis eſt text. & ibi gloſſ. & DD. in cap.1.de feudi cogn.Caſtrenſ.conſ.3. vol. 2. Guido Papæ,conſil.297.Pariſius, conſil. 21. num.14.vol.1.Riminald.Iunior, cõſ. 38.num. 23. vol. 1. De quibus valere argumentum ad emphyteuſim, & è contra, quando militat eadem ratio;omnes paſsim fatentur, vt conſtat ex Alexand.conſi.5.in prin. vol. 5.Pariſio, conſi.12.n. 42.vol.1. & cõſ. 1.n.147.vol.2.tradit Symon de Prætis, conſi.9.nu.7.vol.1.cum aliis per Ryminald. Iuniorem,conſi.257. nu. 109.vol.3.



18 Hic modò, opportunè incidit quæſtio notabilis, vtrùm qui renouationem emphyteuſis petit, debeat eſſe hæres, & de ſanguine vltimi poſſeſſoris, vel ſufficiat,quòd ſit agnatus, & hæres primi emphyteutæ acquirentis? Et habito pro conſtanti, quòd doctrina Bartoli, in l. 1. §. permittitur, ff. de aqua quotidiana,& æſti.habeat locum, & procedat in emphyteuſi eccleſiaſtica, vt ſup.q.8.ad fi. reſoluimus, dicendum videtur, minimè neceſſarium fore, petentem renouationem,eſſe hęredem vltimi poſſeſſoris, ſi modo emphyteuſis hæreditaria non ſit, ſed ꝙ fuerit in tertiam generationem cõceſſa, aut pro filio, quem accipiens emphyteuſim, nominabit. Etenim in ea ſpecie emphyteuſis nihil commune habet, cum hæreditate, adeò, vt ea repudiata, rectè quidem nominatus, emphyteuſim poſsit retinere: quemadmodum in feudo, non hęreditario,Bar.poſt Dynũ,in l. item videndum,§.fi.ff.de pet.hęred. reſoluit,cum qui promiſit, de hęreditate, nihil amplius petere, poſſe nihilominus feudum poſtulare, ſequuntur Bald. & Ange.ibi,& Alciat. in regul.1.præſumpt.31. nu.2. Vndè, petentem renouationẽ, non requiri eſſe hæredem, vltimi poſſeſſoris, tradit Alex.lib.7.conſi.10.n. 10. cum ſeq.Ryminald.iun. conſil. 323. num. pen.& fin.vol. 2. idem Ryminaldus, conſil. 257.num.25. vol.3. vbi ait, id admittendum fore, in emphyteuſi non hæreditaria, vbi allegat Ripã, in l.1.num.8.de priuil.cred. & Deci. conſ.78.& Ruinum,conſ.12.col.pen. & conſi.151.col. 5. vol. 1. Quarè, vt in cap.1.an agnat.vel fil. defunct. habetur, qui hæreditatem repudiauit, feudum retinere, nihilominus poteſt:nec de feudo,quod hęreditariũ non eſt, diſponere poſſeſſor valet, c.1.de ſucceſ.feudi. Manet enim penes agnatos,excluſis extraneis hæredibus,c.1.§.ſi clientulus,de alie. feu.

Baldus, in l. 1. quæſtio. 4. ff. de rerum diuiſio. & in l. etiam, ff. ſoluto matri. vbi Alexand. col. fin. vndè, quando emphyteuſis non eſt hæreditaria, vt iam diximus, nulla iuris ratio poſtulat, oportere petentem renouationem eſſe hæredem, vltimi poſſeſſoris, dummodo ille ſit de genere, & agnatione primi acquirentis, ſiquidem diuerſam, & ſeparatam habet naturam, ab hæreditate, modo de quo ſupra, conceſſa emphyteuſis. Quemadmodum enim, emphyteuſim hãc agnatus, vel conſanguineus citra ius, & nomen hæredis conſequitur: ita & pari ratione, huiuſmodi renouationem petere poterit, quanuis hęres non ſit.

19 Etenim ius hoc petendi renouationem regulatur ab ea qualitate, quæ præſtare poteſt ſuccedendi poteſtatem, & propter quam defunctus ſucceſsit, & illam fuit conſecutus, vt in feudo, nominatim reſoluit Decius, conſi. 78. num. 4. & 5. probans quòd vbi feudum, non eſt hæreditarium, renouationem poteſt petere agnatus proximus vltimi poſſeſſoris, quanuis hæres non ſit. Ac proindè ſubdit Decius, inſpiciendã eſſe qualitatem conceſsionis, nam ſi ea ſit, ad quã ſoli hæredes admittantur, in petenda renouatione non admittentur agnati, niſi hæredes ſint. Sed ſi eiuſmodi ſit conceſsio, quæ admittat deſcendentes, vel agnatos, tunc habentem hanc qualitatem admittendum fore, quantumcunque vltimi poſſeſſoris, hæres nõ ſit. Quarè quemadmodum defunctus fuit vocatus ad ſucceſsionem, quia agnatus primi acquirentis, ita hic audiendus eſt, renouationem petens, licet non ſit hæres. Sequitur Decium, in hoc, Ripa, in l. 1. ff. de priuil. credito, num. 8. Cuius etiam, ſententiæ fuit Præpoſ. in cap. 1. ante num. 4. quemadmodum feud. ad fil. pertin. ex auctoritate Baldi ibi, quatenus voluit, in renouatione, de qua agimus, præferendam eſſe filiam, aliis hęredibus, quanuis illa non ſit hæres. Sequitur Iaſo. in l. 2. C. de iure emphyt. num. 22. in fine, Grattus, conſi. 110. Soccinus Iunior, conſ. 9. num. 11. vol. 3. doctiſsimus Gamma deciſ. 326. vxor, num. 2. ad fi. & num. 3. & Valaſcus, de iure emphyt. quæſt. 38. num. 16. Quo argumento inquit Præpoſitus, in d. c. 1. ante num. 4. reſpondendum eſſe, petentem renouationem emphyteuſis, audiendum eſſe, quamuis hæres vltimi poſſeſſoris non ſit, quam opinionem communem aſſerit Alexand. conſi. 80. n. 21. vol. 1. Decius, conſ. 78. & 131. & Soccinus Iunior, conſil. 9. vol. 3. Ruinus, conſilio. 12. & 151. num. 16. vol. 1. Gabriel, conſ. 30. num. 10. amplians etiã ſi emphyteuſis ſit noua.

20 Cœterùm contraria videtur verior, & receptior ſententia, imò q; petens renouationem emphyteuſis, debeat eſſe hæres vltimi poſſeſſoris, nec aliter audiendus ſit, imprimis vnicè probat, gloſſa. in l. 1. §. permittitur, ff. de aqua quotidia. & æſti. verbo, impetrabile. In eo enim §. permittitur, Iureconſultus docet ius, & poteſtatem, mihi à principe conceſſam, ex publico flumine, ducendi aquam, per mortem meam extingui, adinſtar perſonalis priuilegii, quarè, neque ad hæredes meos, aut quoſcunque alios ſucceſſores, tranſit. Quod enim, perſonis datur, cum perſonis amittitur, vt ibi Iureconſultus ait: At, is, ad quem fundus irrigandus aqua, tranſit impetrare poteſt, vt ſibi de nouo aqua concedatur, aliter iniuriam patitur. Sumpta hinc occaſione,



ſione, glo. ibi, verbo, impetrabile, dicit hoc ſimile eſſe inueſtituræ feudorũ. Mortuo enim vaſſallo, facilè poteſt eius hæres maſculus, nouã inueſtituram impetrare, quæ concedi debet. Ecce qualiter gloſſa, nominatim, hoc ius petendi renouationem, inueſtituræ extinctæ per mortem poſſeſſoris, ſolùm hæredi concedit, & non alii, quam gloſſæ ſententiam, ſequitur Bartolus ibi, inferens ad emphyteuſim, quòd illa finita, per mortem vltimi emphyteutę, eius hæredibus, & deſcendentibus eſt renouatio concedenda. Quod idem voluit Bartol. in l. 1. de priuileg. credito. in fine, referens, quod habetur in §. permittitur, & firmans cognatos infra quartũ gradum, fore extraneis præferendos, dummodo hæredes ſint, vt habetur in d. § permittitur, ſecundum quem eſt ibi neceſſariò intelligendus Bartolus, & in l. ſi mihi, & Titio, ff. de verbo. obligatio. num. 7. licèt ita nominatim non explicet, ſed tantùm loquatur in filiis petentibus renouationem, quos aſſerit audiendos eſſe per tex. in d. §. permittitur. Aliter, ſi Bartolus voluit, ex Accurſij, auctoritate, in d. §. permittitur, agnatum etiam, ſi non ſit hæres vltimi poſſeſſoris, emphyteuſis renouationèm petere poſſe, vtique perperàm gloſſæ auctoritatem adducit: quæ nominatim loquitur in filio hęrede, feudi extincti, renouationem petẽte, quam ſententiam cum Bartolus extendat ad emphyteuſim, neceſſariò fatendum eſt, quòd extendit cum ſua qualitate, & conſequenter dummodo petens, ſit hæres defuncti, vltimique poſſeſſoris. Sic enim omnis extenſio, & ampliatio, facta intelligitur, vt contineat ampliati qualitates, vt habetur in l. ſed ſi manente, ff. de precar. cap. eccleſia 51. vt lite pendente.

21 Idq; eò maximè comprobatur, ſi conſyderes renouationem, de qua agimus, ex æquitate contra iuris regulas procedere, ſecundum quas, finita conceſsione per tertiam generationem, ad quam fuit emphyteuſis conceſſa, res ipſa ad dominum reuertitur, ex regula text. in l. ne cui, C. locati, & l. legem, C. eodem, & l. dudum, C. de contrah. emptio. tradit Afflictus, in tract. de iure congrui, in principio. Quocirca, cum exorbitans, ea deciſio ſit, reſtringenda neceſſariò eſt, ad caſum, in quo tex. & gloſſa, in d. §. permittitur, loquuntur, argum. l. ſi quando, C. de inofficioſo teſtam. & in cap. cum dilectus, de conſuet. Efficatius vrget ea ratio, ſi conſyderes, quòd gloſſa, in d. §. permittitur, fundatur, in quadam repreſentatione defuncti, vltimi poſſeſſoris, quæ ineſt in petente renouationem, vt ſic reformata inueſtitura, in eius perſona, defuncto ſimilis efficiatur. Quarè is, debet eſſe illius hæres, quò poſsit defunctum repreſentare, quod quidem iuri conſentaneum eſt, vt in authen. de iureiur. à mor. præſt. §. 1.

22 Quo argumento, notabiliter Ancharranus, conſi. 133. Bartoli ſententiam, in dicto §. permittitur, ad deſcendẽtes ipſius emphyteutæ, per quem emphyteuſis finita eſt, reſtringendam eſſe, aſſerit, quoniam in ea ſpecie loquitur Bartolus, à qua diſcedere non licèt, ſecundum Fulgoſium, in conſilio relato, & approbato per Curtium Seniorem, conſilio. 47. ſuper controuerſia, in 1. additio. vbi alii referuntur: & ita Bartolum fore intelligendum, declarat Staphileus, in tractatu de

literis grat. & expectat. ſub titulo de modis prouiſiuis, poſt princ. fol. 79. verſicu. ſed iſtud dictum Bartoli, ita etiam tradit Afflictus, deciſione 238. dicit conſuetudo, num. 2. & ita loquitur Iaſo, in l. 2. notabili. 5. C. de Iure emphyteu. & expreſſè declarat Antonius Corſettus, in cap. bonæ, in 2. de poſtul. prælato. in additio. ad Abbat. verſic. ad renouationem, limitatio. 2. Soccinus, Iunior; conſi. 9. reſolutio. num. 11. verſi. imò etiam, vbi num. 20. communem dicit; tradit Gozadinus, conſi. 39, nu. 22. Bertachynus, in tractatu de Epiſcopo. lib. 4. quæſt. 20. vol. 4. tract. diuerſ. fol. 52.

Quorum ſententia, vtique defendi poteſt, ſi conſyderes, quòd Bartololus, in deſcendentibus fuit locutus.

23 Sedego huic opinioni, minime vnquàm aſſentiri potui. Etenim, veriſsimũ eſſe arbitror, nequaquàm cum myſterio, Bartolum deſcendentium, meminiſſe, ſed magis ob frequentiam, vt optimè conſyderauit Decius, conſilio. 131. col. fin. firmans contra Ancharranum, eſſe communem ſententiam. Qua enim ratione deſcendentibus conceditur, renouatio, quia ſcilicet, defunctum repreſentant, eadem cœteris collateralibus, & agnatis, eſt concedenda, ſi modo illius hæredes ſint, illumq; repreſentare valeant. Quæ eſt ratio, propterquam ſupra reſoluimus, renouationem concedendam fore, quod vti verum admittit Ancharranus, conſilio 134. dubio. 2. agnoſcens collateralem agnatum, audiendum eſſe, ſi hæres ſit, quod ita Ancharranum referens, tradit Decius, in dicto conſilio. 131. ad finem, & fuit ſententia Imolæ, conſilio. 38. num. 2. & Alexandri, libro. 3. conſilio. 10. nu: penult. & in l. ſi mihi, & Titio, ff. de de verborum obligatio. num. 19. ad finem, ſequitur Balbus, 4. parte, 4. part. quæſtio. 30. in fine, de præſcript. Afflictus, libro. 1. conſtitutio. Rubri. 89. num. 11. fol. 191. & lib. 2. rubri. 24. §. 1. num. 41. Idem, in cap. 1. quemadmodum feud. ad fil. pertin. num. 4. ſequitur Gregorius Lopez, in l. 69. verbo, *Renouada*, in fine, titu. 18. Parti. 3. Hyppolytus, ſingul. 419. in fine, & Viuius, lib. opinion. communium, verbo, emphyteuſi finita, ſequitur Gozadinus, conſil. 86. num. 23. & pro conſtanti aſſerit Valaſcus, de Iure emphyteu. quæſtio. 38. n. 17. Ex quibus palàm eſt, hanc eſſe communem ſententiam.

24 Quæ ex eo comprobatur, quoniam hoc ius renouationis, emphyteuticę hæreditarium eſt, vt reſoluit Angel. in l. 1. §. permittitur, ff. de aq. quot. & æſt. Alex. conſi. 10. vol. 3. Ancharran. conſi. 134. nu. 2. Pariſ. alios referens, conſi. 28. num. 5. vol. 1. Antonius à Gamma, deciſio. 326. vxor. nu. 1. ad finem, vbi inquit, extraneũ hæredem inſtitutum, præferri cognatis defuncti, in petenda renouatione, quod etiam tenuiſſe refert Alexandrũ, conſil. 161. num. 2. lib. 7. & eundem Alexandrũ, & Hyppolytum, vbiſupra. Quocirca non eſt, cur poſsimus, hoc ius petendi renouationem, aliis quàm hæredibus, vltimi poſſeſſoris, concedere, quod tenet Decius, d. conſilio. 131. & 78. ante num. 2.

25 Nec mouere poſsũt, quæ ſup. in cõtrariũ adduximus, emphyteuſim nihil cõmune habere cum hęreditate, niſi illa hæreditaria ſit, ſiquidem liberè poteſt retineri, & hæreditas repudiari: qua ratione, quẽadmodũ illius ſucceſsio citra ius, & nomẽ hęre.



hæredis, ita etiam, & renouatio, ab eo qui eſt ex ſanguine, & agnatione, peti poteſt, prout in ſimili in feudo, reſoluit Decius, d. conſi. 78. n. 3. cum ſeq. intelligens, ſufficere agnationẽ, ad petendam feudi renouationem, quoniam illa etiam ſufficit ad ſucceſsionem illius. Quæ ratio parùm conuincit, idem fore reſpondendũ, in emphyteuſi conceſſa in tertiã generationem, vel etiam in perſonas eligendas, & nominandas, iuxta huius Regni conſuetudinem. Is enim, eſt frequens noſtrarum conceſsionum modus: *Pera Titio, & ſua molher, & hum filho, ou filha, dantre ambos, que o q̃ mais viuer, nomear*: vel ſic. *Que elle ſeja a primeira peſſoa, & nomee a ſegũda, & a ſegunda nomee a terceira.* Extantibus his cõceſsionum formulis, vtiq; aptari cõmodè Decii ratio, & argumentũ non poteſt. Siquidẽ magis electio, ſeu nominatio emphyteutica ex domini prouiſione, qui pro nominãdo emphyteuſim conceſsit, quã ſanguinis coniunctio, ſucceſsionẽ præſtat.

26 Vndè, cum emphyteuſis cõceſſio, hoc vltimo caſu, nõ reſpiciat generationem aliquã, vel conſanguinitatem, ſed nominationem, quarũcunque perſonarum: ſicut quælibet iſtarum trium perſonarum, licet extranea ſit, ius habet ad emphyteuſim, ad quã nominatur, ita eius hæres, ius petendi renouationem habebit, vt voluit Ripa, in l. 1. ff. de priuil. cred. n. 8. gl. d. §. permittitur, verbo, impetrabile, & ibi Alex. ad Bart. tradit doctiſſ. Anto. à Gamma, deciſ. 326. vxor. n. 7. ad finem.

Quod adeò verum eſt, vt fateri teneamur, ſecũdum iuris regulas, niſi emphyteuta nominet aliquẽ, iuxtã formã & tenorẽ, in conceſsione expreſſum, emphyteuſim ad dñm reuerti, tanq̃ caducã, & extinctã, q̃ ſupra diximus, & tradit Alexan conſi. 23. n. 4. vol. 6. & probat Ord. Reg. lib. 4. tit. 62. §. 3. Vndè, ſine dubio liquet, Decii argumentationẽ, in huiuſmodi conceſsionibus, nullatenus procedere, & conſequenter oportere petentem renouationem, hæredẽ vltimi poſſeſſoris exiſtere, quò illum poſsit repreſentare, & renouationẽ petere, ex ſupra dictis.

27 Videtur tñ, Decii argumentũ concludere poſſe, in emphyteuſi cõceſſa pro filiis accipiẽtis, quę ſpecies cum feudali cõceſsione, conuenire vr̃, quæ regulariter in fauorẽ filiorũ, & deſcendẽtium ſtipulantis fieri ſolet. Quocirca, vt ait Decius, quẽadmodum ſola filiatio, & ſanguinis cõiunctio, ſucceſsionẽ præſtat, ita debet præſtare ius petendi renouationem: maximè, ſi is qui renouationẽ petit, ſit de deſcẽdentibus eius, cui à principio emphyteuſis, fuit cõceſſa, quoniã, & ꝓ illo conceſſa videtur.

28 Sed nihilominus contrariũ tenendum cenſeo, imò, quòd etiam in hac ſpecie debet eſſe hæres ille, qui renouationem petit. Militat enim, etiam in hoc caſu, ſupra ſcripta ratio, quã gloſſa, & Barto. & communis ſententia, in d. §. permittitur, innituntur, nempè repreſentatio, quæ neceſſaria eſt, vt renouari emphyteutica conceſsio poſsit. Quæ quidem ratio, non minus in hac, quàm in ſupra ſcriptis conceſsionibus, locum habet, vt ad ſenſum patet. Quapropter notabiliter Decius, conſil. 78. cum iudicio perpendens hanc repreſentationẽ, euitari nullo modo poſſe, fatetur titulum aliquem, ſeu cauſam particularem, neceſſariã eſſe, à defuncto ſcilicèt, obtentã: qua poſsit repreſentatio fundari. Veluti ſi in vita illi vltimus poſſeſſor, emphyteuſim, vel feudum donauit, vel

vel etiam, in teſtamēto reliquit, aut legauit, vt patet ex Decio, d. conſil. 78. num. 3. verſi. nam ad hoc, & num. 5. verſi. & quantum, firmat Gozadinus, conſi. 86. num. 23. Sic intelligēs Decium, in d. conſil. 78. vt neceſſariò concludat, oportere petentem renouationem, cauſam aliquā habere, ab vltimo poſſeſſore, vt ſic illum repreſentās poſsit renouationē petere. Ex quibus, iam Decius, in d. loco, n. 3. hāc magis ꝓbat ſñiam, quæ cōis eſt, neceſſariū eſſe titulum inſtitutionis, ſeu hæreditarium, vt audiri poſsit renouationē petēs, vel quòd ſaltem cauſam habeat, ab vltimo poſſeſſore, ex titulo aliquo particulari, vt concedi poſsit renouatio.

29 Deniq; quod Decius, in d. cōſi. 78. n. 5. ait agnatū poſſe renouationē feudalis cōceſsionis petere, licèt vltimi poſſeſſoris hæres non ſit, quia feudum, cum eſt conceſſum pro deſcendentibus, & agnatis, ſola ſanguinis neceſsitudo præſtat ſuccedendi cauſam, quarè etiam elargiri debet, ius, & poteſtatem petēdi renouationem. Hoc tñ ille, nullo iure probat nec aliquā adfert vrgentē rationē. Quarè, pudere debet iuris interpretem, in re tam ſeria, abſq; lege loqui. Etenim agnatio, cōcedit defuncto, cuius morte inueſtitura finitur, ſucceſsionē, quia eſt expreſsè vocatus à concedente, qui pro eo emphyteuſim, vel feudum conceſsit. Renouatio verò, vt iam ſupra diximus, repugnat, & aduerſatur quodāmodo cōcedentis volūtati, qui intellexit extincta inueſtitura, rē penes ſe ipſum manere debere, quo poſſet liberè illa vti, & frui, iuxta c. 2. de feud. vñ ex quadā æquitate, non ex iuris rigore renouare cōpellitur, vt diximus. Ergo, ſanguinis ratio, licèt defūcto ſucceſsionem, ſecundū dñi voluntatem præſtiterit, facultatem petēdi renouationem, concedere potens nō eſt, niſi titulus hæreditarius, quo poſsit defunctus repreſentari, concurrat, atq; etiā æquitas, qua gloſſa & Bart. mouentur, id nēpe æquitati conſentaneū eſſe aſſerentes, ne extante hęrede, qui defunctū repreſentat, extraneus inueſtiatur.

Neq; contrarium dixit Bald. in c. 1. quemad. feu. ad fil. perti. quin imò, ſi bene perpendatur, noſtrā potius tuetur ſñiam. Inquit enim, ꝙ dominus, ſi velit, filiā defuncti cœteris cohæredibus præferre poteſt, quo verbo præſupponit filiā hæredem eſſe: aliter non illā cohæredi antepoſuiſſet. Qua ratione, pro Imolæ ſententia, d. conſil. Baldum citauit Alexan. in d. l. ſi mihi, & Titio, ante nu. 20. ff. de verb. obl. intelligens quòd loquebatur in filia hærede, quaſi aliter nō poſsit pręferri aliis cohæredibus. Ex quibus ſedulò cauendum eſt à Præpoſito, ibidem, ante n. 4. aliter Baldū intelligente, quaſi loquētem in filia non hærede, quod admitti non pōt, diligenter perpenſis verbis Baldi, ſupra relatis, quod explicat Alex. cōſ. 80. ante num. 12. vol. 1.

30 Cauendum etiā eſt à Ripa, in d. l. 1. ff. de priuil. cred. n. 8. quatenus ſecutus Decium, d. conſ. 78. intellexit renouationem, agnatum petere poſſe, licèt vltimi poſſeſſoris, non ſit hęres, niſi emphyteuſis hęreditaria ſit, quod per ſupra ſcripta, defendi non poſſe conſtat, vel ſaltem intelligendum eſſe, prout Gozadinus iam relatus intellexit, dummodò ſaltē aliquem habeat titulum particularem, ab vltimo poſſeſſore, quo poſsit repreſentatio, & æquitas fundari, ꝙ ſine dubio verum eſſe Decius ipſe fatetur, vt diximus.

31 Nec quicquam vrget, quod in propoſita qñe is ſit primi acquirentis filius, & hæres, quoniā in hac materia illud firmiſsimū eſt, ſemel excluſum, perpetuò excluſum remanere, quaſi nunq̃; ad emphyteuſim, vel fideicommiſſum fuerit vocatus, tradit Bald. in cap. 1. de filiis natis ex matri. contr. ad Morg. Tiraq. in l. ſi vnquàm, verbo, ſuſceperit liberos, n. 157. C. de reuoc. dona. Mench. de ſucceſſ. creat. §. 27. nu. 9. & ſeq. intelligens, verum eſſe, etiam ſi per momentum ſit excluſus, tradit Paul. Pariſ. conſi. 16. nu. 5. vol. 4. Palac. in rub. §. 69. ante nu. 33. Monferrat, de regni ſucceſſ. in prin. nu. 33. vol. 12. tract. fol. 200. Perez, in ll. Ordin. col. 230. Quāobrem, cum agitur de ſucceſsione, vel renouatione, neceſſariò linea, & agnatio vltimi poſſeſſoris, quā emphyteuſis ſemel per ſucceſsionē, vel nominationem intrauit, conſyderāda eſt, vt reſoluit Iſernia, in cap. 1. de eo, qui ſibi, & ſuis hæred. & in c. 1. de nat. ſucceſſ. feudi, ita poſt Cardina. Alexan. & Petrum de Bella pert. firmat Tiraq. de primogen. q. 10. nu. 21. vbi reſoluit, fœminam vocatam, in defectum maſculorum, excludere omnes maſculos, qui iam fuerint à Maioratu, ſeu fideicōmiſſo excluſi conſentit Couarr. lib. 3. reſol. cap. 5. ante nu. 6. illat. 7. Romanus, conſil. 98. Pala. Rubeus, in rubr. de dona. inter virum, §. 69. num. 24. Petrus de Bellapert. in l. pater, §. quindecim, ff. de lega. 3. Guilel. in cap. Rainutius verbo, in eodem teſtamento, in 1. n. 173. & cum pluribus reſoluit nouiſſimè Michael ab Aguirre, in doctiſſimo reſponſo, de ſucceſſ. regni Portugallię, 1. par. apolog. num. 26. vbi aſſerit, adeò efficacem eſſe proximitatis, & gradus potentiam, vt in primogeniis conſtitutis, nullis expreſſis clauſulis, pręferatur fœmina proximioris gradus, quanuis in remotiori maſculus non deficiat.

32 Cui ſententiæ, ſuffragatur extrauagans lex, ſeu nouella conſtitutio Regis Sebaſtiani, quæ in fideicōmiſsis familiæ relictis, propinquiores vltimo poſſeſſori præferēdos eſſe decernit. Quæ ſententia, de iure communi, verior, & receptior eſt, vt conſtat ex Soccino, in l. ſi cognatis, ff. de rebus dub. col. fin. & conſil. 49. vol. 1. & Gozad. conſi. 4. vbi dicit cōmunem, & Rubeus, conſi. 39. n. 6. & conſ. 82. nu. 2. & conſil. 85. num. 3. & conſi. 93. n. 1. & Socin. conſi. 86. vol. 3. col. pen. Alciatus, in l. pronunciatio, nu. 17. ff. de verbo. ſignifi. Socci. Iun. conſi. 126. nu. 42. vol. 1. & cum pluribus nouiſsimè eleganter tradit Michael de Aguirre, vbi ſupra, nu. 11. 13. & 85. vbi latiſsimè probat, in ſucceſſione fideicōmiſsi, vltimi poſſeſſoris non primi inſtitutoris, habendā rationem eſſe. Aliter, ſi nominato fratre, ad emphyteuſim, alter frater nō eſſet perpetuò excluſus, ſed magis ad tempus, quandiu extaret nominatus, neutiquam dici poſſet emphyteuſis finita, nec de renouatione vlla eſſet amplius quæſtio. Siquidem mortuo nominato, ex priore inueſtitura, erit frater admittēdus. Quāobrem, cum quæſtio ſit, de renouatione inueſtituræ, neceſſariò præſupponendum eſt, conceſsionem extinctam eſſe, nec ex illa fundari poſſe vllo modo ſucceſsionem, niſi inueſtitura renouetur, & conſequenter, ſemel excluſum, à principio, per fratris nominationem, perpetuò fuiſſe excluſum, & propterea renouationē petere non poſſe, vt ſuccedere denuò poſsit, reformata inueſtitura. Quo præſuppoſito, vtiq; planū, & indubitatum manet, alicui non prodeſſe, quòd primi acquirētis,

tis fuerit filius, & hæres, ſiquidem ex eius facto, & nominatione prorſus, & perpetuò fuit excluſus, iuxta quam interpretationem, planè corruit fundamentũ Decii, in d. conſi. 78. nu. 5. dicentis, quòd eadem ſanguinis ratio, præſtare debet renouationem, quæ ſucceſsionem tribuit. Conſtat enim, quòd illam præſtat inueſtitura, ſimul & patris poſſeſſoris electio, & nominatio, per quam excluduntur alii, à ſucceſsione, & conſequenter à renouatione per ſupra ſcripta.

Cõcludo ergo, quòd is qui renouationem petit, vltimi poſſeſſoris, per quem extinguitur emphyteuſis, hæres eſſe debet, aliter petens renouationem audiendus non eſt. Quę vera ſententia eſt, ſecundum quam Bartol. & omnes alii, qui de hac re meminerunt, loquũtur, exigentes, quòd petens, ſit agnatus, & hæres, vltimi poſſeſſoris, qui debet repreſentari, vt renouatio impretrari poſsit, nec memini me legiſſe quẽpiam aut aliud, de hoc opinantem, aut aliud de hac re dubitantem.

33 Imò in terminis ferè hanc quæſtionem decidunt, qui eam quæſtionem examinant, inter filios primi acquirentis, & vltimi poſſeſſoris, ab eo cauſam habentis. Hi enim pro filiis, & hæredibus vltimi poſſeſſoris reſpondent, audiendos eſſe renouationem petentes, & ſi omnino ſint extranei, quales ſunt emptoris filii, non eos, qui à primo accipiẽte deſcendunt, ita poſt Ancharra. reſoluit Soccinus, conſil. 96. vol. 3. Bal. in authen. ſi quas ruinas col. 2. verſic. tertiò facit. C. de ſacroſ. eccleſ. Iaſo in l. fin. num. 33. C. de iure emphyteut. Iacoby. in auth. qui rem C. de ſacroſ. eccleſ. num. 133. Quorum ſententia ex ſuperioribus confirmatur, quia ſcilicet, vltimi poſſeſſoris, eſt conſideranda agnatio, non primi aquirẽtis, vt in ſpecie voluit Corneus, cõſi. 23. col. 6. vol. 2. Rubeus, cõſ. 85. num. 3. Quæ ſententia in emptoris filiis, & hæredibus nullo modo, ſtare poſſet, ſi primi acquirẽtis agnatio, foret conſyderanda, & audienda. Compertum eſt enim, quòd renouatio, extraneis hæredibus concedi non debet, Staphileus in tract. de liter. grat. fol. 196. in prin. At primi acquirẽtis reſpectu, nemo dubitat, emptoris filios, & hæredes, prorſus extraneos eſſe, & nihilominꝰ renouationem petere poſſunt, vt prædicti auctores docent. Quod eò fit, quia, vt iam diximus, vltimi poſſeſſoris progenies, & proximitas, non primi acquirentis, eſt attendenda.

34 Vlteriùs ambigui iuris non eſt, hoc ius petẽdi renouationẽ, agnato proximiori competere, vt reſoluit, Decius conſil. 78. num. 3. & col. fin. Gozadi. cõſ. 86. n. 23. & poſt Præpoſ. ita concludit Afflictus, in c. 1. quemadmo feud. ad fœmi. perti. Roman. in l. 2. in princ. ff. ſolu. matrim. & in l. Prætor ait, §. fin. ff. de noui oper. nunciat. Decius, conſil. 131. num. 2. & ad finem, verſicu. tertiò non obſtat, Ancharra. conſ. 333. vbi tenet, quòd ſatis eſt, quòd ſit proximior, licèt nõ ſit de deſcendentibus, quod probat Pariſius, vol. 1. conſi. 22. num. 37. Et de iure ſemper proximior præfertur, l. ſi filius qui patri, §. cũ filius, ff. de bonis liber. ibi: *Et ſine dubio, qui ſequentis gradus ſunt, non admittuntur, interim*, probat, l. 3. ff. de acquir. hæred. & l. ſi plures, ff. de iure deliber. & l. 1. §. ſi intra, ibi: *Si mortuus ſit prior, ſtatim ſequens admitti debet.* ff. de ſucceſſ. edicto. habetur in l. cũ ita, §. in fideicommiſſo, ff. de legat. 2. & l. peto, §. fratre, eod. tit. Tiraquel. de Primog. quæſt.



quæſt. 40. num. 188. & de retr. lign. §. 11. gloſſ. 4. nu. 2. Gomez. 1. to. cap. 2. nu. 3. verſi. limita. 5. Faciunt quæ tradit Afflict. q 392. nu. 20. & in cap. 1. n. 4. quemadm. feud. ad fil. perti. & Ripa, in l. 1. ff. de priuil. cred. n. 8. Roma. conſi. 22. in fine, nu. 6. Alexan. conſil. 93. vol. 2. nu. 6. Ruinus, conſi. 47. nu. 6. vol. 3. & vltra prædictos auctores, eleganter comprobat Michael ab Aguirre, in doctiſsimo reſponſo, ſuper ſucceſsione Regni Portugalliæ, 1. par. num. 2.

35 Quamobrèm, is tantùm audiẽdus eſt, qui proximus eſt vltimo poſſeſſori, vt probatur in cap. 1. ad fin. de nat. ſucceſſ. feud. ibi: *Qui ex ea linea*, vt notabiliter aduertit Anchar. cõſi. 82. in fine, Corneus, conſil. 22. nu. 17. vol. 2. ita Soccin. conſi. 126. num. 39. vol. 1. Ruinus, lib. 3. conſi. 47. num. 6. Beroius, in cap. dilecti, de arbitr. nu. 55. qui hãc conſtituunt regulam generalem, eos ſolùm audiendos, qui ſunt de linea vltimi poſſeſſoris, & proindè attenditur proximitas, vltimo loco grauati, vt eſt recepta ſententia, ſecundum Socci. conſil. 249. num. 16. 18. 20. vol. 2. & in l. ſi cognatis, ff. de rebus dub. & nouiſsimè Menochius, in reſponſo pro Triuultiis, num. 311. Quocirca, per illum text. in d. cap. 1. in ſucceſsionibus quoque feudorum, id obſeruatur, vt inſpiciatur proximitas vltimi vaſſalli, nõ primi acquirentis, quod ibi aduertit Andr. de Iſernia, & Bald. conſilio. 200. fundum, ad fin. vol. 5. Soccinus, conſi. 86. viſis teſtamento, ad fi. vol. 3. & conſi. 73. capiendo primũ, verſi. prædicta etiam probantur, volu. 4. Calderi. conſ. 13. tit. de feudis, Ange. cõſ. 110. Cardin. conſil. 124. Rubeus, conſi. 8. ad fin. quos ſequitur Couar. lib. pract. quæſtion. cap. 38. nu. 1. Decius, conſi. 445. in caſu ad me tranſmiſſo, num. 19. Ripa, in l. ex facto, ff. ad Trebel. Tiraquell. de retract. lig. §. 15. gloſſ. 1. num. 19. & nouiſsimè Michael ab Aguirre, in doctiſsimo reſponſ. de Succeſſ. Regni Portug. 1. parte, num. 6. Licèt aliàs in feudis, ſemper reſpiciamus primùm ſtipitẽ, Bald. in cap. 1. col. 1. ad fi. & ibi Marti. Laud. de eo qui ſibi, & hæred. ſuis, & in c. 1. §. vlt. verbo magnum, de ſucceſſ. frat. vel grad. ſucceſſ. Iaſo, cõſi. 7. pro reuerẽdiſsimi, verſi. imprimis, & verſic. tertiò deueniendo, vol. 3. Decius, cõſi. 193. in ſucceſsione, col. 2. & conſi. 390. quoniã ex facto, col. 2. Ripa, lib. 1. reſpon. cap. 1. defuncto. num. 78.

36 Quin, & id etiã ad Maioratus, ſucceſſorem noſtri trahunt interpretes, vt reſpectu vltimi poſſeſſoris proximitas attendatur, quod obſeruat Soccin. conſi. 47. lib. 3. n. 6. & Nouella nr̃a cõſtitutio, fol. 123. in extrauag. Cui reſolutioni nõ obſtat, tx. in l. cum ita, in §. in fideicõmiſſo, ff. de leg. 2. quoniã ille tex. procedit, ſecundum voluntatem defuncti, qui poſt nominatos, propriã vocauit familiã, non eorum, quos nominauit, ideò nõ eſt mirũ, ſi proximiores primo teſtatori, tanquã vocati præferantur. Aliter res exire nõ debet à linea quã ſemel intrauit, quaquidem deficiente admitti poſſunt, collaterales, ſi id cõceſsio patitur, vt habetur in c. 1. de ſucceſſ. frat. ibi: *Cum fratrum præmortuorum filijs.* Ex quibus ſanè hæc vera reſolutio eſt, ceſſare renouationem, quoties legitimum agnatum, vltimus emphyteuſis poſſeſſor non habet hæredem, qui illã poſtulare valeat.

37 Illud tamen non omitto, quòd licèt ex ſuperiore reſolutione, renouationem petens, & hæres, & agnatus vltimi poſſeſſoris eſſe debeat: hoc

hoc tamen quidam intelligunt admittendam fore, in emphyteuſi hæreditaria; quæ ſcilicèt à principio fuit conceſſa pro filiis hæredibus, ſecus verò, ſi fuit conceſſa pro filio, vel filia; aut certis perſonis nominandis, quoniã tũc ſatis eſſe opinãtur, quòd ſit agnatus proximior vltimi poſſeſſoris, ex Decio cõſ. 78. n. 3. Roma. conſi. 22. in fi. Ripa, in l. i. ff. de priuil. cred. num. 8.

# Queſtio. X.

## SVMMARIVM.

1 *FRuctus, qui percipiuntur, poſt finitam emphyteuſim; ante conceſſam renouationem, an pertineant ad dominum directum; qui poſſeßionem emphyteuſis vacãtis ingreſſus eſt, an verò ad hæredem, vel ſucceſſorem, vltimi emphyteutæ petentem renouationem? controuerſa quæſtio.*

*Emphyteuſis, quæ conceditur vſque ad tertiam generationem, ea finita expirat.*

*Permiſſa ad tempus limitatum, poſt illud cenſentur prohibita.*

2 *Emphyteuſi finita per generationem, emempbyteuta, propria auctoritate expelli poteſt.*

3 *Emphyteuſi finita vtile dominiũ, per mortem vltimi poſſeſſoris expirat, & cum directo conſolidatur.*

4 *Emphyteuſi finita per generationem, dominus directus, ipſam emphyteuſim apprehendere poteſt, illiusq; poſſeßionem capere, atque interim emphyteuſi liberè frui, fructusque lucrari, quoniam finito tempore conceſſionis emphyteuta ſua naturali poſſeſſione priuatur, dominusque directus poſſeſſor cenſetur, emphyteuſis finitæ, & apprehenſæ, quandiu manet ſub manu ſua.*

4 *Ex clauſula, quòd finita emphyteuſi, ſeu generatiõe, res liberè reuertatur ad dominũ, & liceat domino apprehendere poſſeſſionẽ propria auctoritate, illa manus iniectio, retenta à domino directo, initio contractus operatur, quòd ipſo facto, omnis poſſeſſio, & etiam dominiũ ab ipſius vltimi poſſeſſoris hærede, vel àquouis alio poſſeſſore, penitus euellatur.*

*Clauſula manus iniectionis, ſeu conuentio, quòd liceat manum rei inijcere in limine contractus appoſita, ſimplicis poſſeſſionis naturalis, penes ſucceſſorem vltimi emphyteutæ, exiſtentis, reuerſionem ad dominum directum, & ciuilem poſſeſſorem emphyteuſis operatur.*

5 *Emphyteuſis aperta, ſeu finita, & ad dominum directum deuoluta, propter generationem finitam, & ab eo apprehenſa, cenſetur quodammodo, ſaltem in effectu omnis cõmodi, & emolumenti medii tẽporis, reunita, & quaſi conſolidata domino directo, & ad ſuam, & primordialẽ cauſam reuerſa, qualis ab initio exiuit, & emanauit.*

5 *Dominus directus, finita emphyteuſi, & ab eo apprehenſa, nullam interim ſeruitutem, nullam penſitationem, nec aliud quodcumque onus ab emphyteuta impoſitũ, tenetur agnoſcere; ſed pleno & ſuo primitiuo iure, liberè fruitur, & ad eum ſpectat exercere omnia iura dominicaliæ in ſubemphyteuſibus dependentibus, ab emphyteuſi prehenſa, & etiam vtile dominiũ emphyteuſis interim reuerſum, & reunitum directo cenſetur.*

5 *Apprehenſio poſſeſſionis, finitæ emphyteuſis, per dominum, nõ eſt miſſio in poſſeſſionem, cauſa rei ſeruãdæ, ſed manus iniectio dominii directi abinitio cõceſſionis emphyteuticæ reſeruata, quæ mouetur virtute dominii directi, quod eſt, in patrimonio priuato domini.*

6 *Prehenſio poſſeſſionis, finita emphyteuſi, dominicalis eſt, iuris priuati, & patrimonialis, & nõ iurisdictionalis, nec mittitur dominus, veluti in rem alienam cuſtodiæ cauſa, vel cauſa pignorandi, ſed veluti in rem propriam, cauſa fruendi, re ſua, & ad primordialem cauſam reuerſa.*

*Prehẽſio poſſeſſionis, emphyteuſi finita, ex vi conuẽtionis, quòd liceat finita emphyteuſi manum inijcere, eſt actus dominicalis ſeu patrimonialis, qui nec fundatur, nec iuſtificatur in iurisdictione iudicis, ſed in virtute directi dominij, & poſſeſſionis ciuilis, ipſius domini, & in lege cõceſſionis.*

*Prehenſio poſſeſſionis, ſeu manus iniectio, ex pacto, finita emphyteuſi, non eſt prætoria, quia non fit in forma prætoriæ, ſed conuentionalis, aut contractualis, in qua iudex non propriè procedit, vt iudex, ſed magis vt merus executor contractus.*

*Dominus à tempore, ex quo poſuit feudum in manibus ſuis, facit fructus ſuos, donec præſtetur fidelitas, & petatur renouatio.*

7 *Succeſſor vltimi emphyteutæ, extincto prædeceſſoris titulo, non legitimus poſſeſſor eſt, ſed incipit eſſe detentator, ac ſine titulo, domini poſſeſſionem vſurpare, ac proindè, ad fructuum reſtitutionem tenetur, nec fructus facit ſuos, ex eo tempore, quo emphyteuſis eſt reſoluta, ac extincta.*

*Quod etiam verum eſt, in emphyteuſi finita propter commiſſum, & canonis ceſſationem. vt ibi.*

*Vſus fructuarius, fructus à tempore vſus fructus finiti, tenetur reſtituere.*

*Feudatarius, tenetur ad frucus perceptos ex die cõmißæ felloniæ.*

8 *Clericus, qui delictum commiſit ob quod beneficio priuari debet, tenetur reſtituere fructus à tempore delicti.*

*Donatarius etiam ingratus, tenetur ad reſtitutionem fructuũ à tempore ingratitudinis commiſſæ.*

9 *Per mortem vltimi emphyteutæ, expirat emphyteuſis, & poſſeſſio euaneſcit, & vtile dominium, nec vllum ius, neque poſſeſſio, in ſucceſſorẽ tranſit. Primùm non tranſit abſque traditione, & apprehenſione poſſeſſionis, mortuo patre: ſecundum ideſt, poſſeßio rei emphyteuticæ, non tranſit, quoniam poſſeſſio eſt facti, quæ mortuo vltimo poſſeſſore extinguitur.*

10 *Poſſeſſio patris in filium ſuum, in poteſtatem patris exiſtentem, non tranſit.*

*Poſſeſſio in fiſcum, lege non transfertur, quia neceſſaria eſt, poſſeſſionis apprehenſio.*

*Ad acquirendam poſſeſſionem, requiritur animus, & voluntas, quæ ad hæredem non tranſmittitur.*

11 *Poſſeſſio rei feudalis in filium, aut in alium hæredem, non tranſit, abſque noua apprehenſione.*

*Poſſeſſio retinetur animo, & voluntate, quibus extinctis extinguitur ipſa poſſeſſio, & per mortem dicitur finita, & extincta voluntas.*

12 *Interpretata lex cum miles, ff. ex quibus cauſ. maio.*

*Poſſeſſio hæredis, continuatur cum poſſeſſione defuncti, quoad vſucapionem implendam.*

*Hæreditas iacens, licèt non poſſideat, tamen quoad vſucapionem implendam, fingitur habere qualemqualem poſſeſſionem.*

13 *Poßeſſio licèt ad ſuum hæredem tranſmitti, non conſueuerit, tamen in feudis, quia filius viuo patre inueſtitus intelligitur, ac etiam poſſidere, continuatur in eum poſſeſſio, ſine alia inueſtitura.*

*Sed contra verius, nam licèt dominium feudi ipſo iure, filio vaſſalli quæratur, non tamen poſſeſſio, vt ibi.*

14 *Dominium, licèt in aliquibus caſibus, tranſeat ipſo iure non propterea tranſit poſſeſſio.*

*Dominium feudi, ipſo iure licèt vaſſallo filij quæratur, non tamen poſſeſſio.*

15 *Fructus emphyteuſis finitæ, ad dominũ directũ pertinẽt, hoc eſt, fructus medij tẽporis, donec renouatio non perficitur, & cõſummatur, quoniã æquitas illa renouationis concedendæ, non porrigitur ad fructus ex fundo deuoluto perceptos.*

16 *Fructus percepti poſt litem cõteſtatam, ſuper renouatione, ex re emphyteutica, iam finita, pertinent ad eum, qui renouationis ſententiam obtinuit.*

*Renouationem, qui facere tenetur, dolo ſuper renouatione controuerſiam mouere, & illius executionem, non citra calumniam retardare cenſetur, differendo, & comperendinando, poſt diem quod ſucceſſori vltimi poſſeſſoris, intra certum tempus, erat liberè conceſſurus.*

17 *Dominus directus, denegando renouationem, quã facere tenetur, poſt litis conteſtationem, malæ fidei poſſeſſor eße incipit, qui ante litẽ conteſtatã non deſiſtit, ſed rei inuaſæ poſſeſsionẽ, vſq; ad extremũ cauſæ exitũ detinuit, ac continuauit.*

18 *Sentẽtia lata contra dominũ directũ, ſuper renouatione emphyteuſis, nocet poſſeſſoribus, quibus poſt acceptum renouatiõis iudicium, bona aliquot, eiuſdem emphyteuſis, ſunt conceſſa.*

*Sententia lata, contra dominum directum, à quo emphyteuta cauſam habet, nocet emphyteutæ habenti, notitiam, & ſcientiam, litis motæ, contra dominum.*

*Sententia lata contra creditorem conuentum, & ſuccũbentẽ, præiudicat debitori ſcienti.*

*Sententia lata contra debitorem, præiudicat creditori ſcienti.*

1 QVæſtio eſt non vulgaris, quã nuper in hoc ſupremo Senatu controuerti vidimus inter Gregoriũ Mendez do Rio, aduerſus monaſterium Diui Vincentii, ſuper renouatione emphyteuſis, in qua ipſe patronus extiti anno 1579. dũ glorioſæ aduocatiõis munere, in hac ſuprema curia fungebamur. Mortuo p̃re, dicti Gregorii M. qui fuerat vltimus poſſeſſor emphyteuſis, abbas, & alii monachi dicti monaſterii, ad quos directũ dominiũ emphyteuſis pertinebat, vacantem poſſeſsionem apprehenderũt. Egit d. Gregoriius M. aduerſus d. maſteriũ, interdicto recuperandæ poſſeſsionis, in quo, lite per plures annos, protelata, ſuccubuit. finitoq; poſſeſſorio iudicio, ſtatim ipſum monaſterium, coram ſupremo Magiſtratu cauſarum ciuiliũ, (qui eſt iudex competens, omnium exemptorum, qui in hoc regno ordinarios ſuarum cauſarum iudices, non habent, iuxta Ordin. lib. 2. tit. 1.) pro renouatione conuenit, & obtinuit. Dubium eſt, an finita emphyteuſi, per generationem fructus interim percepti, lite pendente, ſuper renouatione, cedant in vtilitatẽ domini, an verò deſcendenti, vel agnato vltimi poſſoris, ad quem renouatio ſpectat, ſint reſtituendi? Item, an cõceſsiones emphyteuticę, interim factæ, per dictum monaſterium aliis colonis, lata ſententia, in fauorem deſcendẽtis ſuper renouatione, reſcindẽdæ ſint, & inueſtitis, & aliis poſſeſſoribus, quibus lite pendẽte ſuper renouatione, facta fuerat, per monaſterium conceſsio terrarũ in emphyteuſim, noceat, & præiudicium pariat?

Et in hac quæſtione remota, diſputatione, verius eſſe vr̃, fructus, qui poſt finitã generationem, & emphyteuſim percipiuntur, & colliguntur, ad dñm directum, qui poſſeſsionem ingreſſus eſt, pertinere, non verò, ad hæredem, vel ſucceſſorem, vltimi emphyteutæ, licèt pretendat renouationẽ, & renouationis ſententia, pro eo lata ſit. Primò, quoniam emphyteuſis, quæ conceditur ad tertiam generationem, ea finita expirat ex regula, tex. in l. ſi vnus. §. 1. & ibi Bald. & in l. epiſtola. §. vlt. & ibi Paul. Caſtr. ff. de pactis, tx. in l. ſtatuliberũ, §. Stichum, & l. Titia cum teſtamento. §. vlt. ff. de legat. 2. & l. pater filium, §. fundum. ff. de legat. 3. quibus probatur, permiſſa ad tempus limitatũ, poſt illud tempus cenſeri prohibita, probat etiam tex. in l. ſi ita quis, & ibi Bald. & Imol. & Iaſ. ff. de vulgari. & l. ex facto. §. Item quæro. ff. eod. tit. & l. qui fundum. ff. de contrah. empt. & l. ſiquis alia. ff. quemadmod. vſuſfructus, amitt. & l. ſicuti §. vltim. & ibi Baldus. ff. quibus modis, pign. vel hypoth. ſolui. & l. 5. §. ſi mulier. ff. de lib. agnoſ. & latè Tiraq. de retr. conuent. §. 1. gloſ. 2. num. 44. & limitata cauſa, limitatũ producit effectum. l. in agris. ff. de acquir. rerum dominio.

2 Quarè, emphiteuſi finita, per generationẽ, emphyteutã, ꝓpria auctoritate, à dño expelli poſſe, ambigui iuris nõ eſt, imò paſsim receptũ, vt cõſtat, ex Alex. conſ. 131. n. 3. lib. 4. Soccino, conſil. 167. n. 23. vol. 2. & Decio, qui teſtatur cõmunẽ, conſi. 146. n. 7. Gozadi. conſil. 86. num. 9 Alciato, in l. 1. §. nunciatio. n. 2. ff. de noui oper. nũciatio. ſi igitur impunè expelli poteſt, ſecundum cõmunem ſententiã, ergo fructus, emphyteuſis finitæ ſucceſſor vltimi emphyteutæ percipere non poteſt, cum nulla ratio ſubſiſtat, quarè ad ipſum pertineant.

3 Comprobatur hoc, nam finita emphyteuſi, vtile dominiũ, per mortem vltimi poſſeſſoris expirat, ac cũ directo cõſolidatur arg. tex in §. finitur: inſtit. de vſufruct. ac poſſeſsio naturalis, vltimi moriẽtis, per ipſius mortem, cum ciuili domini conſolidatur, imò & ipſius domini, ciuilis poſſeſsio, ad ſe naturalem poſſeſsionem trahit, vt eleganter dixit Baldus in l. 1. num. 38. ff. de rerum diuiſio. meminit Gregor. Lopez, in l. 2. tit. 30. part. 3. & Tiraque. in tract. *Le mort ſaiſit.* parte. 3. declarat. 2. num. 3.

4 Ac proindè, finita emphyteuſi, per generationem dominus directus, ipſam emphyteuſim apprehendere poteſt, illiusque poſſeſsionẽ capere, atq; interim emphyteuſi liberè frui, & fructus lucrari, quoniã finito tempore conceſsionis, emphyteuta, ſua naturali poſſeſsione priuatur, dominusque derectus poſſeſſor, cenſetur emphyteuſis finitę, & apprehenſæ, quàmdiu manet, ſub manu ſua. Cum enim plerunq;, in conceſsione emphyteutica apponatur clauſula, *Quòd finita generatione, res liberè ad dominũ reuertatur, & liceat ei apprehẽdere poſſeſsionẽ ꝓpria auctoritate*, illa manus iniectio, retenta à dño directo, initio cõtractus, operatur, quòd ipſo facto, omnis poſſeſsio, & etiam dominum, ab ipſius vltimi poſſeſſoris hærede, vel à quouis poſſeſſore, penitus euellatur. prout in ſimili, in venditore probat, tex. iuncta gloſſa, in l. ſi ſub hoc pacto ff. de contrah. empt. Ergo multò magis, & fortiùs hęc cõuentio, in limine contractus appoſita, ſimplicis poſſeſsionis naturalis, penes ſucceſſorem vltimi emphyteutæ exiſtentis, reuerſionem, ad dominum directum, & ciuilẽ poſſeſſorem emphyteuſis operatur, quod probatur argu. l. pen. C. de pign. actio. & l. creditores. C. de pigno. vbi creditor ex pacto rẽ accipiẽdi, apprehẽdens poſſeſsionẽ, ver⁹ poſſeſſor efficitur. Quare multo plus iuris habet, dominus directus, in emphyteuſi finita, quo argumento, & ra

tione, hanc ſententiã in feudo aperto,& prehẽſo à domino, ob cauſam non exiſtentis clientuli,tradit Carolus,Moly.in conſuet. Pariſ. tit.1. §.1. glo.4.verbo,*Metre en ſamain*.n.17.

5 Emphyteuſis enim aperta,ſeu finita,& ad dñm directũ deuoluta, ꝑpter generationem finitam,& abeo apprehenſa,cenſetur, quodammodo, ſaltẽ in effectu, omnis cõmodi, & emolumenti , medii temporis reunita , & quaſi cõſolidatã dominio directo,& ad ſuam , & primordialem cauſam reuerſa,qualis abinitio,exiuit,& emanauit,per regulam , quam elicit,Baldus,ex tex. in l. vni.§. ſed vt manifeſtetur. C. de cad. tol. Quamobrem, dominus directus,nullam interim ſeruitutem,nullam penſitationem, nec aliud quodcumque onus,ab emphyteuta impoſitũ , tenetur agnoſcere, vt infra queſt.15.num.17.ſed pleno,& ſuo primitiuo iure, liberè fruitur,& ad eum ſpectat exercere omnia, iura dominicalia, in ſubemphyteuſibus, dependentibus,ab emphyteuſi prehenſa, & etiam vtile dominium emphyteuſis,interin reuerſum, & reunitum directo cenſetur. Quare hæc apprehenſio poſſeſsionis, non eſt, miſsio in poſſeſsionem, cauſa rei ſeruandæ, ſed manus iniectio dominii directi, ab initio conceſsionis emphyteuticæ reſeruata, quæ vel ex diametro differt, à manu Regis, vel iudicis, quæ mouetur, & agit, virtute publicæ iuriſdictionis. Hæc autem, mouetur , virtute dominii directi, quod eſt, in patrimonio priuato domini, quod ita ſimiliter in feudo reſoluit,Carol. in conſ.Pariſ.§.1 gloſſa, 4.verbo. *Metre*. mum.18.

6 Et ſic iſta prehenſio dominicalis eſt iuris priuati, & patrimonialis, & non iuriſdictionalis, nec mittitur dominus, veluti in rem alienã, cuſtodiæ cauſa, vel cauſa pignorandi, ſed velut in rem propriam, cauſa fruendi, re ſua, & propria, & ad primordialẽ cauſam reuerſa. Igitur iſte actus, eſt magis, actus dominicalis, ſeu patrimonialis. Non enim fundatur, nec iuſtificatur in iuriſdictione iudicis, ſed virtute directi dominij, & poſſeſsionis ciuilis ipſius domini, & in lege conceſsionis emphyteuſis, et ita in effectu, reſoluit Baldus, in l. ne quicquam,§.vbi decretum,verſic. ſed dubitatur,ſi poſſum.ff.de off. proconſu. & legati, vbi inquit,quòd huius modi prehenſio poſſeſsionis, non eſt prætoria,quia non fit in forma prętoriæ, ſed conuentionalis, aut cõtractualis, et quòd in ea iudex non propriè procedit, vt iudex, ſed magis , vt merus executor cõtractus,refert,& ſeqr̃ Carol.§.1.glo.4.n.46.& tradit Caſſan. in cõſue.Burg. rub.3.§.1.ad fi.verbo:*de dans*. n.12.verſi.quartò quæro, vbi expreſſè inquit,quòd ſolum à tempore quo dominus poſuit feudũ in manibus ſuis facit fructus ſuos,donec præſtetur fidelitas, & petatur renouatio, & rurſus,verbo.*Faire les fructs ſiens*, n.1. inquit, quòd dominus feudi,habens feudum vaſſalli in manibus ſuis, non tenetur fructus computare in ſortẽ, & allegat Panor. in c. at ſi clerici,de iudiciis, & etiam,in cap.1. de feudis, vbi ait, quòd ſi vtile dominium reuertitur, ad dominum, conſolidatur ipſum vtile, cum proprietate, vndè nõ dicitur fructus percipere, ex aliena re,ſed ex propria,quod latiùs proſequitur ibi Caſſaneus.

7 Quocirca,quemadmodum nullum dominium , penes emphyteutam,finita generatione remanet,cuius contemplatione fructus percipiebat,quoniã oĩo extinguitur propter

con-



conſolidationem : ita etiam proindè , extincto prædeceſſoris titulo, ſucceſſor, non legitimus poſſeſſor, ſed detentator eſſe incipiat, ac ſine titulo domini , poſſeſsionem vſurpare:conſequens eſt, vt ad fructuũ reſtitutionem teneatur, nec fructus faciat ſuos,ex eo tempore, quo emphyteuſis reſoluta eſt , ac extincta, vt in ſpecie reſoluit Speculator. tit. de locato , §.nunc aliqua,verſi.decimò , & Albericus,in l.2.col. 8. & ibi Iaſo,num.17. verſi. ſecundò quæro, C.de Iure emphyt.& Baldus, in l. ſi pater,notab.3.C.de vſufruct.Angel. in §.ſi verò,poſt prin.verſi.ſed quæro tunc.in authent.de non alienan. Soccinus,conſilio.167. non inutilis, col. 4.verſi.poſtremò prædicta confirmãtur , vol. 2. Felynus , in cap. de quarta,verſi. ſimile eſt , de præſcriptio. poſt multos quos copioſè , refert Tyraquellus,in l.ſi vnquam,verbo, reuertatur , num. 221. de reuoc. donatio. Qui omnes,id ipſum reſoluunt,in emphyteuſi finita, extincta propter commiſſum, & canonis ceſſationem. Mouentur hi auctores , non leui argumento,à ſimili ad vſumfructuarium,qui fructus à tempore vſusfructus finiti,tenetur reſtituere,per tex. in l. ſi pater,C.de vſufruct. *Si pater*(inquit) *vſumfructũ prædiorum,per tempus veſtræ pubertatis , matri veſtræ reliquit , finito vſufructu, poſtquàm vos adoleuiſtis, poſterioris temporis fructus perceptos , ab ea repetere poteſtis, quos nulla ratione ſciens , de alieno percepit.* Et ita tenet Albericus,d.l.2.quod tradunt etiam Cynus , & Baldus.in authent.inceſtas. C. de inceſtis nuptiis,& Bal.in d.l.ſi pater , & in fortioribus terminis , Guilelm. de Cugno , Angelus,& Paulus Caſtrenſis, in l.1.C.de his quibus , vt indign.vbi reſoluunt,feudatarium etiam teneri,ad fructus perceptos, ex die commiſſæ felloniæ , quod voluit Romanus,in l. diuortio, in princ. col. 2. ff. ſoluto matrimonio.

8 Idq́; dicunt Guilelmus , & Paulus,in d.l. 1.procedere, etiam in clerico,qui delictum cõmiſsit,ob quod beneficio priuari debet, vt ſcilicet fructus reſtituere teneatur , à tempore delicti , quod & videntur voluiſſe Baldus,Angelus , Paulus , in l. prędonis , per illum text. ff. de petitio.hæredit.Bald.in cap.paſtoralis, col.penult.verſi.quæro , an excommunicatus , extra de appellatio.tradit Dominicus , in §. 1. 42.diſtinct. & eleganter Antonius Burgenſ.in cap. ad noſtram,col.11. verſic.venio modo,de emptione , & vendit.Decius,conſilio.118. viſo inſtrumento, col.1. Hyppolytus , ſingul. 528. Clericus,qui commiſsit,& Ripa,in l. fin. quęſtio.66. C. de reuocan. donatio. vbi ex hoc,donatarium , etiam ingratum,dicit teneri , ad reſtitutionem fructuum , à tempore ingratitudinis commiſſæ, quamuis in clerico , contrarium tenuerit Cardinalis,in cap. 1. de celebratio.miſſ. & ibi Panormitanus,& Felyn.in d.cap. de quarta , vbi plura allegat. Facit etiam textus , in l. hæredem , & in l. eum qui , in princ. ff. de his quibus, vt indign. & quod voluit gloſſa , in §. & hoc quidem , verbo,relictis, in fine,de hæred. & falcid.

9 Verſatur etiam in hac re , alia conſyderatio , quoniam per mortem vltimi poſſeſſoris, expirauit emphyteuſis,ac proindè poſſeſsio quoque euanuit,& vtile dominiũ, & per conſequens , nullum dominium, nec vlla poſſeſsio , in ſucceſſorem tranſiit. Primùm non tranſit, abſque traditione , & apprehenſione poſſeſsionis , mortuo patre ,

eodemq; vltimo poſſeſſore, ex regula l. traditionibus, C. de pactis, & l. nemo plus, ff. de reg. iur. Secundũ, hoc eſt, poſſeſsio, rei emphyteuticę, non tranſit, quoniam poſſeſsio eſt facti, quę mortuo, vltimo poſſeſſore extinguitur. Quare neceſſaria eſt, noua apprehenſio, nam licèt dominium tranſeat in hæredẽ, nõ tamen tranſit poſſeſsio, l. cum hæredes, ff. de acquir. poſſeſſ. & ibi Bart. tradit Corraſius, lib. 6. Miſcellaneorum, c. 12. eſt etiam tex. in l. qui vniuerſas, §. quod per colonum, & ibi Bart. ff. de acq. poſſeſſ quanuis ſit eccleſia inſtituta hæres, Bald. in l. fin. col. 2. verſi. iuxta prædicta, quæro. C. de ſacroſ. eccleſ. & quòd poſſeſsio defuncti, non tranſeat in hæredẽ, priuſquàm fuerit, per eum naturaliter apprehenſa, probat Iureconſultus, in l. Pomponius, §. quæſitum, ff. de acq. poſſeſſ. & probat tex. in l. ſi homo, ff. de vſucap. & in l. 2. §. apparet, ff. de crimi. expil. hæred. vbi, & id probatur procedere, etiam poſtquàm hæres adierit hæreditatem, vt propterea, nec tunc poſsideat, & l. 1. §. Scæuola, ff. ſiquis teſtamen. liber eſſe iuſſus fuer. & l. ſi ſorori, & ibi Bald. & alii, C. de iure deliberan. & in §. 1. in authen. de iureiuran. à mor. pręſt. & probant ex noſtris auctoribus, Collectarius, in cap. cum ſit Romana, ad fi. de appellat. vbi inquit, quòd licèt hæres ipſo iure, habeat proprietatẽ, eſt tamen mittendus in poſſeſsionẽ, per l. 2. C. de edicto diui Adria. toll. & tradit Cynus, in l. ea lege, col. 1. C. de condictio. ob cauſ. Barto. Baldus, & alii, in l. cum miles. ff. ex quibus cauſ. maior. Baldus, in Rubrica, ff. de rei vindi. 1. lectu. vbi aſſerit, quòd poſſeſsio hęredis, eſt noua poſſeſsio, quoniam poſſeſsio defuncti morte finitur, per d. §. Scœuola, ibi: *Scæuola ait, &c. Idcirco autem hæreditati furtum non fieri, quia poſſeſsionem hæreditas non habet, quæ facti eſt, & animi, ſed neque hæredis, eſt poſſeſsio, antequàm poſsideat, quia hæreditas in eum, id tantùm transfundit, quod eſt hæreditatis, non autem fuit poſſeſsio hæreditatis.* Et probat expreſsim Bald. in l. de eo, §. hæres, vlt. ff. ad exhibend. & conſi. 141. præmiſsis verbis, verſi. tertiò eſt pręmittendum, volu. 1.

10 Quæ concluſio, adeo vera eſt, vt etiam in filium ſuũ, in poteſtate patris exiſtentem, poſſeſsio patris non tranſeat, gloſſa Barto. Bald. & Albericus, in d. l. cũ miles, & in d. l. cũ hæredes, & in l. in ſuis, ff. de liber. & poſthu. contra gloſſ. ibi, Alber. in l. fin. verſi. quæritur, an beneficium huius legis, C. de edicto diui Adria. toll. & ibi Bald. verſic. item ex hoc, quòd hæreditas, &c. vbi inquit, quòd licèt ſuitas, ſiue exiſtentia, ſui hæredis, faciat ſuum hæredem, non tamen poſſeſſorem, per d. l. ſi homo, ff. de vſucapio. vbi Salycetus, verſi. ex hoc. idem Albericus, in l. ſepulchra. ad finem, ff. de ſepulchr. viol. Ioannes Faber. in §. ſui autem, inſtit. de hæredũ qualitate, & different. Baldus, in authen. ingreſsi, C. de ſacroſ. eccl. verſi. quæro, quarè aliud, & in l. 1. ad finem, C. de appellatio. & in authen. defuncto, C. ad Tertyllia. & in cap. 1. de controuerſia. inter maſcul. & fœmin. & conſil. 13. ſuper eo quæritur, ad fin. vol. 1. & conſi. 345. ille qui iuſta ratione, vol. 4. & conſilio 20. ſuper primo puncto, col. 2. verſi. ex illa autem, vol. 5. Ancharranus, conſil. 92. tria in fauorem, verſic. ſed præſuppoſito, Imola, conſilio 16. viſo caſu, col. 1. Romanus, in l. hæres, in omne, ff. de acquir. poſſ. Alex. conſi. 37. in cauſa mota, col. 3. verſic. ſaltem in caſu noſtro, vol. 1. Aretin. in



in l. ſi ſorori, & ibi Iacobyn à ſancto Georgio, 1. notab. C. de iure delibe. Barbatia, in cap. in præſentia, num. 132. de probatio. & conſi. 17. clemẽtiſsimum Deum, verſi. & ſi quiſpiam dixerit, vol. 4. Bertrand. conſil. 247. duobus, ad finem, vol. 1. & conſil. 81. non nego, num. 3. & 4. vol. 2. & conſ. 261. igitur, num. 2. eodem volu. 2. & conſ. 3 inſpecto, dubio. 3. vol. 3. Benedictus, in cap. Raynutius, verbo, mortuo, itaq; teſtatore, in 2. num. 66. de teſtamen. Matth. de Afflicto, in cap. ſciendum, verſi. ſed aduerte, tit. de feudi cognit. & deciſio. Neapol. 167. Gabriel. col. 1. Igneus, in repetitio. authent. ex cauſa, col. 8. verſic. ex his ſequitur, & vnum tamen ego dico, C. de liber. præter. Pyrrhus, in conſuet. Aurelianenſ. titu. *De teſtamens*, cap. 6. Paulus Pariſius conſ. 1. viſa facti narratione, num. 160. vol. 1. Ioan. de Amicis, conſil. 61. in cauſa, & lite, col. 1. & poſtremò, digniſsimus Senator Regius, Valaſcus, de Iure emph. quæſtio. 18. num. 7. Inferens ex eo, etiam in fiſco, quia in eum poſſeſsio lege non transfertur, neceſſariam eſſe poſſeſsionis apprehenſionem, iuxta not. in l. cum duobus, aliàs, ſi fratres, §. idem reſpondit, ff. pro ſocio, & in l. fin. in fine, C. de ſacroſ. eccleſ. vbi Iaſo, Bald. in cap. 1. num. 3. quid ſit inueſtit. & ſubdit Valaſcus, proindè, dici non poſſe, quòd in bonis emphyteuticis, ceſſante ſtatuto, ipſo iure in filium poſſeſsio trãſeat. Quarè cum ad acquirendam poſſeſſionem, requiratur animus, & volũtas, ad hæredem non tranſmittitur. l. 4. ff. locati, & l. ſed ſi ita legatum, §. illi ſi volet, ff. de legat. 1. & habetur, in cap. ſi gratioſè, de reſcrip. lib. 6. ergo, nec poſſeſsio.

11 Quæ ſententia, non tantùm in emphyteuſi, ſed in feudo quoque procedit, in quo poſſeſsio in filium, aut in alium hæredẽ, non tranſit, ſed ipſius poſſeſsionis, apprehenſione opus eſt, vt non obſcurè tenuit Maſſuerius in praxi, tit. de feudis, §. item ſucceſſor ſingularis, num. 16. fol. 147. Iacoby. à ſancto Georg. in tract. feu. verbo, ita quòd ipſi inueſtiti, col. vlt. verſi. item quęro nunquid mortuo. Iaſo, in l. ſi ſorori. verſi. tertiò limita. C. de iure deliber. Guilel. Benedict. in cap. Raynut. verbo, mortuo itaq; teſtatore, in. 2. num. 69. de teſtam. Paulus Pariſ. conſi. 1. viſa facti narr. num. 160. vol. 1. Zaſius, conſi. 10. cum quõdam, verſi. nũc ad tertium, Curt. Iunior. conſi. 108. ſacratiſsimè, num. 23. Tiraquell. in tracta. de morte, in principio declarat. 4. n. 4. Affli. in c. 1. §. ſciendum, num. 38. de feudi cognitio. vbi reſoluit, feudi poſſeſsionẽ, habitam per patrem, non continuari in filium, ſine noua apprehẽſione, quoniã poſſeſsio retinetur animo, & voluntate, & extincto animo, & voluntate, extinguitur poſſeſsio. l. licèt. C. de acquir. poſſeſſ. Nam ſine animo, non continuatur poſſeſsio, ſed per mortẽ dicitur finita, & extincta voluntas, l. 4. ff. locati, & l. ſi ita legatum. §. illi ſi volet. ff. de legat. 1. Ergo, per mortem defuncti, eſt finitus animus, & extincta poſſeſsio, ideo eſt neceſſaria, per filium apprehenſio poſſeſsionis, quia in ea acquirenda requiritur corpus, & animus, l. 3. in prin. ff. de acq. poſſeſſ. Quæ ratio militat, tàm in filio, quàm in hęrede extraneo, & vtrunque diſpoſitio, d. l. cum hæredes, ff. de acq. poſſeſſ. cõprehendit, ex gloſſæ ſententia, & cõmuni, ibidem, & idem in effectu tradit Baldus, in auth. ingreſsi, C. de ſacroſ. eccle. & in l. 1. n. fi. C. de appel. & in l. edicto. C. de edicto diui. Adr. tollendo.

12 Nec prædictæ reſolutioni obſtat tex.in l.cum miles, ff. ex quibus cauſ.maiores, ibi: *Cum miles, qui vſucapiebat, deceſſerit, & hæres impleuerit, vſucapionem, æquum eſt reſcindi, quod poſtea vſucaptum eſt, vt eadem in hæredibus, qui in vſucapionem ſuccedunt, ſeruanda ſint, quia poſſeſsio defuncti, quaſi coniunctim deſcendit, ad hæredem, & plerunque nondum hæreditate adita completur.* Nam ibi poſſeſsio hæredis, continuatur cum poſſeſsione defuncti, quoad vſucapionem implendam, tex.in l. nunquam in poſſeſsionibus, §. vacuum, & l. cœptam, ff.de vſucapio. licèt hęreditas iacẽs nõ poſsideat, l.1.§. Scęuola. ff. ſiquis teſtamento, liber eſſe iuſſus fuer. Eo tamen reſpectu fingitur habere, qualẽ qualẽ poſſeſsionẽ, l.gerit, & ibi Roma. ff.de acquir. hęr. Iaſo, in l.eius qui.2. notab. ff. ſi cert. petatur, & ita illũ in tex.d.l.cum miles, intelligunt gloſſ. Bart. Bal. & Albericus, ibidẽ Bart. & alii, in d.l. cum hæredes. Nec obſtat, ꝙ ſenſit gloſſ. in §.ſui, verbo, exiſtimantur, inſtit. de hær. qualit. & different. & in d.l. cum hæredes, verbo, non pertinet.1. ſolu. & in d.l.in ſuis, ff.de lib. & poſth. verbo, quodammodo, quę videntur tenere poſſeſsionem, in ſuum hæredem tranſire, quoniam illa opinio è communi ſcribentium, ſchola exploſa eſt.

13 Nec obſtat etiam, poſtremò ꝙ tradit Baldus, in l. cum antiquioribus, C.de iure deliber. verſi.decimò ſic.num.18. vbi reſoluit, quòd licèt poſſeſsio, ad ſuum hæredem tranſmitti nõ conſueuerit, vt not.in d. l. cum miles, tamen in feudis, quia filius viuo patre, inueſtitus intelligitur, ac etiam poſsidere, continuatur in eũ poſſeſsio, ſine alia inueſtitura, vt notatur in cap.1.tit.de feudi cognitio. vbi gloſſ.in §.vltimo, aſſerit quòd filii poſt mortem patris, nõ acquirunt feudum, ſuccedendò patri, ſed iam in vita acquiſitum, capiunt, cum libera adminiſtratione. Non deeſt ergo filio ius, ſed adminiſtratio: ius ergo, quod habet, tranſmittere poteſt, l. fratris. C. de iure deliber. Et illam gloſſam, in d. c. 1. ſequitur idem Bald. Iacob. de Bellouiſo. Alua. & Præpoſitus, & ibi Bapt. Caccial. 6 par. prin. in vlt. defi. Barb. in repet. Rubr. C. qui admitti, verſi. ſecundò mihi videtur, & conſi.10. ſapienter, verſi. & ideo, dicit glo. vol. 4. & Iaſo. in l. in ſuis, verſi. 4. ſequitur illud. ff. de liber. & poſth. Et illud dictum Baldi, in d.l. cũ antiquioribꝰ, ſcilicet quòd in feudis ipſo iure, & ſine alia inueſtitura, aut apprehenſione poſſeſsionis, transferatur ipſa poſſeſsio, ſequuntur Cardina. Alex. in cap.1. verſ.18. tit. de feudo, March. Martin. Laud. in tract. primog. verſi. difficilis articulus, ibi, Quartò quia licèt. Iaſo, in l. quoties, verſic. nota etiam perpetuò, num. 32. C. de rei vindi. & conſi.87. conſultus in iure, col.2. verſi. & circa iſtud. vol.1. & cõſ. 182. in præſenti, verſi.7. notabiliter, vol.2. & conſ.10. videretur. verſi. prędicta fortius, vol.3.

14 Quæ tamen non obſtrant, quoniam illa gloſſæ ſententia, quã Bald. & alii, in locis præcitatis, ſequuntur, licèt dominium feudi, ipſo iure filio vaſſalli quæri, aſſeruerit, nihil tamen omnino loquitur de poſſeſsione: quare poſſeſsio non tranſit, etiã ſi dominium tranſeat. Neque enim, ſi dominium quæritur ipſo iure, ac rectà, tranſit in hæredem, vel etiam legatarium, vt certè tranſit, continuò ſequitur, poſſeſsionẽ, in eos rectà tranſire, vt patet ex l. omnium, C.de teſtam. & l.vltima, C.de edicto diui. Adr. toll. & l. cum hæredes, ff. de acq. poſſeſ. Quod generale eſt in cœteris omnibus, in quibus dominium tranſit ipſo iure, vt propterea, non tranſeat poſſeſsio, glo. in l. cum duobus, §. idem reſpõdit ſocius, verbo, dominium. ff. pro ſocio, & l. vlti. verbo, in rem, verſic. item nunquid poſſeſsio. & ibi Ioann. Fab. & alii, C. de ſacroſan. eccleſ. Bartolus, Angel. & Roman. in l. commiſſa. ff. de publ. & vectig. cum aliis congeſtis, latiſsimè à Tira. in repet. l. ſi vnquàm, verbo, reuertatur, num.388. verſi, 48. licet alias dñium, C. de reuo. don.

15 Ex quibus concludendũ eſt, in præfata quæſtione, fructus emphyteuſis finitę, ad dominum directum, pertinere debere, hoc eſt interuſurium medii temporis, donec renouatio non perficitur, & conſummatur: tùm ex prædictis, tùm etiã, quoniam æquitas illa renouationis concedendæ, non vltra ampliãda, & extendenda videtur, vt fructus quoq; interim perceptos, ex fundo deuoluto, & directo dominio, conſolidato, in quibus interim agens, ad renouationem, ante eam impetratam, & obtentam, nullum ius habebat, quin imò impune expelli poterat, cõprehendat. Et hæc quæ ante diximus, procedunt, & locum habent, ante litem conteſtatam.

16 Poſt litem autem conteſtatam, Senatus noſter decreuit, in præfata cauſa, Gregorii Mendez, aduerſus monaſterium ſancti Vincentii, vt d. monaſterium, non tantùm renouaret emphyteuſim, ſed etiam vt fructus quoque reſtitueret, ex fundo emphyteutico præceptos, poſt litẽ conteſtatam, & intentatum renouationis iudicium. Quæ ſententia (etſi acta percurrere, & vota Senatorum, inſpicere mihi non vacauerit) non à iure aliena, mihi eſſe videtur. Etenim, cum monaſterium, renouationem dictę emphyteuſis facere teneretur, dolo ſuper renouatione controuerſiam facere, & illius executionem non citra calumniam, retardare videtur, differendo, & comperendinando poſt diem, quod intra certum tẽpus ſucceſſori vltimi poſſeſſoris, erat liberè concedendum, ex ratione I.C. in l. nemo rem.82.§.1. ff. de verbo. oblig. ibi: *Et hic moram videtur feciſſe, qui litigare maluerit, quàm reſtituere.*

17 Quarè dominus directus, denegando renouationem, quam facere tenetur, poſt litis conteſtationem, malę fidei poſſeſſor eſſe incipit, qui ante litem conteſtatam, nõ deſiſtit, ſed rei inuaſæ poſſeſsionẽ vſque ad extremum cauſæ exitum, detinuit, ac continuauit, tex. in l. ſed etſi lege.25.§. ſi ante litem conteſtatam, ff. de peti. hære. ibi: *Quoniam poſt litem conteſtatam, omnes incipiunt malæfidei poſſeſſores eſſe, quin imò poſt controuerſiam motam. Quanquam enim litis conteſtatæ mentio fiat, in Senatusconſulto, tamen & poſt motam controuerſiam, omnes poſſeſſores pares fiunt: & quaſi prædones, tenẽtur. Et hoc iure hodie vtimur. Cœpit enim ſcire rem ad ſe non pertinentem poſsidere, is qui interpellatur,* & Vlpianus, in l. itẽ, veniunt, § petitam. ff. eodem, ibi: *Quò quisque primum ſciret, eam à ſe peti. Nam vbi ſcit, incipit eſſe malæfidei poſſeſſor, id eſt cum primùm ei denunciatum eſſet,* tradit Ioannes Copus, in tract. de fructibꝰ, lib.2. cap.4. num.2. & eſt tex. in l. certum, C. de rei vindica. ibi: *Certum eſt malæfidei poſſeſſores, omnes fructus ſolere cum ipſa re præſtare, bonæ fidei verò extãtes, poſt litis autem conteſtationem, vniuerſos,* & Ordin. lib.3. tit.50.§.1. tradit latè Couarruuias, lib.1. variarum, c.3. num.1. & facit tex. in §. & ſi hæreditas, verſic. poſt inchoatam, inſtit. de

off.iud. ac proinde ſtatim deſinit fa-
cere fructus ſuos, licèt à principio,
bonam fidem habuerit, l. bonæ fidei,
ff. de acquir. rerum dom.

Induco pro hac ſentẽtia, tx. in l. ſi
cui legatũ. 91. ff. de cond. & demõſtr.
vbi cum quędam mulier ipſum filiũ,
eundemq́; patrem nepotum cohę-
redem filiis ſuis, ideſt nepotibus te-
ſtatricis dediſſet, eoſdemq́; inuicem
ſubſtituiſſet, rogaſſetq́; filium, vt fi-
lios emanciparet, non autem rogaſ-
ſet, vt hæreditatem eis reſtitueret,
reſpondit Iureconſultus Vlpianus:
*Ex auctoritate Diui Seueri, emancipare eos
compulſus eſt, hisq́; reſtituere hæreditatem.
Et adiectum eſt, ſi tardius id faceret, quaſi
ex mora vſuras præſtaturum. Videri enim,
eum qui moram faceret emancipationi, mo-
rã reſtitutioni fideicõmiſſi facere.* Quẽad-
modum ergo ibi obligatus, reſtitue-
re hæreditatem, ſi tardiùs id fecerit,
quaſi ex mora vſuras præſtat: ita, &
obligatus, ad renouandam emphy-
teuſim, ſi tardiùs poſſeſsionem re-
ſtituat, ex mora fructus rei, interim
perceptos debet præſtare: videtur
enim, qui moram fecit reſtitutioni,
rei emphyteuticæ, renouationi mo-
ram facere. Adduco etiãpro hac ſen
tentia, tex. in l. vulgò, ff. de vſuris, vbi
Iureconſultus Papinianus, *Vulgò* (in-
quit) *receptum eſt, vt quanuis in perſonam
actum ſit, poſt litem tamen cõteſtatam, cau-
ſa præſtetur. Cuius opinionis ratio redditur,
quoniam quale quid eſt, cum petitur, tale
dari debet, ac propterea poſtea captos fru-
ctus, partumque editum reſtitui oportet*, tx.
in l. partum, ff. eodem, ibi: *Partum poſt
litem conteſtatam, editum reſtituere poſſeſ-
ſor debet*, tex. in l. Paulus. 14. ff. eodem
ibi: *Paulus reſpondit, mora inſoluẽdo fidei-
commiſſo facta, partus quoque ancillarum
reſtituendos.* Eſt etiam tex. in l. videa-
mus, 38. ff. de vſuris, *Si actionẽ* (inquit
Paulus, I. C.) *habeam ad conſequendum,
quod meum nõ fuit, veluti ex ſtipulatu fru-
ctus non conſequar, etiam ſi mora facta ſit.
Quod ſi acceptum eſt iudicium, tunc Sa-
binus, & Caſsius, ex æquitate fructus
quoque poſt acceptum iudicium, præſtandos
putant, vt cauſa reſtituatur, quod puto re-
ctè dici*, Quod comprobat idem Pau-
lus Iureconſultus, in l. 31. ff. ſi certum
petatur, in hæc verba, *Cum fundus* (in-
quit) *vel homo, per condictionem petitus eſ-
ſet, puto hoc nos iure vti, vt poſt iudicium
acceptum cauſa omnis reſtituenda ſit, ideſt,
omne quod habiturus eſſet actor, ſi litis con-
teſtatæ tempore ſolutum fuiſſet.* Facit tx.
in l. Iulianus, §. quantum. ff. ad exhi-
bend. vbi Vlpianus, *Quantum autem,*
(inquit) *ad hanc actionem attinet, exhibe-
re eſt in eadem cauſa præſtare, in qua fuit,
cum iudicium acciperetur, vt quis copiam
rei habens, poſſit exequi actione, quod deſti-
nauit, in nullo cauſa, quam intendit, læſa.*
Clarior tex. in §. 5. inſtitu. de officio
iudicis, *Si ad exhibendum* (inquit) *actum
fuerit, non ſufficit, ſi exhibeat rem is, cum
quo actũ eſt, ſed opus eſt, vt etiã rei cauſam,
debeat exhibere, ideſt, vt eã cauſam habeat
actor, quã habiturus eſſet, ſi cum primùm ad
exhibẽdũ egiſſet, exhibita res fuiſſet, ideoq́; ſi
inter moras exhibẽdi, vſucapta ſit res, à poſ-
ſeſſore, nihilominus condemnabitur. Præte-
rea fructuum mediĳ tẽporis, ideſt, eius, quod
poſt acceptum, ad exhibẽdum iudicium, an-
te rem iudicatam, interceſſerit, rationem
debet habere iudex.* Textus etiam, in
l. illud. 40. ff. de petitio. hæredit. vbi
Paulus Iurecõſultus. *Illud quoque* (in-
quit) *in oratione Diui Hadriani eſt, vt poſt
acceptum iudiciũ, id actori præſtetur, quod
habiturus eſſet, ſi eo tempore, quo petiĳt, re-
ſtituta eſſet hæreditas.* Et notat gloſſa,
verbo, moræ, in l. in hac actione, ad
finem, verſi. cœterùm, ff. de condict.
tritica.

Ex quibus, ſummo cum iudicio à
tempore litis conteſtatæ, actori re-
ſtituendos eſſe fructus, cẽſuit noſter
Senatus



Senatus, qui aduertebat petentem
renouationem, id iudicis officio fa-
cere, ęquitatẽq́; illã, de qua per Bar-
tolũ, d. §. permittitur, cum in iudiciũ
deducitur, aliquo iuris remedio ad-
iuuandam fore, ac proinde illud re-
medium eſſe iudicis officium, quod
etſi nullam præſupponat obligatio-
nem, veram, & propriam, l. qui per
colluſionem, §. vlt. ff. de actio. empt.
præſupponit tamẽ, quaſi obligatio-
nem gloſ. in l. ſi ſeruum, §. fin. verbo,
peti poſſit, ff. de verbor. obligat. vbi
Alex. Gomez. in §. 1. num. 32. inſtit. de
actio. Menochius, in vlti. remed. de
recup. n. 8. adeò vt iudicis hoc officiũ
adinſtar actionis realis tribuatur, &
qui iudicis officio obnoxius eſt, rea-
liter teneatur, Barto. in l. 4. §. Cato,
num. 5. ff. de verbo. oblig. vbi Iaſo, n.
26. idem Barto. in l. vlt. ff. de iniuriis,
Rubeus, in l. non ſolùm, §. morte, n.
496. de oper. nou. nunc. Gomez. vbi
ſupra, num. 31. Quamobrem, meritò
aſſeruit Bartolus, iudicis officium
eſſe in rem ſcriptum, in l. ſi tertius, §.
ſiquis prius, ff. de aq. plu. arcen. Soc-
cinus Senior, conſ. 121. in fi. vol. 1. per
l. in cauſę, §. interdũ, ff. de minorib.
Menochius. vbi ſupra, num. 10. Qui
omnes docent hoc iudicis officium,
æquitate ſuffultum, aduerſus ſingu-
larem ſucceſſorem, eſſe inſtar actio-
nis realis, ex l. ait Prætor, in princ.
ff. de edendo, intelligẽtes d. l. qui per
colluſionem, §. fi. in actione perſo-
nali. æquitate igitur ſuadente, illud
datur contra ſingularem ſucceſſo-
rem, & in hoc caſu intelligẽdus eſt,
Soccin. Iunior. conſi. 52. num. 9. lib. 2.
Finita autem generatione, ad domi-
num directum, tanquàm particula-
rem ſucceſſorem, emphyteuſim fi-
nitam deuolui, manifeſtiſsimũ eſt:
quocirca, in eum competere officiũ
iudicis, adinſtar actionis realis, ex ſu-
perioribus comprobatur. Cum igi-
tur renouatio iudicis officio implo-
retur, quod æquitate quadã nititur,
tex. in l. planè, ff. de petio. hęred. c. 1.
de off. iud. Decius, in l. ſi me & Titiũ,
n. 4. & 5. ff. ſi cert. pet. ipſaq́; renoua-
tio, ſumma æquitate, ſuffulta ſit, quæ
repugnat quenquã cum alterius ia-
ctura locupletari, proindè in iudicio
renouationis, à tempore litis cõte-
ſtatæ, venient fructus, prout regula-
re eſt, in omnib[9] actionibus, tam bo-
næ fidei, quàm ſtricti iuris, vt d. l. vi-
deamus, §. ſi actionem, & l. 2. vbi glo.
ff. eodem, ſiue petam id quod meũ
non fuit, vel etiam per actionẽ ſtri-
cti iuris, petam id quod meum fuit,
vel etiam, quod mihi debitum eſt,
ſanè in iis omnibus caſibus, conſtat
ſaltem poſt litem conteſtatam, fru-
ctus omnes reſtituendos fore, vt cõ-
probat Gomez. in §. actionum, inſt.
de actio. num. 20. verſi. mihi tamen
videtur. Soluere igitur debet, mo-
naſterium fructus, poſt litem con-
teſtatam, cum eos, petens renoua-
tionẽ, percipere, & ſine dubio, ſuos
facere potuiſſet, ſi à principio illi,
abſque lite, & controuerſia, re-
nouatio cõceſſa fuiſſet, ipſumq́; mo-
naſterium potius renouationẽ con-
cedere, quàm perperàm litigare ma-
luiſſet. Ideoq́; integra cauſa reſtituẽ-
da eſt, allego ad id tx. elegantem, in
l. præterea, 20. ff. de rei vind. ibi. *Præ-
terea reſtituere debet poſſeſſor, & quæ poſt
acceptum iudicium, per eum non ex re ſua
acquiſiuit, &c. Nec enim ſufficit corpus
ipſum reſtitui, ſed opus eſt, vt et cauſa rei
reſtituatur, ideſt, vt omne habeat petitor,
quod habituris foret, ſi eo tempore, quo
iudicium accipiebatur, reſtitutus illi homo
fuiſſet.* Per quem tex. ita tradit Ioan.
Copus, in tract. de fructibus, tit. 4,
cap. 5. num. 1. vol. 12. tract. Eſt melior
tex. in l. ædiles. 25. §. item ſciendum,
ff. de

ff.de ædili.edicto,vbi Vlpianus. *Poſt*
*iudicium* (inquit) *acceptum,tota cauſa ad*
*hominem reſtituendum,in iudicio verſatur,*
*& tã fructus, quàm id quo deterior factus*
*eſt,cæteraq; veniũt. Iudici enim,ſtatim atq;*
*iudex factus eſt, omnium rerum officium,*
*incumbit, quæcunque in iudicio verſantur.*
Aliter niſi fructus, quoque reſtituã-
tur,reddita cauſa non videtur, l. re-
ſtituere.35.ff.de verb. ſign. vbi Paul.
Iureconſ.*Reſtituere autem* (inquit) *is in-*
*telligitur,qui ſimul & rem, & cauſam acto-*
*ri reddit, quàm is habiturus eßet, ſi ſtatim*
*iudicij accepti tempore, res ei reddita fuiſ-*
*ſet,ideſt,& vſucapionis cauſam, & fructũ.*
& rurſus,l.75.ff.eod.ibi: *Reſtituere vi-*
*detur is,qui reſtituit id, quod habiturus eſ-*
*ſet actor, ſi controuerſia ei facta non eſſet.*
Quocirca, ſiue fructus veniant iure
actionis,ſiue officio iudicis, poſt li-
tem conteſtatam, reſtituendi ſunt,
ſicut ipſa res reſtituitur, vt d.l.certũ,
C.de rei vindi. ibi: *Omnes fructus ſolere*
*cum ipſa re præſtari.*

Cum igitur, poſt litem conteſta-
tam, ſuper renouatione, dominus
conuẽtus, poſſeſsionem rei emphy-
teuticę, dimittere noluerit,hæredi,
ſeu deſcedẽnti vltimi emphyteutæ,
renouationẽ iure debitam petenti,
ſed iniuſtè detinuerit, vtiq; malæ fi-
dei,poſſeſſor eſt, poſt litem conte-
ſtatam,ac proindè,fructus,ipſius rei
emphyteuticæ,cuius renouatio de-
betur, & petitur,tanquàm ex aliena
re mala fide perceptos,ſuos non fa-
cit,ſed ad eos,vna cum iis,qui perci-
pi potuiſſent,obtinẽti in iudicio re-
nouationis, reſtituendos compellẽ-
dus eſt,argu.tex.in l.domum, C.de
rei vindi. Quemadmodum enim,
ibi domũ,quãquis ex matris ſucceſ-
ſione, ad ſe pertinere aſſerit, & ab
aduerſa parte,iniurià occupatã eſſe
oſtendit,præſes prouinciæ cum pẽ-
ſionibus,quas percepit,aut percipe-
re poterat,reſtitui iubet,ita non diſ-
ſimili ratione, & emphyteuſim, cu-
ius quis renouationem petit, à do-
mino iniuria occupatam, & inua-
ſam,propter debitam renouationis
neceſsitatem,cum fructibus, domi-
nus reſtituere debet. Quarè elegan-
ter Papinianus,in l.ſi nauis,§. gene-
raliter, ff. de rei vindi.cum de fru-
ctibus,à malæfidei poſſeſſore, reſti-
tuendis quæreretur, reſpondit ani-
maduerti debere, non an malæfidei
poſſeſſor fruitus ſit, ſed an petitor
frui potuerit, ſi ei poſsidere licuiſ-
ſet. Quarè meritò dominus, ſuper
renouatione conuẽtus, tenetur re-
ſtituere, omnes fructus,quos peti-
tor,ſeu victor percepiſſet, vel perci-
pere debuiſſet,ſi tempore litis con-
teſtatæ,ei renouationem conceſsiſ-
ſet, nec iniurià,renouationis neceſ-
ſitatem protelaſſet. Facit etiam tex.
in l. Iulianus, 17. ff. de rei vindi. ibi:
*Idem Iulianus, eodem libro ſcribit, ſi moram*
*fecerit, in homine reddendo poſſeſſor, & ho-*
*mo mortuus ſit, etiam fructuum rationem,*
*vſque ad rei iudicatæ tempus petendam eſ-*
*ſe*,tx.etiam,in l.fructus.33.ff. eodem:
*Veriorem putat Pomponius Trebatij opi-*
*nionem,putantis eo vſque fructuum ratio-*
*nem habendam,quouſque haberetur, ſi non*
*perijſſet,ideſt,ad rei iudicãdæ tempus.* De-
nique reſoluendum eſt, eãdem eſſe
poſt acceptum iudicium,bonę fidei
poſſeſſoris conditionem, quæ eſt cu
iuslibet malæ fidei poſſeſſoris,vt re-
ſoluit Coppus, in tractatu de fructi-
bus,lib.2. cap. 5. incip. non idem iu-
ris, n.3. nam quemadmodum in pe-
titione hæreditatis, & vniuerſali iu-
dicio, poſt litem conteſtatam, om-
nes poſſeſſores, pares fiunt, adeo
vt qui,priuſquàm interpellarentur,
bonæ fidei erant, nunc mota con-
trouerſia, mala fide incipiant poſsi-
dere:ita & in particulari iudicio, tx.
in §.



in §.etſi hæreditas,inſt.de offic.iudi.
Et proindè,poſſeſſor cõuẽtus,reali-
ter tenetur poſt litẽ conteſtatã, de
fructibus perceptis,& percipiendis,
vt Imperatores Valens, & Valenti.
reſcripſerunt,C.de fructib.& lit.ex-
penſ.in hæc verba: *Litigator victus,qui*
*poſt conuentionem,rei incumbit alienæ,non*
*in ſola rei redhibitione teneatur,nec tantùm*
*fructuum præſtationem eorum, quos ipſe*
*percepit,agnoſcat, ſed etiam eos,quos per-*
*cipere potuiſſet,non quos eum redigiſſe con-*
*ſtat, exoluat, ex eo tempore, ex quo re in*
*iudicium deducta,ſcientiam malæ fidei poſ-*
*ſeſsionis accepit*,tex.etiam,in §.2. inſt.
de off.iudi.ibi, *Siue contra poſſeſſorem,*
*iubere ei debet, vt rem ipſam reſtituat cum*
*fructibus.* Sed de his iam ſatis.

Ex quibus iuſtiſsimum eſt, abſque
dubio,ſupremi illius Senatus Areſtũ
dum prædictum monaſterium, ad
renouationem faciẽdam, & fructus
interim,poſt litem cõteſtatam,pro-
pter moram,& dilationem malitio-
ſæ retardationis perceptos,reſtituẽ-
dos condemnauit, non obſtãte anni
præſcriptione, intra quem non fuiſ-
ſe petitam renouationẽ, ab actore,
monaſterium obijciebat, & exclu-
ſum ob id à iure renouationis con-
tendebat per tx.in cap. 1. quo temp.
miles cum aliis per Tiraquel.de re-
tract.lign.§.1.gloſſ.10.à nu. 4. & Mo-
ly.de primoge.lib.4.cap.1. num.14.
Quę minime refragari,nec impedi-
re renouationis beneficium grauiſ-
ſimi Senatores,ſummo cum iudicio
intellexerunt,quoniam ex actis cõ-
ſtabat,mortuo vltimo emphyteuta,
ipſum monaſterium poſſeſsionem
apprehendiſſe, & violenter occu-
paſſe, ac inuaſiſſe expulſis famulis,
& colonis, ibidem exiſtentibus, ſo-
lo prætextu, finitæ generationis,
quarè,filius vltimi emphyteutæ, ſta-
ſtim egit interdicto, recuperandæ
poſſeſsionis,aduerſus monaſterium
ad fundi emphyteutici reſtitutionẽ,
quò ſibi retentionis iure, renouatio-
nem petere liceret: ac proindè licèt
in poſſeſſorio iudicio ſuccubuerit,
illis tamen venerandis patribus, ad
interrumpendam annalis temporis
præſcriptionem motam, ſuper ipſi⁹
rei poſſeſsione,controuerſiam ſuffi-
cerę viſum eſt, quaſi re ipſa,litigioſi
vitio,affecta. Expendo ipſe, ad hęc
tex.elegantem,in l.nemo,C.de acq.
poſſeſ.vbi poſtquã Imperator præ-
miſit,poſſeſsionis duplicem eſſe ra-
tionem, aliam iure, aliam corpore
conſiſtentem,ſubdit: *Vtranque autem*
*ita demum eſſe legitimam,cum omnium ad-*
*uerſariorum ſilentio, & taciturnitate fir-*
*matur,interpellatione verò, & controuer-*
*ſia progreſſa, non poſſe eum intelligi poſſeſ-*
*ſorẽ, qui licèt poſſeſsionẽ corpore teneat,ta-*
*mẽ ex interpoſita cõteſtatiõe, & cauſa in iu-*
*diciũ deducta ſuper iure poſſeſsiõis vacillet,*
*ac dubitet.* Quarè agẽti ſup poſſeſſo-
rio, vt ſibi res reſtitueretur, quò li-
ceret renouationẽ petere, recupata
poſſeſsione, nõ currit interim præ-
ſcriptio annalis, renouationi præfi-
xa, quoniã ſunt diuerſa, & finita vna
poteſt alia actio proponi,argum.tx.
in l.contra maiores, C.de inof. teſt.
vbi quando actiones non poſſunt ſi-
mul cumulari; vna mota non currit,
tempus in alia, & ſic pẽdente lite, ſu-
per vno iudicio, non currit, tem-
pus in alio, priori contrario, ibi,
*Duplicem actionem inferentes, primã quaſi*
*teſtamentum, non ſit iure perfectum, alte-*
*ram, quaſi inofficioſum, licèt iure perfectũ,*
*præſcriptio, ex prioris iudicij mora, quin-*
*quẽnalis temporis non naſcitur, quæ offi-*
*cere non ceſſantibus, non poteſt.* Ex qui-
bus, verbis colligitur, quòd donec
quæſtio ſuper ſolemnitate, vel nulli-
tate teſtamenti ventilatur, non cur-
rit tempus ſuper querella, inofficio-

ſi, & ſi in ventilatione cauſæ nullitatis, labatur quinquennium, & ſuccumbat, quinquẽnio elapſo querella agere poteſt. Allego etiam text. in l. intra vtile. ff. de minoribus; vbi minores, prolata pro ętate ſentẽtia, fuerũt reſtituti, appellauit aduerſarius, vt impediret cognitionẽ, præſidis, qui cœtera cognitionis diſtulit, & ſic elapſa ſunt tempora reſtitutionis, ſubdit Scæuola, *Quæſitum eſt, ſi finita appellationis, apud Imperatorem, cognitione, & iniuſta appellatione pronũciata, egreſſi ætatem deprehendantur: an cætera negocij implere poſsint: cum per eos non ſteterit, quominus res finem accipiat? Reſpondi ſecundum ea, quæ proponuntur, perindè cogneſci, atque ſi nunc intra ætatem eſſent.* Textus etiam, in l. 1. in fi. C. de annali except. tex. in authen. de appellatio. §. 1. collatio. 8. Melior tex. in l. moræ, C. de rei vindi. vbi Imperatores, moram litis, cauſam poſſeſsoris non inſtruere, ad inducendam longæ poſſeſsionis præſcriptionẽ, quoniã poſt litem conteſtatam, in præteritũ ęſtimatur, reſcripſerũt. Et rurſus, ijdem Impp. in l. nec bona, 10. C. de præſcr. long. temp. ibi: *Nec bona fide poſſeſsionẽ adeptis, lõgi temporis præſcriptio, poſt moram litis conteſtatæ, completa proficit: cum poſt motam controuerſiam, in præteritum æſtimetur.* Vndè, citatio facta, & controuerſia mota, ſuper poſſeſſorio, aduerſus prædictum monaſterium, ſufficit ad interruptionem præſcriptionis, annalis temporis, ad petẽdam renouationem præfixi, & omnium, quæ ſub illa petitione, poterãt comprehendi, & ſic mota lite ſuper poſſeſsione rei, videtur quoq; perpetuata ſuper ipſius renouatiõe, allego ad hoc tex. in l. ſi ex multis, C. de annali exceptio. ibi: *Sancimus itaq; nullam in iudiciis, in poſterum locum habere talem confuſionem, ſed qui obnoxium ſuum in iudicium clamauerit, & libellum conuentionis, ei tranſmiſerit, licèt generaliter nullius cauſæ mentionem habentem, vel vnius quidem ſpecialiter, tantummodò autem perſonales actiones, vel hypothecarias continentem, nihilominus videri, ius ſuum omne, eum in iudicium deduxiſſe, & eſſe interrupta temporum curricula, cum contra deſides homines, & ſui iuris contemptores, odioſæ exceptiones oppoſitæ ſunt.* Quarè, nulla culpa actori impedito, & non poſsidenti imputari potuit, cur inchoato poſſeſſorii iudicio, ante cauſam finitam, celeriùs ad renouationem non egerit, ex regula l. 1. C. de annali except. & eorum quæ ab Aluaro. & Præpoſ. & aliis not. in cap. 1. quæ fuit prima cauſa benef. amitt.

18 Iuſtiſsimè etiã iudicatum eſt, in ea cauſa ſententiam latam, contra dictum monaſterium, tanquàm dominum directum, ſuper renouatione nocere poſſeſſoribus, quib9 poſt ingreſſam poſſeſsionem, & acceptum renouationis iudicium, quædã terrarum iuggera, in emphyteuſim ſunt conceſſa. Etenim quanuis ſententia inter alios lata, regulariter nõ præiudicet aliis, in ea nõ nominatis, nec in proceſſu cauſæ citatis, l. ſæpe, ff. de reiudi. cap. quanuis, eod. tit. tamen regula prædicta, non habet locum, in propoſita quæſtione, quando ſententia fuit lata, contra dominum directum, à quo emphyteuta cauſam habet. Tũc enim nocet emphyteutæ habenti notitiam, & ſciẽtiam litis motæ, cõtra dominum directum. Ita videtur ſentire gloſſa. 1. verſi. vel emphyteuta, in d. cap. quãuis, per text. in d. l. ſæpe. vbi Bartol. verſi. quartò quæro. & in 5. quęſtione, iſtud apertè ſentit comparando, emphyteutam vſufructuario. Quod proculdubio procedit, quando ſententia lata eſt, contra proprietariũ conuentum, & ſe defendentẽ, vt in propoſita ſpecie. Nocebit enim emphyteutæ, ſcienti litem motã, & habenti cauſam, ab ipſo ſolo proprietario, vt poſt alios cõcludit Alex. in d. l. ſæpe, nu. 108. verſi. ſequitur videre, & num 109. verſic. quæro quid in ſententia. Quod quidem proprius voluerunt Innocent. Domini. Anto. & Imol. in d. cap. quanuis, & Bened. Capra ibidem ad fi. verſi. ſi verò. Et ſatis hæc comprobantur, ex his quæ poſt gloſsã, Bart. col. 2. q. 2. & alios tradit, Alex. in d. l. ſæpe, n. 84. volens, quòd ſententia lata contra creditorẽ conuentum, & ſuccumbentem, præiudicet, debitori ſciẽti, per illum tx. prout etiam quoniam ſententia lata contra principalem, nocet ſucceſſori, & ſingulari poſſeſſori, vt tradit Innocent. in d. cap. quamuis, per l. ſi à te. §. fin. & l. exceptio. ff. de exceptio. rei iudi. cũ aliis adductis per Alex. d. l. ſæpe, n. 69. cũ pluribus, quæ tradit Tira. in tract. res inter alios acta, col. 9. verſi. quæ declaratio. Eo etiã, quia qñ vnius rei, vel cauſæ defenſio, primò, & principaliter, pertinet ad vnũ, & ad aliũ ſecundariò, ſi primus defendit ſciẽte ſecundo, ſententia lata cõtra primũ, præiudicabit illi, vt firmat. Ægidius Bellamera, ad id adducendo iura, cõſilio 3. circa materiam, col. 1. & 2. Et optimè facit, quòd tradit Bartolus, in l. ſi ſuperatus. ff. de pigno. verſic. aut creditore ſciente, vbi aſſerit ſententiam latam, contra debitorem, præiudicare creditori ſciẽti. per d. l. ſæpe, Cum potiſsimè, contra principalem deductum eſt, ius illud, quod deduci poteſt, contra iſtum ſecundarium, & cum in principali iudicio, omnia requiſita interuenerunt, propter quæ ſententia lata, contra dominum directũ, pręiudicare debet emphyteutæ ſcienti, quæ ad plenum traduntur



per Alex. d. l. ſæpe, num. 76. 82. 83. Et ſatis eſt, emphyteutam fuiſſe ſcientẽ, & patientem, eſtò quòd aliter nõ fuerit citatus, vt firmat Innocentius, d. c. quamuis, Imol. Paulus de Caſtro, d. l. ſæpe, & Alexand. ibi allegans alia. n. 16. Vndè cum ſententia ipſa noceat, poſſeſſori, meritò cõtra ipſum ſeruatis ſeruandis, executioni demandari poteſt, vt tradit Barto. d. l. ſæpe, col. 2. verſi. an prætextu, huius ſentẽtiæ, per illum tex. & per doctrinam Innocẽtii, in cap. propoſuit, de cõceſſ. præb. cum aliis allegatis, per Alex. vbi ſup. n. 105. verſi. extra gloſſam. Cũ his quæ notat Francus, in c. ex ratione, verſi. & adde alias not. concluſ. de appella. Quæ ſanè quæſtio, in propoſita hypotheſi, minus habet difficultatis, in qua cum primùm actio perſonalis, aduerſus pręd. Monaſterium, pro renouatione intentata eſt, me patrono in illa cauſa, fuit per præſidem, aduerſus poſſeſſores etiã, & emphyteutas decreta citatio, vt ad ipſorum notitiam lis mota perueniret, vt iura ſua, ſi quæ haberent, in cauſa principaliter mota deducerent. Quod in praxi obſeruandum eſſe, operepræcium, fore exiſtimo.

# Quęſtio. XI.

## SVMMARIVM.

1 T*Empus anni, ad petendam renouationem, an minui, vel coarctari poſsit, ex pacto, ab initio cõceſsionis, per dominum adiecto?*

*Tempora à lege indulta, non minuũtur. Imò ſi iudex minueret, à lege ſuppleretur.*

2 *Contrahentium voluntas, & lex contra-*

*ctus*

ctus, ſequenda eſt.

Dominus poteſt, tempus petendæ renouationi præfixum, minuere, & coarctare.

Pacta quæcunque iuſta, in emphyteuticis conceſsionibus, ſeu cõuentionibus, ſunt obſeruanda.

3 Renouatio, niſi intra præfinitum breuius tempus poſtuletur, etiam citra interpellationem, ius amittitur, & petens à Renouationis iure cadit.

Seruitium, quando debetur certo die, dies interpellat pro homine.

Vaſſallo conſentiente, tempus abbreuiari poteſt, ad petendam inueſtituræ renouationem.

Donatio reuocatur, ſi non adimpleatur modus, ſeu conditio.

4 Obligatio, ſi fiat apud acta iudicis competentis, tunc executioni mandanda obligatio eſt, & non alia requiritur ſentẽtia, niſi quòd ipſa obligatio exequatur.

Obligatio præſente iudice, vel eo mandãte, quod recipiatur, habet vim ſententiæ, de conſenſu partium latæ, & ſic facit tranſitum in rem iudicatam, & habet executionem paratam.

Contractus per ſententiam iudicis, vel præſidis, roboratus, tranſmiſſa ſententia, & obligatione recepta, ſub illius ſubſcriptione, & ſigillo per Cancellariam, vt moris eſt, ratione ſigilli habet paratam executionem.

Si in cõtractus inſtrumento, inter partes inito, licentia, ſeu facultas domino propria auctoritate poſſeſsionẽ apprehendẽdi tribuatur, illa obligatio, & contractus habet paratam executionem.

5 Renouationis beneficio priuatur, emphyteuta, cum tempus legale, ſeu conuentionale, elabitur, maximè, quando in diminutione temporis adiectum eſt; per partes, quòd ſi renouatio, intra illud tempus, non petatur, emphyteuta ipſo iure cadat à iure petendæ renouationis.

Tempus conuentionale, ſubrogatur loco temporis legalis.

6 Quæ habent locum in tempore legali, non obtinent in tempore conuento.

7 Emphyteuſis renouatio, licèt propter lapſum temporis amittatur, non tamen ipſo iure, ſed requiritur ſententia declaratoria, ad auocandam poſſeſsionem.

Nemini licèt rem ſuam, propria auctoritate recuperare.

8 Sic etiam declaratoria requiritur ſententia, ſi iudex mandet, aliquid fieri ſub pœna excommunicationis, quòd illud nõ fiat: & non eſt ipſofacto excommunicatus, ſed oportet quòd citetur, ad allegandum, quarè non debeat excommunicari.

9 Renouationis petendæ tempus quemadmodum minui, pacto partium, ita & prorogari poteſt.

10 Dominus, ſi poſt annum & diem renouationem faciat, vel nouam inueſtiturã emphyteutæ, ſeu vaſſallo, ſiquidem per errorem, & ignoranter exiſtimãs tempus lapſum non eſſe, tunc pœnam caducitatis, ob nõ petitam renouationem remittere non videtur.

11 Dominus, ſi ex certa ſcientia, & non per errorem, renouationem faciat, poſt tempus à lege præfixum, videtur caducitatis, pœnam remittere.

Dominus, qui emphyteutã, renouationẽ petẽtẽ poſt tempus, exceptione poterat repellere, admiſit, videtur caducitatẽ remittere.

12 Ignorantia, vel ſciẽtia domini, circa amiſſionem iuris, ob non petitam renouationem attenditur.

13 Dominus, ſi à vaſſallo ſeruitium recipiat, qui infra annum, & diem inueſtituram nõ petijt, poſtea non poterit allegare vaſſallum eſſe priuandum, ex eo, quòd tempus petendæ inueſtituræ, labi paſſus eſt.

Emphyteuſis indiſtinctè, ob non petitam renouationem deuoluitur, nullusque proximiori agnato, vel alij, locus ſupereſt, & de ea dominus liberè diſponere poteſt, & quemcumque inueſtire de nouo,

14 Clauſula, vt finita emphyteuſi, filij, vel deſcendentes, vltimi poſſeſſoris rei emphyteuticæ, renouationem petere nõ poſſint, vllo modo, nec dominus directus, amplius renouare teneatur; ſed liceat domino pro tempore exiſtenti, rei finitæ, ſeu deuolutæ tenutam, & corporalem poſſeſsionem, accipere propria autoritate, & pro ſe tenere, vel alteri liberè concedere, in emphyteuſim, prout ſibi placuerit, impediunt, renouationem. Sed contrà verius. n. 21.



Verbum, prout ſibi placuerit, item verbũ liberè, quid importent.

Item, verbum, Quicquid, vniuerſale. ibidem.

15 Renouatio impeditur, ſi emphyteuſis à principio cõcedatur, ſcilicèt in tres vitas dum taxat, & non vltra, vel aliud tempus certum, & præfinitum, & ſic ſub expreſione temporis extinctiui, quoniam cum tunc tempus apponatur, non multiplicãdæ, ſed limitandæ obligationis cauſa, reſultat effectus, vt præter illud quis non teneatur vlterius.

Dictio, videlicèt, eſt, declaratiua, & reſtrictiua, præcedentium.

Dictio tantùm, vel dũtaxat, ſtat excluſiuè ad omnia non expreſſa, habet enim, virtutem exceptiuam, & omne id quòd expreſſum non eſt, ademiſſe intelligitur.

Dictio taxatiua, adiecta diſpoſitioni hominis expreſſæ, facit ceſſare tacitam diſpoſitionem legalem.

16 Verbum, Non vltra, eſt excluſiuum cæterorum non expreſſorum, & dictio, Vltra, limitat numerum expreſſum, cũ habet ante ſe negatiuam.

Emphyteuſis conceſſa, ad viginti nouem annos, illis finitis extincta cenſetur, quoniam ex quo tempus conceſsionis finitum eſt, emphyteuſis quoque eſt finita.

17 Emphyteuſis licèt in tertiam, vſque generationem concedatur, ſi tamen adiiciatur clauſula, videlicèt pro tempore viginti nouem annorum, proximè futurorum tantùm, & non vltra, finito tempore viginti nouem annorum in prima, vel ſecunda perſona, tertia generatio, licèt in antiqua inueſtitura comprehẽſa, amplius non auditur, veluti ſopita, & penitus extincta inueſtitura, quoniam tempus intra quod vocabatur, in perſona præcedentium, lapſum eſt.

Emphyteuſim habens, vita ſua duraturã, tantùm, cam alteri legando, inutiliter diſponit, eoque mortuo, nihil legatario debetur, quoniam per eius mortem inueſtitura extincta eſt.

18 Renouatio non debetur deſcendentibus, vel agnatis, vltimi poſſeſſoris, cum emphyteuſis à principiò, ita fuit conceſſa, ſub pacto, & conditione, quòd accipientis deſcendentes, renouationem petere non poſſent, neque ipſe dominus, ad renouandũ adſtringeretur, ſpecialis enim illa renouationis renunciatio, multum habet ponderis, & energiæ.

19 Pactum, & conuentio expreſſa, de non petenda renouatione per dominum initio conceſsionis appoſita, eſt quidem legitima conuentio, quæ ad agendũ viam præcludit, & actionem ad renouandum omnino perimit, ac eneruat.

Contractus emphyteuticus, eſt legitima conuentio tanquàm à iure ciuili, adinuentus, & excogitatus.

Pactum de renouando, quemadmodum producit actionem, ita & tollit, ac perimit.

20 Dominus directus poteſt apponere quæcunque pacta, & conditiones, ſuper re ſua, & emphyteuta poteſt ea conditione rem affectam accipere, & renunciare fauori ſuo, & iuri renouationis ex æquitate pro ſe introducto.

Conductor quando promiſit in fine locationis relaxare liberè rem locatam vacuã, & expeditam, & renunciauit omni legum beneficio, & iuris auxilio, eo caſu renunciatio refertur ad omnia auxilia, & beneficia, licèt non expreſſa.

21 *Renouatio debetur licèt, apponatur pactum initio conceſsionis, quòd non liceat petere renouationem, & ei renuncietur, quia in renouatione emphyteuſis concedenda, verſatur ius publicum, & auctoritate, & vtilitate, quod priuatorum pacto renunciari non poteſt.*

*Renouationis emphyteuticæ edictum, ad imaginem edicti prætorij, quod ſemper ſummam æquitatem intuetur, promulgatum eſt, & moribus gentiũ, vtique receptum eſt.*

22 *Renouationem, ſicut non tollit clauſula, vt finita tertia generatione, emphyteuſis libera, & expedita, ad dominum reuertatur, cum omnibus melioramentis, ex moribus noſtræ gentis, & recepta regni conſuetudine: ita neque clauſula, in qua renouationi per partes expreſsè renunciatum eſt.*

23 *Promiſsio iurata, ſeu ſtatutum iuratum à Capitulo, ſeu Collegio, ſeu monaſterio, de non renouando finitam emphyteuſim, extincta tertia generatione, non tollit filiis, ſeu deſcendentibus vltimi poſſeſſoris, beneficium renouationis. Quæſtio difficilis.*

*Iuramento, non confirmatur actus, in fauorem publicum, principaliter prohibitus.*

34 *Dominus iurans non renouare emphyteuſim, ad iuramenti obſeruantiam, non tenetur, cùm percludat viam operi charitatis in proximum, & tollat iuſtitiam, & exuberantem renouationis æquitatem.*

*Iuramentum non obligat iurantem, non mutuare pecunias, vel non fideiubere, licèt peccet iurando.*

25 *Iuramentum quod vergit in damnum, & præiudicium tertij, non eſt ſeruandum.*

*Iuramentum, intelligitur ſecundum actus naturam, ſuper quo interponitur.*

26 *Pactum de non alienando, cum iuramento, non impedit translationem dominij, & ſic non obligat præcisè promittentem.*

27 *Iuramentum alienationem neceſſariam non comprehendit.*

28 *Capitula, & Collegia, ſtatuta facere non poſſunt, contra bonos mores.*

*Statutum contra laudabilem conſuetudinem non valet,*

29 *Impeditus non dicitur, qui impedimentum facilè remouere poteſt.*

*Capitulum, ſeu collegium, poteſt tollere ſtatuta, etiam iurata.*

*Satutum, etiam iuratum, & ab apoſtolica ſede confirmatum, quando per eius receſsũ, res reducitur, ad ius priſtinum, non tantùm per ſtatuentes, ſed etiam per eorum ſucceſſores, reuocari poteſt, nec ſtatuentes periurium incurrunt, nec abſolutio à iuramento neceſſaria eſt.*

30 *Iuramentum de non alienando, ſeu renouando emphyteuſim finitam, non comprehendit ſolita, alienari, vel ab antiquo renouari conſueta.*

*Alienare non dicitur, qui ſemel alienata cõcedit, reformando contractum, ſeu renouationem.*

*Refici non prohibentur, quæ de nouo fieri prohibentur.*

31 *Solemnitas requiſita, in alienatione rei eccleſiaſticæ, non eſt neceſſaria, quando ſemel facta conceſsio renouatur.*

*Alie-*



32 *Alienationis probibitio, intelligitur de ſola alienatione prima, non verò de renouatione emphyteutica, quæ ex vi antiquæ conceſsionis, & tituli, ſeu inueſtituræ, & præcedentis contractus obligatione celebratur.*

*In iuramento, & voto, quemadmodũ ſemper videtur, exceptum ius cuiuslibet priuati, ita & ſuperioris.*

33 *Colonus finita fundi locatione, an per dominum expelli poſsit, qui iurauit conductorem, ſeu colonum, non expellere, ſed iterum, ad tantũdem temporis, relocare promiſit, & poſsit alteri fundum vẽdere vel emptor colono ſtare teneatur.*

*Obligatio ad intereſse ſuccedit in obligationibus facti.*

34 *Iuramentum ſeruandum eſt, vbi poteſt ſeruari ſine interitu ſalitis æternæ.*

*Obligatio ad intereſse, licèt ſuccedat in obligationibus facti, tamen ſi ſuper ipſa obligatione, iuramẽtum interponitur, illud præciſè promittentem obligat, ad factum.*

35 *Emptor, ſeu ſingularis ſucceſſor, tenetur ſtare colono, nec poteſt illum expellere ſoluẽdo intereſſe: ſed præciſè ad factum obligatur, quando dominus iurauit, vel promiſit cum iuramento conductorem, non expellere.*

*Pactum de non alienando cum iuramento, impedit alienationem dominij, & ſic obligat præcisè paciſcentem ad factum.*

36 *Pactum de non alienando, cum ſpeciali hypotheca, ita rem afficit, vt emptor teneatur, ſtare colono, & alienationem impediat, factam reſcindat, & irritet.*

*Iuramentum in forma ſpecifica, non per æquipollens, neque per actum fictum, & improprium, etiam æquipollentem, impleri poteſt.*

*Et ſic non impletur ſoluendo interreſſe, vel compenſando.*

1 Opportuna eſt inueſtigatio, an tempus anni, ad petendam renouationẽ minui, aut coarctari poſsit, ex pacto, initio conceſsionis, per dominum adiecto? Et videtur quod non, prout in inueſtitura feudali, reſoluit Andr. de Iſernia, in cap. 1. quæ fuit prima cauſa benef. amitt. & ibi, Aluarot. & alij. Quoniam tempora à lege indulta non minuuntur, imò, ſi iudex minueret, à lege ſuppleretur, l. 4. §. ſiquis. ff. de re iud. ibi: *Sed ſiquidem minorem diem ſtatuerit iudex, tempore legitimo repletur, ex lege quod ſententia iudicis deeſt*, Bald. in l. quid ergo, §. pœna. ff. de infam. Et patet in auth. hodie. C. de tempo. appellat. & in l. ſuperuacuam, C. de tempo. in integ. reſtit. pet. Quarè videtur dominum non poſſe cogere, emphyteutam, ſeu vaſſallum, ad petendam emphyteuſis renouationem, ſeu inueſtituram, infra tempus, anno breuius, veluti infra menſem, argum text. in l. ſiue pars. C. de dilatio. & §. indicem, inſtit. de verbo. oblig. Etenim iſtud tempus anni, videtur in fauorem emphyteutæ conceſſum, argum. tx. in l. eum qui Kalendis, §. quoties, ff. de verbo. oblig. & in l. Cum tempus, ff. de reg. iuris, & hanc ſententiam poſt Andr. de Iſernia, & Aluarotum, tenuit Caſſan. in Conſuet. Burg. rub. 3. §. 1. verbo, *De dans*, n. 6. & 7. & Afflict. in cap. 1. quo temp. mil. num. 17.

2 Ego tamen, in hac cõtrouerſia, ſanè opinor, in hoc, partium contrahentium voluntatem, & legem contractus ſequẽdam fore, & dominum poſſe, hoc petẽdæ renouationis tp̃s coãguſtare, & ad breuius ſpatiũ redigere, arg. tx. in l. legẽ, C. d̄ pac. & in l.

in re mandata, C. mãdati. Qui enim potuit ex aliqua iuſta cauſa non dare emphyteuſim, cur non fortiùs, & quam velit, legem apponere, & renouationis petendæ tempus finita gñratiõe præfinire, & coarctare? Quod nõ obſcurè vr̃ voluiſſe Aluar. in c.1. quæ fuit pri. cau. benef. amitt. q. pen. & vlt. vbi inquit in ſimili, ꝙ ſi dñs eſt in poſſeſsione, & nõ vaſſallus, terminus legalis petendæ renouationi præfixũ, minui poteſt. Quæcunq; enim iuſta pacta, in his cõuentiõibus, emphyteuticis ſunt obſeruãda, ad vnguem, l.1. C. de iure emph. ibi: *Conſtituimus, &c. Conceptionẽ, item definitionemq́ue habere propriã, & iuſtum eſſe, validumq́; contractũ, in quo cuncta quæ inter vtraſq; contrahentium partes, ſuper omnibus pactionibus ſcriptura interueniẽte habitis, placuerint, firma, illibataq́; perpetua ſtabilitate, modis omnibus debeãt cuſtodiri.* Probat tex. in l. in traditionibus. 48. ff. de pact. *In traditionibus rerũ* (inquit) *quodcunq; pactũ ſit, id valere manifeſtũ eſt.* Quãobrem, à iuris ratione alienum non eſt, quælibet circa emphyteuſis renouationem, pacta apponi potuiſſe, cum hoc dependeat à libera dñi voluntate, ꝓ ſuo arbitrio, de re ſua diſponentis. Quarè, quemadmodum tempus biennii, vel triennii, ad incurrendã cõmiſsi pœnã, ob non ſolutionem penſionis, tã in emphyteuſi eccleſiaſtica, quã ſeculari, ad breuiores temporis inducias, ex pacto contrahentium, initio conceſſionis reduci poteſt, vt reſoluũt đđ. in l. fi. C. de iure emph. ita etiã nõ diſſimili argumento, & ratione, petẽdę renouationis tp̃s, à lege præfixum, ex pacto minui, aut coarctari poteſt. Quoniã licèt, id fauore agnationis, vel cognationis, vel etiã ſucceſſoris vltimi poſſeſſoris, inductum ſit, ei tñ renunciari liberè poſſe, ambigui iuris non eſt, l. ſiquis in conſcribendo, C. de pact. Affl. in c.1. quo temp. mil. n.19. vbi reſoluit ex partium conſenſu, tempus à lege ſtatutũ anni & diei minui poſſe, cui vaſſallus poteſt renunciare, cum pro ſe ſit introductũ.

3 Quarè niſi intra pręfinitum breuius tp̃s, renouationẽ emphyteuta poſtularet, etiã citra interpellationem, ius ſuum amitteret, & à renouationis iure caderet, cum nõ venerit intra tp̃s promiſſum, & ſe adhoc expreſsim obligauerit, arg. tex. in Magnã, C. de contrah. & cõmit. ſtipul. ibi: *Sãcimus, vt ſiquis certo tẽpore facturum ſe aliquid, vel daturum, ſtipuletur, vel quæ ſtipulator voluit promiſerit, & adiecerit, quòd ſi ſtatuto tẽpore, minimè hæc perfecta fuerint, certã pœnam dabit, ſciat minimè ſe poſſe debitor, ad euitandã pœnam adÿcere, quòd nullus eum admonuit; ſed etiã citra vllam admonitionẽ, eidem pœnæ, pro ſtipulationis tenore, fiet obnoxius. Cum ea quæ promiſit, ipſe, in memoria ſua ſeruare, non ab alÿs ſibi manifeſtari debeat poſcere.* Quẽ tx. allegat Aluar. in c.1. §. ſed neque alia, n. 6. quę fuit pri. cau. benef. amit. vbi per illũ tx. inquit, ꝙ qñ ſeruitium debetur, certo die, tunc dies interpellat pro homine, allegat etiã tex. in l. ſi mora. ff. ſol. mat. & expreſſè hanc ſñiam tenet Caſſan. in conſue. Burg. rubr. 3. §. 1. verbo, *Dedans leã*, n.11. vbi inquit, vaſſallo cõſentiente, tempus abreuiari poſſe, ad petendã inueſtiturę renouationem. Eandem ſententiã tenet Affl. in c.1. quo tem. mil. n.19. Idq́; in emphyteuſi videtur expeditum, argu. tx. in l. ſi fundus, §. Marcellus, ff. de lege commiſſ. ibi: *Et magis arbitror, offerre eũ debere, ſi vult ſe legis commiſſoriæ poteſtate ſoluere*, & ibi gloſſa, id quoq; obſeruat, in emphyteuſi. Nihil enim humanæ fidei, tã cõgruũ eſt, quàm ſeruare cõuentionem, vt in l.1. ff. de pact. & graue





eſt fidem fallere, vt in l. 1. ff. de cõſt. pecun. vnde, qui non ſeruat fidẽ cõuentionis, eius emolumento priuãdus eſt, ſicuti in ſimili videmus, in donatione, quæ reuocatur, ſi nõ adimpleatur modus, vel conditio, vt in l.1. & 3. C. de donat. quæ ſub mod. & facit tex. in c.1. de forma fideli. & ibi not. Aluarot. idem Aluar. in cap. 1. §. ſed nec alia, num. 2. quæ fuit prima cauſa benef. amitt.

4 Sin autem, hæc obligatio fieret, apud acta iudicis competentis, tũc executioni mandãda obligatio eſt, & non alia requiritur ſententia, niſi quòd ipſa obligatio exequatur, arg. not. per gloſſ. 2. q. 1. cap. quid autem, & facit quod habetur in l. acta. ff. de re iudi. tradit Affl. in c. 1. quo temp. mil. n. 20. ad fi. & n. 21. vbi allegat tx. & gloſſ. in l. generaliter, C. de epiſc. & cleri. idem tradit Alex. in l. cũ pro quo. ff. de in ius voc. dummodo fiat obligatio, præſente iudice, vel eo mandate, quòd recipiatur, vt tradit Lucas de Pœna, in l. 2. C. de iure fiſci lib. 10. Nam obligatio penes acta habet vim ſententię iudicis, de conſenſu partium latæ, & ſic facit tranſitũ, in rem iudicatam, & habet executionem paratam, vt declarat Barbatia, in cap. ſi quãdo, de officio delegati, & Bald. in l. ſi filio. ff. ſolu. mat. Afflictus, in d. cap. 1. nu. 22. & tunc poſſeſſori, ad dimittendam emphyteuſim, decem dies iuxta formam legis Regiæ, præfigerentur. Idemq́; ſi contractus, per ſententiam iudicis, vel præſidis roboraretur, vt paſſim praxis obſeruat, & conſuetudo fori: ſecundum quam, celebratum contrctum iudex, per ſententiam confirmat, & obſeruandum, ac cuſtodiendum decernit, quo caſu trãſmiſſa ſententia, & obligatione recepta, ſub illius ſubſcriptione, & ſigillo, per Cãcellariam, vt moris eſt, tunc ratione ſigilli, habebit paratam executionem, ea obligatio.

Idem ſi in contractus inſtrumẽto, inter partes contrahentes inito, licentia, ſeu facultas domino, propria auctoritate poſſeſsionem apprehẽdi daretur argum. l. 3. C. de pignor. tradit Afflictus, in cap. 1. quo tempo. miles, num. 22. verſ. idem ſi vaſſallus. Aliter, via ordinaria, agendum foret, l. ſi pacto, C. de pactis, & ita reſoluunt Andreas de Iſernia, & Aluaro. in cap. 1. quo tempo. miles, & ibi Afflictus, num. 23. inquit quòd quando obligatio nõ eſt facta apud acta, ſed extra iudicium, vbi promiſit vaſſallus petere inueſtituram, intra certum tempus diminutum, ſcilicet intra duos menſes, & ſi non petat, cadat à feudo, non poterit dominus de facto intrare poſſeſsionẽ feudi, ſed requiritur, ſententia declaratoria, & proceſſus, ſicut quando ſtetit, per annum, & diem. Sed an hoc caſu, moram purgare poſsit, tradunt Aluarotus, & Præpoſitus, in c. 1. quæ fuit prima cauſa, benef. amit.

5 Dubium tamen eſt, haud vulgare, ſcilicèt cum tempus legale, renouationi emphyteuticæ, præfixum partium conſenſu minuitur, & ad breuius tempus reducitur, ſi illud tempus contrahentium conuentione, præſtitutum elabatur, an commodo, & iure renouationis priuetur, emphyteuta, ſeu eius ſucceſſor? Et in hac quæſtione, verius eſſe arbitror, vt forma conuentionis, oĩo obſeruãda ſit: maximè quãdo in diminutione temporis adiectum eſt, vel expreſsè cõuentum, per partes, *quòd ſi renouatio, intra illud tempus, non petatur, emphyteuta ipſo iure cadat, à iure petendæ renouationis.* Hoc enim caſu, conuentioni & pacto, ſtandum eſt,

l.1.ff.de pact.& per tex.d.l.magnam. Iſtud enim tempus à dño diminutũ, initio conceſsionis, ſubrogatum eſt loco temporis à lege ſtatuti: quãobrem eius naturam ſapere debet, in cuius locum ſubrogatur tex. in cap. eccleſia, vt lite pend.l. ſi eum, §. qui iniuriatum.ff.ſiquis cautio. Itẽ, quẽadmodum in compromiſſo videtur tacitè venire illud, quod vult lex ſcripta, vt in l.ſi cui.ff. de ſeruitutib. ita, & in hac diminutione temporis legalis, ex partium conſenſu celebrata, illud quod ineſt in tempore legali, tacitè venire videtur, vt ſcilicèt, ſi intra annum & diem, renouatio nõ petatur, quis renouationẽ ipſo iure amittat, & in hanc ſententiã, loquẽs in inueſtitura feudali, inclinat Affli. in cap.1.quo temp.mil.n.20. ad fin.

6 Quę ſentia apud me probabilior eſt. Licèt Andr.de Iſernia, in d. cap. 1. in feudali inueſtitura, aliud concludat: aſſerẽs ex huiuſmodi mora, & contumacia, non petitæ, intra tẽpus conuentum inueſtituræ, vaſſallum nõ perdere feudum, quia tempus legale eſt diminutum. Quoniã, quæ habent locum, in tẽpore legali, non obtinent in tempore cõuento, vt conſtat ex l.contumacia. 53. ff. de reiudic.ibi: *Contumacia eorum, qui ius dicenti, non obtemperant, litis damno coercetur*: vbi ſi aliquis fuit contumax, ad præceptũ iudicis, non priuatur reipſa, niſi expreſsè hoc dicat, ſed ſiquis eſt contumax ad præceptum legis, re ipſo iure priuatur.

7 Sed nihilominus prior ſentẽtia verior eſt, ac proindè reſoluendum eſt contumacẽ, in petenda renouatione emphyteuſis, infra annũ, vel breuius tẽpus, à contrahentibus cõuentum, renouatione emphyteuſis priuari. Facit tx.in c.1. de milite vaſ. qui cõtum.eſt, vbi ponitur, qualiter puniatur, vaſſalus, ſi citatus eſt à domino, & contumax eſt, ibi: *Hoc ipſo feudum amittat. Alioquin, & beneficiũ, & poſſeſsionem amittit.* Facit etiam tx. in l. Fulcinius, §.fin.ff.qui.ex cauſ.in poſſeſſ.eat. Et licèt per dictam contumaciam, in non petenda renouatione, ſeu inueſtitura, abſq; rationabili cauſa emphyteuſis, ſeu feudum amittantur, tamen non perduntur, ex dicta culpa ipſo iure, nam requiritur ſententia declaratoria ad auocãdam poſſeſsionem, tex. in c.licèt epiſcopus, de præbend.lib.6. vbi Archid. obſeruat. poſſeſſorẽ à ſua poſſeſsione, licèt vicioſa, abſque cauſæ cognitione, minimè remouendum fore. Quare fructuarius, finito vſufructu expelli non poteſt, ſed cõtra illum negatoria, per cautionem de reſtituendo præſtitã agere oportet, vt probat, l.conſultus in l. vti frui.1. reſp.ſi vſusfructus petat.tradit Afflictus. in c.1.de feudo ſine culpa non amitt.n. 5. Quia nemini licet, rem ſuã, propria auctoritate recuperare, vt in c.1.§. ſiquis verò, & ibi Bald. de pace iuram firm. & in l. ſiquis in tantam.C.vnde ui, & vltra prædictos auctores tradit And.de Iſern. in c.1. quò temp.mil. verbo, dãnamus, vbi allegat, l.Cum duobus, §. idem reſpondit.ff. pro ſocio, & cap.1. de cap. Corra. & l. imperialem §. præterea, & cap. 1. §. item ſi domino. quæ ſit prima cauſa, & cap.1.qualiter dominus propriet. priu. & facit ꝙ tradit Bar.in l.Fulcinius. §.fi. quib⁹ ex cauſ. in poſſeſſ. eatur. quòd licèt ibi tx.dicat contumacem perdere rẽ cũ fructibus hoc eſſe verũ, iudice decernẽte, hoc idem tenet Speculator tit.de primo, & ſecundo decreto, §.reſtat, verſic. hoc autem, notandum eſt.

8 Sic etiam declaratoria requiritur ſententia, ſi iudex mãdet aliquid

fieri



fieri ſub pœna excõmunicationis, ꝙ illud non fiat, non eſt ipſo facto excõmunicatus, ſed oportet, quòd citetur ad allegandũ, quarè nõ debeat excõmunicari, & ſic requiritur ſententia, arg. eorum quæ notatur in c. relatum, de iure patr. & C. cõminationes, vel epiſt.in rub. & in nigro, & in l.à diuo Pio.§.in venditione, ff. de reiudic. niſi expreſſè adijciatur, *Mandamus hoc fieri, ſub pœna excõmunicationis, etſi illud non facis, ex tunc ipſam excommunicationem incurras.* Propter verbum enim illud, *Ex tunc*, ipſo iure eſt excõmunicatus, abſque alia excõmunicatione, ſecundũ Andr de Iſer. d.c.1.quo tẽp.mil.& Card. in Clem. 2.de hæreticis, pro quo allego gl. in c.1.de Sagitariis, idem tenet Bald. in c.1.de mili.vaſſallo qui cont.eſt. Et illud verbum, *Excõmunicatus ſit*, habet vim ſentẽtiæ, quod latiùs proſequitur Affl.d.c.1.quo tẽp. mil.n.31.32.33.

9 Ex prædictis neceſſaria inſurgit dubitatio, an quemadmodũ tempus petendæ renouationis, ad breuius tẽpus reduci poteſt, ita & prorogari? Et in hoc verius eſt, prorogari poſſe. Quæ enim ratio verſatur, in diminutione temporis, à lege præfiniti: eadem etiã, & in prorogatione temporis, vt contrariorũ, eadem ſit diſciplina. Quarè, ꝙ vltra legitimum tempus, accedit, ex partiũ conuentione, id tanquã interuſurium poſſeſſoris emolumento accedit, facit tex.in l. 4. §. fin.ff.de re iud.ibi: *Sin autem ampliorem numerum dierũ, in ſua definitione iudex amplexus eſt, computabitur pro reo, & legitimum tempus, & quod ſupra iudex præſtitit.* Eſtq; pro hac ſententia vrgẽs ratio. Nam ſi dominus, directus poteſt tẽporis morã remittere, multò fortiùs, & tempus prorogare, cum remiſsio, & prorogatio, quoad hoc ad eundem effectum tendant, & expreſsè hanc ſententiam tenet Afflictus, in cap.1.quo tempo. mil.num.16. Licèt Bal.d.cap.1.contrarium teneat.

10 Sin autem, dominus directus poſt annum, & diem, renouationẽ faciat, vel nouã inueſtiturã emphyteutæ, vel vaſſallo, ſiquidem per errorem, & ignoranter exiſtimans tẽpus à lege præfixum, lapſum non eſſe: tunc enim, cum vbi error adeſt, conſenſus deficiat, quoniam error conſenſum excludit, l. ſi per errorẽ, ff.de iuriſd.om.iud. pœnam caducitatis, ob non petitã renouationem, remittere non videtur, tex.in l. cum Aquiliana.ff.de tranſactio. vbi Iureconſultus Papinianus, *Cum Aquiliana* (inquit) *ſtipulatio interponitur, quæ ex cõſenſu redditur, lites de quibus non eſt cogitatum, in ſuo ſtatu retinentur. Liberalitatẽ enim captioſam interpretatio, prudentum fregit*, tex.in l. ex maleficiis.§ longè, ff.de actio. & obligatio. ibi: *Longè minùs, is cuius negocia geſta ſunt, ignorãs, aut contraxiſſe, aut deliquiſſe, intelligi poteſt.* iuncta gloſſ.verbo, ignorans, tex.in l.10.C.de donatio.ibi: *Nec ignorãs, neq; inuitus quiſquam donat. Vndè, ſi de hoc fundo non cogitaſti, cuius velut donationi, te conſenſiſſe continetur, inſtrumẽto maiores veritate rei, quàm ſcriptura vires obtinẽre, intelligis, de quo non cogitaſti, nec ſpecialiter ſubſcripſiſti, nihil te perdidiſſe*, tex.in l. fin.§.idem quęſiit.ff.de cond.indeb. vbi Iureconſ. Scæuola, *Idem quæſiit* (inquit) *an pactum quod in pariationibus adſcribi ſolet in hunc modũ* ex hoc contractu nullam inter ſe controuerſiã, amplius eſſe, *impediat repetitionem? Reſpondi, nihil proponi cur impediret*, vbi dd. reſoluunt, ſolutionem indebiti ignoranter, vel per errorem non impedire repetitionem, & quòd non videtur pacto petimi, de quo non eſt cogitatum, ita gloſs.ibidem, verbo,

 poſſe,

poſſe. Eſt etiam textus, in l. tres fratres. 35. ff. de pactis, vbi Modeſtinus, *Reſpondi* (inquit) *ſi agentibus ob portionẽ, eius, quod ſubreptum à Titio dicitur, generalis pacti conuenti exceptio ijs, qui fraudẽ à Titio commiſſam, ignorantes, tranſegerũt, obijciatur, de dolo vtiliter replicari poſſe*, tex. etiam, in l. emptor, 47. §. Lutius, ff. eodem, vbi Lutius Titius, Caium Seium Mẽſularium, cum quo rationem implicatã habebat, propter accepta, & data, debitorem ſibi conſtituit, & ab eo epiſtolã accepit, in hæc verba: *Ex ratione menſæ, quam mecum habuiſti, vſque in hunc diem, ex contractibus plurimis remanſerunt, apud menſam meam trecenta & octoginta ſex, & vſuræ quæ cõpetierunt, ſummam autem aureorum, quam apud me tacitam habes, refundam tibi. Si quod inſtrumentum à te emiſſum, ideſt ſcriptum, cuiuſcunque ſummæ, ex quacunque cauſa, apud me remanſit, vanum & pro cãcellato habebitur.* Quæſitum eſt, cum Lutius Titius, ante hoc chyrographum, Caio Seio Menſulario mandauerit, vt patrono eius trecẽta redderet, an propter illa verba epiſtolę, quibus omnes cautiones, ex quocunque contractu, vanæ, & pro cancellatis, vt haberentur, cautum eſt, nec ipſe, neque filius eius, eo nomine conueniri poſſet, ſubdit I.C. Scęuola, *Reſpondi, Si tãtùm ratio accepti, atq; expenſi eſſet computata, cæteras obligationes manere in ſua cauſa*, tex. etiam, in l. qui cum tutoribus. 9. §. 2. ff. de tranſactio. vbi qui per fallaciam cohęredis, ignorans vniuerſa, quæ in vero erant, inſtrumentum tranſactionis, ſine Aquiliana ſtipulatione interpoſuit, non tam paciſcitur, quàm decipitur. Et paulò inferius, in §. 3. ibidem, *Ei qui nondum certus, ad ſe querellam, contra patris teſtamentum, pertinere, de alijs cauſis, cum aduerſarijs pacto tranſegit, tantùm in his interpoſitum pactum nocebit, de quibus inter eos actum eſſe probatur. Sed in his tantùm, tranſactio obeſt, quãuis maior vigintiquinque annis, eam interpoſuit, de quibus actum eſſe probatur. Nam ea, quorum actiones competere, ei poſtea compertum eſt, iniquũ eſt perimi pacto, de quo cogitatum non docetur.* Et in terminis, quòd domino ignoranti, lapſum eſſe tempus renouationis, ſeu inueſtituræ faciendæ, non noceat, nec ipſe pœnam remittere videatur, tenuit gloſ. in cap. 1. verbo, & menſem, verſi. ſed pone, quòd poſt annum & menſem, quo tempore miles, quam ſequuntur Iacobus de Bellouiſu, Baldus, Andr. de Iſernia, ibidem, & Afflictus, num. 103. Baldus, in cap. 1. in fine prin. quæ ſit prima cauſa benef. ammitt. And. de Iſern. in cap. 1. de feudo ſine culpa non amitt. gloſſ. & DD. in l. 2. C. de iure emphyt. Speculator, tit. de locato, in §. nunc aliqua, verſic. 23. deciſio Rotæ, 233. Baldus, in l. in ipſius, C. famil. herciſc. & in rubr. C. de precib. imper. offer.

11 Sin autem dominus, ex certa ſcientia, & non per errorem, vel ignorantiam, renouationem faciat, poſt tempus à lege præfixum, ad petendam renouationem, videtur caducitatis pœnam remittere, tex. in l. ſi fundus, §. 1. ff. de lege commiſſoria, ibi: *Eleganter Papinianus, lib. 3. reſponſorum ſcribit, ſtatim atq; commiſſa lex eſt, ſtatuere venditorem debere, vtrum cõmiſſoriã velit exercere, an potiùs precium petere, nec poſſe, ſi commiſſoriam elegerit, poſtea variare*, & in l. de lege, eodem, ibi: *Poſt diem lege commiſſoria comprehenſum, venditor legem dictam non exercuit, ſed partem reliquæ pecuniæ accepit. Reſpondit, ſi poſt ſtatutum diem, reliquæ pecuniæ, venditor legem dictam non exercuiſſet, ſed partem reliqui debiti accepiſſet, videri receſſum à commiſſoria.* Quod & comprobat Hermogenianus Iureconſultus, in l. 7. eodem, in hæc verba: *Poſt diem commiſſoriæ legi præſtitutum, ſi venditor precium petat, legi commiſſoriæ renunciare videtur, nec variare, & ad hanc redire poteſt*, tex. in l. fin. ff. de eo, quod certo loco, ibi: *Quod non puro admittendum, tanto magis, quòd creditor accipiendo pecuniam, etiam remiſiſſe pœnam videatur*, & argum. tex. in l. 2. in 1 reſponſo. ff. ſi quis cautio. ibi: *Quis enim de pœna promiſſa laboret, poſt negocium tranſactum?* & l. ſi duo, §. 1. ff. eodem, ibi: *Actor autem ab altero rem petat, ab altero pœnam deſertionis petendo, exceptione ſubmouebitur*, text. elegans, in l. Celſus. 23. ff. de arbitris, vbi Celſus ait, ſi arbiter intra Kalendas Septembris, dari iuſſerit, nec datum erit, licèt poſteà offeratur, attamen ſemel commiſſam pœnam compromiſſi, non euaneſcere. Quoniam ſemper verum eſt, intra Kalẽdas datũ nõ eſſe: Sin autẽ oblatum acceperit, pœnam petere non poſſe, & doli exceptiõe remouendũ: quorum iurium argumento, & ratione, hæc eſt vera ſententia, quã tenent DD. in c. 1. quo temp. mil. & ibi Afflict. n. 103. & Bal. in l. cõmiſſoriæ, C. de pact. inter empto. vbi inquit, ꝙ creditor recipiendo poſt diem ſibi præiudicat. Facit in ſimili, quoniam qui omittit exceptionem, vr̃ eam remittere, l. qui procuratorem dat. 57. §. 1 ff. de procura. & qui remittit videtur donare, l. ſiquis delegauerit, 12. ff. de nouatio. ibi: *Similis videtur ei, qui donat, quoniam remittere exceptionem videtur.* Sic ergo dñs, qui emphyteutã poſt tp̃s petentem renouationẽ, quẽ exceptiõe poterat ſubmouere, admiſit, vr̃ pœnã remittere, ita dicit Bal. in l. 2. C. de reb. alie. nõ alie. Quæ reſolutio etiã ꝓdeſt, ad emphyteutã cõmiſſi pœna liberandũ, ob prætermiſſã ſolutionẽ pẽſionis, vt ſi elapſo biẽnio, vel triẽnio, dñs pẽſionẽ recipiat ſcienter, emphyteuta caducitatis, aut cõmiſſi pœnã nõ incurrat, ꝙ inferius ſuo loco pertractabimus.

12 Scientia igr̃, vel ignorãtia dñi, in hac re attẽditur, vt in primo caſu amiſſionẽ iuris, ob nõ petitã renouationem, infra tp̃s legis remittere videatur, recipiẽdo penſionẽ poſt annum elapſum, petendæ renouationi præfixũ. In ſecũdo verò caſu, poſſeſſor iure, & cõmodo renouatiõis oĩo excludatur, ꝙ tradit Iacob. de feud. verbo, qui quidẽ inueſtiti, col. 10. verſi. ſed iuxta prædicta, & idem firmat Tho. Gram. cõſ. ciuili. 28. redẽptoris gentiũ, &c. in cauſa venerabilis, n. 21. vbi ita cõcludit, arg. eius ꝙ in ſimili, & fortiùs dicimus, de emphyteuta, qui cecidit à iure ſuo, à quo eccleſia abſq; proteſtatiõe penſionẽ recepit, quod vltra eũ tradit Affl. in cap. 1. in prin. n. 3. quo temp. miles.

13 Idem etiã videmus in feudis, ſi enim dñs à vaſſallo ſeruitiũ recipiat, qui infra annũ & diẽ, inueſtiturã nõ petiit, non poterit dñs allegarę vaſſallũ eſſe priuãdum, ex eo ꝙ tp̃s petendæ inueſtituræ, labi paſſus eſt, tx. in d. c. 1. quo tẽp. mi. per quẽ ita cõſuluit Alex. conſ. 79. in fi. vol. 1. Eſt tñ in hoc, non lõga differẽtia inter feudũ, & emphyteuſim. Siue enim feudum nouũ ſit, ſiue antiquũ, in quo tñ neq; agnati, neq; deſcendentes primi acquirentis ſuperſint, dño applicatur. Extãtibus autem agnatis vel filio, in feudo, ex pacto, & ꝓuidẽtia, excluſo dño, ꝓximiori agnato, vel filio defertur, vt tradit And. de Iſer. & ibi Affl. in c. 1. de ſucceſ. feud. & obſeruat idẽ Iſer. in c. 1. quo tẽp. mi. n. 6. In emphyteuſi indiſtĩctè ad dñm, ob nõ petitã renouationẽ deuoluitur, nulluſq; ꝓximiori agnato, vel alii, locus ſupeſt,

cuiquam competit, ſed de ea liberè dominus poteſt diſponere & quemcunque inueſtire de nouo, vt ſuperiùs latè comprobauimus.

14 Ex ſuperioribus, neceſſaria inſurgit dubitatio, an debeatur renouatio deſcendentibus vltimi poſſeſſoris, vel agnatis, vel hęredibus, emphyteuſi per generationem finita, quãdo abinitio, in cõtractu adiecta eſt clauſula expreſſa. *Que findas, as vidas do prazo, os filhos, ou deſcendentes do vltimo poſſuidor, não pôßam pedir renouação, nem o directo ſenhorio fique obrigado, por nenhũa via, a renouarlhe o dito prazo, antes o poſſa dar libremente, & emprazar aquẽ quiſer, & fazer delle o que lhe aprouuer.* Hoc eſt, vt finita emphyteuſi, filij, vel deſcendẽtes vltimi poſſeſſoris, rei emphyteuticæ renouationem petere non poſsint vllomodo, nec dominus directus, ampliùs renouare teneatur, ſed liceat, domino pro tempore exiſtenti, rei finitæ, ſeu deuolutæ tenutam, & corporalẽ poſſeſsionem accipere propria auctoritate, & pro ſe tenere, & fructuare, vel alteri liberè concedere, vel renouare, prout ſibi placuerit, quibuscunque exceptionibus non obſtantibus, &c. Et in hac ſpecie ſatis probabile eſſe videtur renouationẽ, filio vltimi emphyteutæ denegari poſſe, & illũ ab eiꝰ beneficio eſſe penitus excluſum. Verba enim contractus, id conuentũ fuiſſe demonſtrant, vt verba aliquid operentur, nec ocioſa ſint, cap. ſi Papa, de priui. in 6. Soccin. iunior conſ. 89. n 15. & conſ. 119. n. 19. vol. 3. Rolan. à Valle, conſ. 64. n. 15. vol. 4. nam ſi intelligeretur, quòd poſſet alteri renouare, ſcilicet proximiori agnato, nihil operarẽtur ea verba; cũ de iure cõi, & remoto dicto pacto, ad id teneretur ſecũdum Bart. in l. 1. §. permittitur. ff. de aq quot. & æſt. ex quo nihil repugnant illa verba, *prout ſibi placuerit*, adiecta præcedentibus illis, *alteri renouare*. Vndè licèt verbũ, *Placuerit*, arbitrium boni viri importare ſoleat, l. Thais. §. ſororem, & ibi Bart. ff. de fideicõm. lib. idẽ Bar. in l. ſi ſic, in prin. ff. de leg. 1 tñ vt verba aliquid operẽtur, trahũtur ad ſenſum quaſi extraneum, vt inquit Bal. in l. Titia, §. Lutius, per illũ tx. ff. de leg. 2. quarè illa verba, ad liberã facultatem renouãdi alij, trahi debẽt, quàm, vel proximioribus agnatis, vel deſcendẽtibus. Quod efficacius demõſtat illud verbũ, *Liberè*. quod ſignificat voluntatem omni iuris, & cõuentionis lege ſolutã, l. fideicõmiſſaria libertas, ff de fideicõmiſſ. liber tradit Bar. in l. alio. ff. de alim. & cib. legat. & eam remouet cõditionẽ, vt not. Archid. in c. cum epiſcopus, de off. ordi. lib. 6. & in c. 1. de ſupp. negl. præl. ſequitur Alex. conſ. 214. vol. 6. Nata, conſ. 530. n. 8. Vñ licèt verbũ, *Placuerit*, qñ ſimpliciter poſitũ fuerit, id importet, vt in d. § ſororem, tñ quando ei apponitur terminus, *Quicquid*, vniuerſalis, & pręciſus, aliud eſt dicendũ, vt per Bal. in l. cum virũ. C. de fideicõ. oppoſ. 2. qui auget verbum, *Placuerit*, vt trahatur ad liberã voluntatem, vt vt declarat egregiè Ruin. conſ. 133 n. 2. vol. 2. ſicut in ſimili dixit Bal. de illis verbis, *Quicquid videbitur expedire*, vt in tit. de pace Conſtan. verbo nomina, & pleniùs declarat Roll à Valle, conſ. 55. n. 48. vol. 3. Ex quibus, extra controuerſiã eſt, ceſſare in hac ſpecie Bartoli doctrinã, in l. 1. §. permittitur, ff. de aq. quot. & æſt. & ſequaciũ, prout decidit Socci. Iun. cõſ. 9. n. 14. verſi. ſed nõ eundo, vol. 3. cõcludens in terminis, hanc quæſtionẽ carere omni difficultate, & idem conſuluit Rymin. Iunior, conſi. 257. num.



n. 120. vol. 3. Nec obſtat, quòd videatur deſcendentibus, ſeu agnatis ius quæſitum renouationis, tolli nõ poſſe: nam licèt ipſis præiudicium inferatur, qui eo pacto remoto fuiſſent admittẽdi, ad renouationẽ, tñ cum ex conceſsione, ſeu inueſtitura primo acquirenti conceſſa, non ſit de præſenti ius aliquod quæſitũ, vltimi poſſeſſoris deſcendentibus, ſeu agnatis, ſed in futurũ ſperetur acquiri, eo caſu, quo linea inueſtitorum deficeret, bene per pactum prædictũ, ab initio potuit impediri, ne acquireretur, l. 3. §. ſi is, pro quo, cum gl. ff. quod quiſq; iuris, plenius confirmãs Caſtr. & Iaſo, in l. fin. ff. de pact. Rymin. Iun. conſi. 257. nu. 122. vol. 1.

15 Hæc quæſtio, minus difficultatis habet, ſi in inſtrumento emphyteutico expreſſum ſit, quòd emphyteuſis conceditur, *Conuem a ſaber em tres vidas ſomente, & mais não*, hoc eſt, in tertiam tãtum generationẽ, vel in tres vitas, & non vltra, vel aliud tẽpus certum, & præfinitum, & ſic ſub expreſsione tẽporis extinctiui, quo caſu cũ tẽpus, apponatur, non multiplicãdæ, ſed limitandæ obligationis cauſa, reſultat effectus, vt præter illud, quis non teneatur vlterius, vt declarat magiſtraliter Bar. in l. ita ſtipulatꝰ, n. 44. & 46. ff. de verb. obl. quem ſequitur Rymi. Iun. cõſi. 257. n. 84. vol. 3. Et illa dictio *Videlicèt*, eſt declaratiua, & reſtrictiua, præcedentium, vt tradit Bar. in l. 2. ff. ad leg. Aquil. confirmat Decius, cõſi. 423. n. 15. per l. in venditione, in prin. ff. cõmu. præd. & l. ſi. C. in quib. caſib. in integ. reſt. non eſt neceſſ. & per gl. in Clem. cauſam, verbo, videlicèt, de elect. Crauet. conſ. 310. Socci. Iun. cõſ. 26. n. 9. vol. 4. Cæphalus, cõſ. 300. n. 13. Burſat. conſ. 13. n. 32. vol. 1. voluit ergo dñs ad illud tãtũ tp̃s limitatũ emphyteuſim cõcedere, & non amplius. Et dictio, *Tantùm*, vel, *Duntaxat*, ſtat excluſiuè ad oĩa non expreſſa. Habet enim virtutẽ exceptiuã, & omne id, ꝙ expreſſum nõ eſt, ademiſſe intelligr̃. l. 3. §. cum Titio. ff. de adim. leg. & ponit pulchrè Curt. Iun. conſ. 342. n. 4. poſt Bar. in l. 1. ff. ſi quis ius dicen. non obt. ita Hippol. Rym. loquẽs in cõceſsiõe emphyteutica, limitata ad certũ tp̃s, conſ. 257. n. 33. vol. 3. Ex quo elegãter Curt. iun. conſ. 352. nu. 5. & 6. aſſerit, ꝙ dictio taxatiua, adiecta diſpoſitioni hominis expreſſę, facit ceſſare tacitã diſpoſitionẽ legale, per l. precibus, ſecundum intellectũ Fulgoſij, C. de impub. & aliis, aſſerentis, ꝙ qñ vulgaris ſubſtitutio facta fuit à teſtatore, cum dictione taxatiua, *tantùm*, ceſſat tacita pupillaris à lege intellecta.

16 Item, illa verba, *non vltra*, ſunt excluſiua cœterorũ non expreſſorũ, & dictio, *vltra*, limitat numerũ expreſſum, cũ habet ante ſe negatiuã, vt traditur in l. ſi. C. de modo mulctarũ, cũ aliis per Pariſ. cõſ. 68. n. 29. vol. 3. Hip. Rymin. cõſ. 68. n. 6. vol. 1. & conſ. 257. n. 35. vol. 3. & in ſimili tradit Decius, conſ. 328. in prin. poſt Caſtr. conſ. 135. in caſu præſenti, vbi reſoluunt, ꝙ emphyteuſis cõceſſa ad. 29. annos, illis finitis extincta cẽſetur, quoniã ex quo tẽpus conceſsionis finitũ eſt, emphyteuſis quoq; eſt finita, nã conceſſum ad tẽpus, poſt illud eſt ꝓhibitũ, l. Imperator, ff. de poſtul. & in terminis idẽ ſcribit Soccin. Iun. conſ. 168. n. 8. vol. 1. idem, conſ. 9. n. 15. vol. 3. vbi concludit, cõceſſa emphyteuſi, ad tẽpus certũ, renouationem non deberi per l. ſi cui, C. locati, & Iul. Clar. lib. 4. Sẽt. § emphyteuſis, quæſtio. 42.

17 Ex quo elegãter Hipp. Rym. Iu. d. cõſ. 257. n. 38. ad ſi. in fortioribus terminis, cõcludit ꝙ licèt emphyteuſis in tertiã vſque generationem maſculinam completam cõcedatur, ſi tñ adii-

adiiciatur clauſula, *videlicet, pro tẽpore 29. annorum proximè futurorum tantùm, & non vltra*, finito tẽpore, 29. annorum, in prima, vel ſecunda perſona: tertiã generationem, licèt, in antiqua inueſtitura comprehenſam, ampliùs non audiri, cum tempus, intra quod vocabatur, in perſona præcedentium lapſum fuerit, ac proindè non admitti, veluti extincta, ſopitaque penitus inueſtitura. Quam ſententiam iuuat quod tradunt, Bart. Bald. Caſtr. Cum. Alex. Areti. & poſt eum cõmunem, dicens, Iaſo in l. quod in rerum §. 1. ff. de leg. 1. & Roll. à valle, alios referẽs, conſil. 71. n. 19. vol. 2. vbi aſſerunt, habentem emphyteuſim, duraturam, per totum tempus vitæ ſuæ, eamque alteri legantem, inutiliter diſponere, eoque mortuo, nihil legatario deberi, idque non alia ratione, niſi quia per eius mortem ſopita fuit, inueſtitura, & penitus extincta. Facit, quod tradit Bal. in cap. licet. col. 1. de ſuppl. neglig. præl. vbi inquit, quòd ſi ex ſtatuto determinatũ tempus ſit aſsignatum, ſcilicet à tali tempore, vſque ad tale tempus, non recipit functionem alterius temporis, l. vſusfructus mihi in biennium. ff. de vſufructu legato. ſequitur Iaſ. in auth quæ ſupplicatio. col. 2. C. de precib. imp. offe. Nata, cõſ. 485. col. 2.

18 Ex quibus concludendum videtur, in propoſita ſpecie, renouationẽ non deberi deſcẽdentibus, vel agnatis, vltimi poſſeſſoris, cum emphyteuſis à principio, ita fuerit conceſſa, ſub pacto, & conditione, quòd ipſi renouationem petere non poſſent, neque ipſe dominus, ad renouandũ, adſtringeretur: ad q. aliàs de iure tenebatur ſpecialis enim illa, & expreſſa renunciatio renouationis plus, habet ponderis, & energiæ. argum. tex. in l. apud Labeonem. §. hoc edictum. ff. de iniuriis, cum aliis quæ adducit. Tiraq. in ll. Connubialib. gloſſa, 7. n. 124. cum ſeq. Quocirca iuſta hæc, ac legitima conuentio eſt, ac ideo obſeruãda, l. 1. ff de pactis, & l. 1. C de iure emphy. vbi conſtitutum eſt, cuncta quæ, inter vtraſque, contrahentium partes, ſuper huiuſmodi emphyteuticis pactionibus, ſcriptura interueniente, habitis, placuerint firma, illibataque, perpetua ſtabilitate, modis omnibus cuſtodiri, oportere.

19 Quamobrem expreſſa conuentio, & pactum de non petenda renouatione initio conceſsionis, per dominum apposita, eſt quidẽ legitima, conuentio, quæ ad agendum viam præcludit, & actionem ad renouandum cõpetentem, omnino perimit, ac eneruat, per tx. in d. l. 1. & facit. tx. in l. legem. C. de pactis, & l. 1. §. ſi conueniat. ff. depoſiti, quę probant, pacta dare legem contractui, quod & aſſerit Pariſius, cõſil. 36. n. 2. vol. 1. & cõſil. 6. n. 12. vol. 4. Ryminal. iuni coſil. 257. n. 41. vol. 3. & facit. tex. in l. 6. ff. de pact. dum ſubdit. *Legitima conuentio eſt, quæ lege aliqua confirmatur, & ideò interdum ex pacto, actio naſcitur, vel tollitur*. vbi gloſſa, legitimã cõuentionem, appellat cõtractum emphyteuticum, tanquàm à iure ciuili adinuentum, & excogitatum. Quemadmodum igitur ex pacto expreſſo, de renouando, finita generatione actio naſcitur, vt ſupra comprobauimus, ita ex pacto, actio competens, ad renouandum tollitur, quod ſatis innuunt verba I. C. ibi. *ex pactio acto naſcitur, vel tollitur*. d. l. 6. vt contrariorum, eadem ſit diſciplina. Ferè enim quibuſcunq; modis obligamur, iiſdem in cõtrarium actis, liberamur vt inquit, Paulus I. C. in l. 196. ff. de reg. iuris. Conditio igitur illa, & pactum, per quod ius renouationis remittitur, & in cõſtituenda, obliga-



obligatione contractus emphyteuci apponitur, efficax eſt, vt inquit Paul. I.C. in l. obligationũ ferè, §. cõditio. ff. de actio, & obliga. ibi. *Conditio, verò efficax eſt, quæ in conſtituenda obligatione inſeritur*, ac proindè, pactũ ab initio contractus, de nõ petenda renouatione appoſitum à contrahentibus, obſeruandum eſt, per tex. in l. cõtractus. 24. ff. de reg. iur. ibi, *nam hoc ſeruabitur, quod ab initio conuenit, legem enim contractui dedit*, ſemper enim in contractibus, ſequimur partium cõuentionem, l. 35. ff. de reg. iur. ibi *ſemper in ſtipulationibus, & in cæteris cõtractibus, id ſequimur, quod actum eſt.*

20 Nec dubium eſt, dominum directum poſſe apponere, quæcunque pacta, & conditiones, ſuper re ſua, in qua eſt moderator, & arbiter. l. in re mandata C. manda. & per cõſequens, emphyteutam poſſe ea cõditione rem affectam accipere, & renunciare fauori ſuo, & iuri renouationis ex æquitate pro ſe introducto, per reg. tex in l. pactum. ff. de pactis ibi. *Cum liceat ſui iuris perſecutionẽ, aut ſpem futuræ perceptionis deteriorem conſtituere*, & ibi gl. verbo, liceat, tex. etiam in l. ſiquis, in conſcribendo, C. de pact. per quẽ tx. Ludouicus Gozadinus, in repet. l. 2. C. de pactis, inter empto. & vẽdi. num. 167. ſcripſit, quòd quoties, inter contrahentes actum eſt, quòd finito tempore, primæ locationis, nullo modo intelligatur tacitè facta relocatio, etiam nulla facta proteſtatione, tunc non habebit locum, §. qui impleto l. item quæritur, ff. locati. quia illi diſpoſitioni poteſt renũciari, per d. l. ſiquis. Et ibidem n. 169. ſubdit, quòd quãdo in contractu conductor promiſit in fine locationis, relaxare liberè rem, locatam vacuam, & expeditã, & renunciauit cõductor omni beneficio legum, & iuris auxilio, eo caſu renũciatio, refertur ad omnia auxilia, & beneficia, licèt non expreſſa, vt not. Ioan. And. in additio. ad Specul. tit. de renunc. §. 1. verſic. item generaliter, Alberic. in d. l. item quæritur, §. exercitũ. ſicut igitur pactum expreſſum excludit relocationis beneficiũ à lege inductum, ita et renouationẽ emphyteuticam.

21 Hæc tamen, licèt in ſtricta iuris diſputatione, vera ſint, nihilominus tamen, cõtraria ſententia æquior eſt, & reipublicæ vtilior, vt non obſtante prædicto pacto, ſaluberrimum, ac vtiliſsimum renouationis beneficium, minime excludatur. tũ ex hjs quæ ſupra diximus, q. 8. ad fi. tum etiam, quia in renouatione emphyteuſis concedenda, verſatur ius publicum, & auctoritate, & vtilitate, quarè priuatorum pactò renunciari non poteſt, per tx. in l. ius publicum iuncta gloſſa. ff. de pactis. Edictum enim renouationis emphyteuticæ, ad imaginem edicti prætorii, quod ſemper ſummam æquitatem intuetur, promulgatum eſt, & moribus gentium, apud omnes ferè prouincias, & regna, quæ Chriſtiano ſubiacent imperio, & religioni, vbiq; receptũ eſt. Si enim tporalis, quã eccleſiaſtici ſtatus, bona intueamur, quid eſt regnum hoc, niſi vna, & vniuerſalis emphyteuſis? Regni Luſitanici, omnes ferè poſſeſsiones, vel Capellis, vel Maioratibus, vel etiam eccleſiis, vel Regiæ coronæ ſunt addictæ. His demptis exigua portio manet. Iam verò ampliſsimi capellarũ, vel Maioratuum, vel eccleſiarum, vel bonorum Regalium, prouentus, & reditus, quid aliud, niſi plures, & innumerabiles emphyteuticę conceſsiones? Quid niſi dominorũ beneficia, in plures perſonas diſtribu-

ta?

ta? quid, niſi frequentiſsimus, emphyteutarum numerus? vt iam ius publicũ apud nos auctoritate, & vtilitate, pro renouatione iterum concedenda, & renouando beneficio, introductum fuiſſe videatur. Quarè, ſi ex hac noxia, & pernicioſa reipublicæ, conuentione, & pacto, ius renouationis tolleretur, euerteretur ſanè illa æquitas renouationis, naturali quadam, & ciuili iuſtitia ſuffulta, quæ ſuadet finita generatione, emphyteuſim deſcẽdẽtibus, vel proximioribus agnatis renouari. Quarè illa conuentio, cum nõ tantùm rem familiarem reſpiciat, ſed etiam publicã læſionem, omnino improbanda eſt, tanquàm cõtra bonos mores, & publicam vtilitatem, adinuenta, tx. in l. iuriſgentiũ, 7. §. ſi paciſcar. ff. de pact. ibi. *quòd ſi de re publica nõ liceat.* Eſt etiam, contra hominum charitatem, & benefaciendi pręceptum, à quo ſe dominus ſoluere nequit, adẽpto per pactũ renouationis beneficio, neque cliens, ſeu beneficiarius, ſibi viam actionis, ſeu petitionis præcludere poteſt: non minus, quàm ſi per pactum ſe adſtringeret, vel polliceretur, exhauſta vita, remedia nõ quæſiturum quibus vitã protelaret: vel deſperata ſalute opem non petiturum, vel cõſumptis veſtibus, alias non induturum. Nõ enim ius ſuum priuatim, ſed vniuerſam rẽpublicã lædit, ſi ea conuentio, tam improba, renouationis ſubſidium, quibus vniuerſæ ciuium poſſeſsiones continentur, adimeret. Vniuerſi regni pax, & quies in emphyteuſium renouatione conſiſtit: nec colonus, neque agricola, nec cliens, neque emphyteuta, fundũ emphyteuticũ, ſeu beneficiarium, coleret, neque collapſa ædificia fulciret, neq; ſterile ſolum ſuo labore, & induſtria, ad culturam redigeret, neque emphyteuticas poſſeſsiones melioraret, denique nec Dominorum reditus augerentur, ſi deſperarent, emphyteutici beneficii renouationẽ. Nec obſtãt illa captioſa, & improba clauſularũ ſyntagmata, nã omnẽ æquitatem, & humanitatem è cõmercio hominum ablegant, & omnem renouationis tractatum, & obligationem delent, ac deſtruunt, & plurima reipublicæ, incomoda afferunt.

22 Quarè, ſicut clauſula, *vt finita tertia generatione emphyteuſis libera, & expedita ad dominũ reuertatur, cum omnibus melioramentis,* ex moribus noſtrę gentis, & recepta regni conſuetudine, renouationem non tollit, ita neque prædicta clauſula, in qua renouationi per partes expreſſè renunciatum eſt, quoniam eadem ferè vtriuſque clauſulæ vis eſt, & energia. Nam & per illam, *liberè, & expeditè reuertatur,* quidã renouationem impediri cenſebant, prout Socci. Iuni. conſil. 9. n. 14. vol. 3. Gan ma, deciſio. 41. n. 6. & 7. & 326. n. 8. Sed nihilominus cõtrarium obſeruat ſupremus noſter Senatus, qui quotidie, renouationi faciẽdæ dños compellit, non obſtantibus quibuscunq; clauſulis, quocũq; robore, & vinculis pluſquàm adamãtinis, colligatis. Adeo latè patet, ac exuberat renouationis æquitas.

23 Ex his ſubſequitur, frequens dubium, an promiſsio iurata de nõ renouando finitã emphyteuſim, extincta tertia generatione, renouationis beneficium filiis, ſeu deſcendentibus vltimi poſſeſſoris tollat? Extãt in aliquibus monaſteriis, aliq̃ particularia ſtatuta, etiã iurata, nec nõ in aliquibꝰ eccleſiis cathedralibꝰ quibꝰ prohibitum eſt ne bona emphyteutica ad ſe reuerſa, deſcẽdentibus vltimi poſſeſſoris, vel hæredibus renouare teneãtur. Et reſolutio ſit, huiuſmodi ſtatuta iurata, ſeu ꝓmiſsiõis de nõ renouãdo, nõ fore obſeruãda, nec ĩpedire renouationis beneficiũ: quoniã cũ in renouatiõe emphyteuſis fauor publicus verſetur & ꝓpter ſtatutũ, ſeu promiſsionẽ de non renouãdo, reſultet actus in fauorẽ publicũ principaliter prohibitus, iuramẽto confirmari nõ poteſt: arg. tex. in cap. ſi diligenti, de foro cõp. cap. cum ad Apoſtolicam, de regul. & l. ius publicum, ff. de pact. quæ eſt cõmunis ſentẽtia ſecundũ Abb. in cap. cùm cõtingat de iure iur. Vbi Alciatus, n. 83. & Corneus, in repet. auth. ſacramẽta puberũ, n. 26. C. ſi aduerſ. vendi. Bald. & Paulus, in l. pacta quæ cõtra, C. de pactis, Pariſius, cõſil. 92. n. 21. vol. 4. Anto. Gomez. 2. tomo, c. 14. tit. de reſti. min. n. 24. & Couar. in cap. quanuis pactum, 2. parte. §. 1. n. 1.

24 Quare cum dominus ſecundũ cõmunem ſententiã, emphyteuſim filijs, vel deſcendentibus renouare teneatur, etiam ſi iureiurando promittat, nõ renouare emphyteuſim, ad iuramẽti obſeruantiã nõ tenetur cũ præcludat viam, operi charitatis in proximũ, & tollat iuſtitiã, & exuberantẽ renouationis æquitatẽ, nec vlla eſt obligatio ex ea promiſsione deducta, quæ iurantẽ cogat, ad ſeruandum, id quod iuramẽto promiſit, ſicut in ſimili dicimus de eo, qui promiſit iure iurando non mutuare pecunias, nõ fideiubere pro aliquo, certè in ijs caſibus, quibus id officiũ impẽdere tenetur, ſub mortalis, aut venialis culpæ reatu, proculdubio peccabit, ſi iuramẽtũ ſeruet, & peccabit item iurando, vt reſoluit Couarr. d. cap. quãuis pactũ. 1. p. §. 6. n. 7. Aliter enim, in propoſita ſpecie ſi iuramentũ, renouationẽ excluderet, grauiſsima iniuria, & intolerabile fieret hæredibus, ſeu deſcendẽtibus præiudiciũ, eludereturq; cõmunis & recepta Bart. ſentẽtia, in d. §. permittitur, & hoc prætextu, quilibet dñs, æquitate pleniſsimũ, renouatiõis beneficiũ impediret, ac fruſtraretur.

25 Quarè iuramẽtum hoc, obſeruandum non eſt, cum vergat in dãnum, & præiudicium tertii, tex. in c. quãuis pactum, de pact. in 6. ibi: *Nec redundet in alterius detrimentum,* & in c. cum contingat, de iureiur. & notat Soccin. conſ. 116. non poteſt negari, n. 3. vol. 1. tum etiam, quia contra bonos mores ciuiles eſt, & publicã oppugnat vtilitatẽ, ac proindè, nullius eſt momenti, regula, non eſt obligatorium, de reg. iur. in 6. Quãobrèm, iuramentũ intelligitur, ſecundũ actꝰ naturã, ſuper quo interponitur. l. fi. C. de nõ num. pec. & l. fi. ff. qui ſatiſd. cog. tradit Pariſ. cõſ. 92. n. 49. vol. 4.

26 Sic etiã, pactũ de nõ alienando cũ iuramẽto, nõ impedit trãſlationẽ dñij, & ſic nõ obligat pręciſè promittentẽ, vt ꝑ Alberi. de Roſat. in l. ea lege, col. fi. C. de cond. ob cauſ. Iaſ. cõſ. 211. col. 2. vol. 2. Ruin. cõſ. 109. vol. 4. vbi firmat, hãc eſſe cõem ſñiã, Goza. conſ. 14. col. 1. Loazes, in l. filius fam. §. Diui, ff. de leg. 1. n. 429. poſt Crotũ, ibi, Rol. à Val. conſ. 6. quoniã, nu. 26. vol. 1. Facit ꝙ tradit Innoc. in c. dilecto, de præb. vbi inquit, ꝙ ſi iuraui non alienare librum, ſi poſtea alienaui, valet alienatio, licèt periurium contrahatur. Idem tradit Corneus, conſ. 272. col. 3. vol. 3. vbi inquit, iuramentum, de aliquid non faciendo, non vitiare actum, ſi contra fiat, & valere alienationem, Roll. d. cõſi. 6. n. 25. Quãobrèm. prędictum ſtatutum, tanquàm noxium, & pernicioſum Reipublicæ, omnino abrogãdũ eſt, cũ tollat opus charitatis, erga ꝓximum, quod cõſiſtit in renouatione emphyteuſis, quæ neceſſariò hæredibus, ſeu deſcẽdentibus, faciẽda eſt,

eſt, quorum maiores, in re emphyteutica, excolenda, ac melioranda, plurimùm laboris, & induſtriæ, cum magna forſan patrimonii iactura, exhauſerunt, à quibus propter notabiles expenſas, & antiquiſsimam poſſeſsionem, durum, ac valdè inhumanum eſt, emphyteuſim auferre, & denegare, ſaluberrimum renouationis remedium, per quod emphyteuſis extincta, denuò quaſi reſumptis, ac renouatis viribus inſtauratur, & veluti exuta vetuſtate, ſuo priori ęuo reſtituitur, in ſolatium, & conſeruationem poſteritatis.

27 Quarè, iuramentum alienationem neceſſariam (qualis reſultat ex obligatione renouandi) non cōprehendit, vt tradit Ripa, in l. filius familias, §. Diui, n. 40. ff. de leg. 1. In renouatione autem, ineſt neceſsitas quædam, & obligatio, qua dominus propter iniuriam, quam facit, eam denegando, iuris remedio compellitur, ad renouandum, ipſis deſcendentibus, ſeu hæredibus vltimi emphyteutæ, quod moribus, apud omnes ferè gentes, iam diu inualuit, & receptum eſt. Quòd ſi alicubi extat huiuſmodi ſtatutum, antiquandum eſt, ac obliterandum, cū nutriat priuatum cōmodum, & publicum bonum, vtilitatemq; comunis ſocietatis lædat, & grauiter offendat: ac proindè, eo non obſtante, aliquādo in hoc ſupremo ſenatu, aduerſus Diuæ Claræ monaſteriū iudicatū eſt, vt cuidam vltimi poſſeſſoris deſcēdenti, renouationem faceret, & id quidem meritò.

28 Licèt enim, ſatis in iure cōtrouerſum ſit, an capitulum, vel collegiū poſsint facere ſtatuta, vt tradūt Bartol. & repetentes, in l. oēs populi. ff. de iuſt. & iure, & in l. cunctos populos, C. de Sūma Trin. & fid. Cath. Ancharr. & DD. in cap. 1. de conſt. & in cap. cū omnes, & c. cū acceſſiſſent, de cōſtit. & in cap. ex parte Decani, de reſcrip. & Miles, in reperto. verbo, ſtatutum. Tamen veriſsimū eſt, Capitula, & Collegia, contra bonos mores, ſtatuta condere non poſſe. Vt tradit Bart. in l. ambitioſa, per illū tex. ff. de decret. ab ord. faciend. idē Bart. d. l. omnes populi, ſed renouatio moribus, & approbatione huius regni ītroducta eſt, ergo, &c. Quòd ſi exactè perpendamus, ſtatutū hoc, charitatem oppugnat, & omnino euertit, & homines quaſi à benefaciendo eccleſijs auertit, dum vident bona, quæ ab ipſorum anteceſſoribus, liberaliter eccleſijs, donata fuerunt, & poſteritatis labore, & induſtria, fuere exculta, nunc cōtra omnem charitatem, & humanitatē, & debitum pietatis officium, & laudabilem conſuetudinem, ab ipſarum eccleſiarum prælatis, vel monaſterijs, obliterata, ac deleta renouandi obligatione, ac neceſsitate, à filijs, quorum ſolatium, & vitę ſubſidium, in renouatione beneficij paterni, & clientelaris tutelæ poſitum eſt, inclementer auferri. Quarè hoc ſtatutum etiam iuratum, contra charitatem, & laudabilem conſuetudinem, non valet, ita Lappus, allegatio. 20. ſi vacante ſede, allegat tex. in c. 2. §. 1. iuncta gloſ. verbo, ſtatutum, & §. fin. iuncta gloſ. verbo, ad peccādum, de verb. ſign. lib. 6. Vbi habetur, quòd etiam Canonici, & Capitula, & alij habentes poteſtatem ſtatuendi, nō poſſunt ſtatuere, quoad ea quæ alios tangunt, & cōtra charitatem & laudabilem conſuetudinem, aliter eorum ſtatuta etiam iurata non valere quod per illum tex. obſeruat Paulus Pariſius, Conſil. 92. pro primi dubij n. 7. vol. 4.

Nec

29 Nec in hoc caſu, monaſteriū, ſeu capitulum dicitur impeditum, ad renouandum, propter obſeruantiam iuramenti, quoniam impeditus non dicitur, qui impedimētum facilè remouere poteſt. Nam monaſterium, collegialiter poteſt, tollere huiuſmodi ſtatuta, etiam iurata, gloſſ. in cap. cum non deceat, de electio. lib. 6. & Fely. in cap. conſtitutus, de reſcr. Paulus, Pariſ. conſ. 92. num. 43. vol. 4. eoq; ſublato tollitur iuramentum, vt ibi reſoluit Pariſ. nu. 45. etiam ſi ſtatutum foret confirmatū à ſede apoſtolica, quo caſu, quando per receſſum, res reducitur, ad ius priſtinum ſtatutū, non tantùm per ſtatuentes, ſed etiam per eorum ſucceſſores, reuocari poteſt, tex. in cap. cum acceſſiſſent, & ibi Fely. de conſt. Bart. in d. l. omnes populi, verſi. iuxta prædicta Pariſ. d. conſ. 92. n. 55. & ſeq. vol. 4. Ac proindè, ſtatuentes non obſeruando huiuſmodi ſtatutum periurium, nō incurrunt, vt ibi per Pariſ. n. 58. Adeò vt neque abſolutio à iuramento neceſſaria ſit, vt per Lappū, alleg. 21. & Pariſ. vbi ſup. n. 59. Vn̄, in propoſita ſpecie, nihil impedit, quominus, renouatio cōcedēda ſit, cū in facultate monaſterii, vel capituli ſit huiuſmodi ſtatutum iuratū, de non renouādo, reuocare, & ex illius reuocatione, & caſſatione, fiat reductio ad ius cōmune, ex cuius æquitate receptā Bartoli ſententiam, in d. §. permittitur, etiam in eccleſia, locū ſibi vindicare, ſuperius quęſt. 8. latiſsimè reſoluimus. Vbi id frequentius receptum, eſſe oſtendimus.

30 Quin etiā, & illud aduerto, iuramentū de non alienādo, ſeu renouādo emphyteuſim finitā (quod idē eſt) nō cōprehendere ſolita, & conſueta alienari, vel ab antiquo, renouari. Nam quāuis abbates, iuramentum de nō alienando abſque licentia ſedis apoſtolicæ præſtent, vt not. per Ioan. And. Abb. & dd. in cap. vt ſuper, de reb. eccleſ. non alie. & in c. fin. de eccleſ. ædifi. notat Paulus Pariſius, conſ. 85. cum in facto num. 11. vol. 4. Hoc tamen iuramentum, ad ſolita, & conſueta alienari, & renouari nō extenditur: nec comprehendit alienationem rerum, quę alienari, ſeu infeudari, ſeu in emphyteuſim concedi conſueuerunt, vt notat gloſs. in cap. 1. verbo. in hæreſim, in fi. 24. q. 1. Angel. in l. non eſt nouum. in 1. col. ff. de legib. & not. DD. per illum tx. in cap. 2. de feudis. vbi Abb. n. 3. Paulus Pariſius, conſ. 85. num. 12. vol. 4. Afflictus. in cap. 1. num. 24. qui feud. dare poſſ. poſt Bald. & Præpoſ. ibi. tradit Calcaneus, cōſil. 11. & Rebuff. lib. de congrua portio. num. 35. Roll. à Valle cōſi. 1. n. 82. vol. 1. Turzanius lib. opinio. comun. cōcluſ. 164. Quibus in locis cōcludunt, iuramētum de non alienando, huiuſmodi renouationem non comprehēdere. Non enim dicitur alienare, qui ſemel alienata, reformando cōtractū, ſeu renouando, concedit. Alex. cōſ. 79. vol. 1. quem ſequitur Caſſaneus, in conſuet. Burgun. rub. 11. §. 6. n. 19. Reintegrans enim, non dicitur de nouo facere, Panormita. per tx. ibi, in cap. per tuas, de donatio. notab. 4. Quare reſici non prohibentur, quæ de nouo fieri prohibētur l. 1. §. ſiquis ædificiū, & ibi. DD. ff. de noui oper. nunciat. & in cap. conſuluit, de iudi. vbi Felyn. poſt alios, & in cap. cum acceſsiſſent, num. 33. de conſtit. Iaſo. in l. inter ſtipulantem, §. ſacram, ff. de verb. obli. n. 29. & in d. §. ſiquis ædificium, idem Iaſo, in l. quominus, ff. de fluminibus, num. 67. tradit Albertus Brunus, in tract. de refectione, concl. 5. & 6. n. 67.

M Ex

31 Ex quo, paſsim auctores noſtri reſoluunt, ſolemnitatem requiſitã in alienatione, rei eccleſiaſticæ, non eſſe neceſſariam, quãdo ſemel facta conceſsio renouatur. Panor. in c. vt ſuper, de reb. eccleſ. nõ alien. num. 11. Curtius, de feud. 2. part. in prin. n. 1. firmans cõmunem, & Afflictus in c. 1. de cleri. qui inueſtitur. fecit. n. 9. Præpoſ. in cap. 1. qui feud. dare poſſ. poſt n. 13. Iodocus, in lib. de Subhaſtatione, fol. 6. n. 34. Viuius lib. opini. cõmun. verbo. res ſolita, Gregorius Lopez, in l. 3. tit. 26. Part. 4. litera. C. Rebuff. lib. de reb. eccleſ. non alie. n. 34. quæ eſt notabilis, reſolutio, ad legem Regiam, lib. 2. tit. 35. §. 42.

32 Eſt etiã notabilis pro epiſcopis, ac monaſteriorum commendatariis, quibus de ſtylo Curiæ, bonorum immobilum, alienatio interdicitur, de quo nominatim in literis ſuarum collationum, ſeu prouiſionũ, fit expreſſa mentio idq; ipſum epiſcopi iureiurãdo confirmãt, & obſeruare promittunt. Intelligitur enim, hæc interdictio de ſola alienatione prima, non verò de renouatione emphyteutica, quę ex vi antiquæ conceſsionis, & tituli, ſeu inueſtituræ, & præcedentis contractus celebratur, Hanc enim, liberè exercere poſsũt, ex ratione prædicta, quia alienare non dicitur, qui ſolita cõcedi reformat, ac renouat. vt ſupra. Ex quibus concludo, non obſtante prædicto iuramento, ſeu ſtatuto iurato de nõ renouando, finita generatione; dominum directum, cõpellẽdum fore ad renouãdum, ex ſupra dictis abſq; metu periurii, cùm ex eo, tertio pręiudicium inferatur, quod ſemper in quocumq; iuramento exceptũ videtur, vt illud tertio nõ noceat. vt in d. c. cũ contingat, de iureiur. & in d. c. quamuis pactum, de pact. in 6. quemadmodum, & ius ſuperioris ſemper exceptum videtur, vt per Ioan. And. & Imol. n. 8. & Panorm. ad fi. in cap. veniẽtes, de iureiur. qui tx. ita intelligendus eſt, (vt illud obiter dicam) licèt ex eo quidam perperàm deducant, ſuperioris auctoritatẽ, ſemper videri exceptam. ſi enim auctoritas, ideſt voluntas ſuperioris, eſſet excepta, liceret illi ad libitum, ſuper iuramentis diſpenſare, quod eſt falſum. iuxta not. in cap. quãto, de iure iur. vt aduertit D. Thomas, 22. q. 88. artic. 12. ad tertium, Hadrianus, in 4. tit. de clauibus, §. ſed probabile. concluſ. 2. Caietanus, 22. q. 89. arti. 9. Reſoluẽdum eſt igitur, quòd quemadmodum, in iuramento, & voto, videtur exceptũ ius, cuiuslibet priuati, vt tradit Iaſo in l. fi. n. 9. ff. qui ſatiſda. cog. tex. in cap. placet, de conuerſ. cõiug. & c. chariſsimus, eod. & c. manifeſtum & c. voluit. 33. q. 5. ita, & ſuperioris, ex ea ratione, quia iuramẽtum tertio non nocet. Ex quo iuramentũ de non petenda relaxatione non nocet, quominus ſuperior, extãte cauſa, poſsit relaxare, ex Ricardo, in 4. diſt. 38. arti. 9. q. 3. Felyno. in cap. conſtitutus, num. 9. de reſcript. & cap. cœterum in fi. eod. tit. & in c. 2. num. 19. de ſponſalib. Hactenus de promiſsione iurata, vel ſtatuto de non renouando.

33 Quid autem in locatione, ſi dominus, conductorem nõ expellere, iurauit, ſeu colonum, finita fundi locatione, ſed iterũ ad tantundẽ tẽporis relocare ꝓmiſit, an nihilominus poſſit, alteri fundũ vẽdere, & emptor colono ſtare teneatur, vel ipſũ expellere poſsit, è re conducta, ſoluendo intereſſe, vel præciſè ad factum emptor obligetur? Hęc quæſtio eſt valde difficillis, vt in ea, animus cuiuslibet etiam non mediocriter erudiſ





huc, & illuc fluctuare poſsit. Et videtur emptorem ſoluendo intereſſe, poſſe conductorem expellere, quia licèt locator, vel conductor teneantur ad factum cum iuramento, illud tamen regulatur ſecundum naturã actus, cui interponitur, l. fi. C. de nõ num. pec. Sed de natura obligatiõis facti eſt, quòd ꝙ ſuccedat obligatio, ad intereſſe, l. ſiquis ab alio, §. fi. ff. de re iudic. & l. ſtipulationes non diuiduntur, verſi. Celſus, ff. de verb. obli. ergo videtur, ꝙ iuramentũ nõ obliget præciſè ad factum: prout in ſimili videmus, ꝙ obligatio, rem dari, qñ eſt coniuncta cum obligatione, vel alia actione, in qua ſuccedit obligatio ad intereſſe, aſſummit naturam eius, vt etiam ſuccedat obligatio ad intereſſe. l. ſi is qui. ff. de dona. cauſa mortis. Ergo, & idem dicendum vr̃ in iuramẽto, ꝙ aſſummat potius naturã obligationis facti, ex qua cauſatur obligatio ad intereſſe. Facit etiã, quia pactũ de non alienando, cũ iuramento dñii translationem nõ impedit, & ſic nõ obligat præciſè promittentem, vt paulò ante diximus, & tradit Rol. à Val. cõſ. 6. n. 26. vol. 1.

34 Sed in propoſita ſpecie, cõtrarium verius eſſe cenſeo, & receptiꝰ, pro qua ſñia, facit cõis regula quę habet, quòd iuramentũ ſeruãdum eſt, vbi ſine interitu ſalutis æternæ ſeruari poteſt, cap. ſi verò, & c. cum cõtingat, de iureiur. & c. licèt, eod. tit. in 6. Alex. conſ. 42. col. 2. vol. 1. & cõſ. 181. col. 1. vol. 5. Quarè, cum iuramẽtum in propoſita ſpecie locationis, ſeruari poſsit, exactè cuſtodiendum eſt. Nam licèt in obligatiõibus facti, obligatio ad intereſſe ſuccedat, vt d. verſi. Celſus, tñ ſi ſuper ipſa obligatione, iuramentum interponitur, illud præciſè promittentem ad factũ obligat, per glo. cõiter approbatam, in l. ſi pecuniã, ff. de cond. cauſ. data. ttadunt Areti. & Iaſo, in l. iuſiurandũ, ff. de iureiu. & DD. in d. l. ſtipulationes non diuiduntur, verſi. Celſus, Cumanus, conſ. 182. col. fin. & hanc eſſe cõem opinionem, dixit Iaſ. cõſ. 9. vol. 1. & conſi. 41. col. 3. vol. 3. Deci. in c. 1. de iudiciis, verſic. primò quia, Neguzãt. de pign. 5. par. 5. membro, verſi. adde, Barbatia, conſi. 36. verſic. capio, vlt. loco, vol. 2. Gozadi. conſil. 27. col. 2. & cõſ. 32. col. 2. & conſ. 100. col. fi. Alex. conſi. 37. col. 3. vol. 2. vbi teſtatur, hanc magis cõem opinionem eſſe, & ab ea non recedendũ, idem Alex. conſ. 91. col. 2. eod. vol.

35 Et proprius in terminis, ꝙ emptor, ſeu ſingularis ſucceſſor, teneatur ſtare colono, nec poſsit illũ expellere ſoluẽdo intereſſe, ſed præciſè ad factum obligetur, voluit Ant. de Butrio, in c. fi. ne præl. vices ſuas, Soccin. conſ. 90. col. 2. vol. 4. Gozad. conſ. 24. col. 2. & cõſ. 100. col. fi. Roll. à Valle, conſ. 6. n. 36. vol. 1.

Fouet hanc ſententiã, quod adſtruit, & elegãter ſcriptum reliquit Aret. in l. ſi ita quis. §. ea lege, col. fi. ff. de verb. obli. vbi concludit, quòd pactum de non alienãdo, cum iuramento, impedit alienationẽ dñii, & ſic obligat paciſcentem ad factum, ſequitur Iaſ. & Ruin. in repet. l. filius famil. §. Diui, ff. de leg. 1. & ibi Ripa, verſi. ſeptimò fallit.

36 Quarè, ſi pactum de nõ alienando, cum ſpeciali hypotheca, ita rem afficit, vt emptor teneatur ſtare colono, & alienationem impediat, factãq; reſcindat, & irritet, vt cum cõi ſupra reſoluimus, & latè tradit Soarez, in l. poſt rem iudicatã, limit. n. fi. 8. & Dueñas plures allegando, regu. 240. limit. 7. Rol. à Val. conſ. 6. n. 4. & 11. vol. 1. Gutierrez, in repet. l. nemo poteſt. ff. de leg. 1. n. 43. quãto arctius,

& efficacius aſtringere debet iuramentum, quod ſecundum veriorẽ ſñiã, impedit translationem dñii, vt cum Aretino, d. §. ea lege, & Ripa, d. §. Diui, verius eſſe, reſoluit Roll. à Valle, conſ. 6. n. 54. vol. 1. ac proindè ſolutio intereſſe promittentem, ſeu emptorẽ non liberat, ab obligatione, ideoq́; nec eius ſolutione, expellendi colonum, ſibi facultas tribuenda eſt.

Quoniã ſi hoc admitteretur, iuramentũ, iam non in forma ſpecifica, prout de iure neceſſariò requiritur, ſed per ęquipollens, quod ius nõ patitur, adimpleretur. Nã forma non impletur per æquipollens, neq; per actum fictum, & improprium, etiam æquipollentem, ſed verè, & propriè, glo. in Clem. 1. verbo, quin etiam, de conceſſ. præb. Bal. Angel. & Imol. & alii, in l. 1. ff. de libe. & poſth. cum aliis adductis per Alex. ibi, & Fely. in c. cũ dilecta, verſic. amplia vndecimò, de reſcr. tradit latè Tiraq. in ll. Cõnub. glo. 7. n. 188. Quarè, iuramentum per æquipollens, non impletur ſoluẽdo intereſſe, quoniã in forma ſpecifica impleri debet, vt in c. ad noſtrã, vbi dd. aſſerunt hãc eſſe cõem ſñiam, de iureiur. Corſet. in tract. de iuramento, priuil. 5. Iaſo. conſi. 4. col. 2. vol. 3. & cõſ. 41. in fi. vol. eod. Bauer. in trac. de iuram. n. 57. Vñ, qui obligatus eſt, cum iuramento ſoluere, non poteſt cõpenſare, ſecundũ cõem opin. vt per Fel. d. c. ad noſtrã, ad fi. Alex. conſ. 91. viſis, col. 2. vol. 2. Affl. deciſ. 381. Goz. conſ. 69. vñ, col. 1. Marſil. ſing. 288. vbi aſſerit hanc eſſe magis cõem, & latè Tiraq. de retr. lign. § 3. glo. 3. n. 6. & in ll. Cõnub. glo. 7. verbo, *expres.* n. 189. Nec obſtant, quæ ſupra in contrariũ adduximus. nã his reſpondet latiſſime Roll. à Valle, conſ. 6. n. 37. vſque ad num. 48. vol. 1.

37 Hæc autem opinio, licèt in patria iuris ſcripti admittẽda ſit, apud noſtrũ, & in regno Caſtellæ, difficulter obtinebit, propter diſpoſitionem legum Regiarum, præſertim apud nos, lib. 4. tit. 4. quæ à contractibus iuramenta arcent, & eos iureiurãdo celebratos, irritos decernunt.

# Quæſt. XII.

## SVMMARIVM.

1 *Renouatio ad antiquã penſionem, quæ ante pẽdebatur, nõ ad nouam æſtimationem, & præſentis ſtatus valorem reducẽda eſt, ac metienda: ideoq; prioris penſionis ratio habenda eſt, pro qua noua conceſſio eſt facienda, neque penſio augenda, maximè quando res ſterilis, & inculta alicui à principio fuit conceſſa.*

*Tempus quo ab initio, res fuit in emphyteuſim data, nõ id quo res meliorata reperitur, inſpiciendum eſt.*

2 *Emphyteuſis rei ſterilis, ad fertilitatem redactæ, renouanda, ac reformãda eſt, eidẽ, ſeu eius hæredibus etiam extraneis.*

3 *Renouatio congruo loco, & tempore petenda eſt.*

4 *Dominus ſi ſit leno, vel degat in lupanari tunc ibidem ei, denunciatio fieri poteſt, pro renouatione.*

5 *Renouatio tempore congruo, & opportuno petenda eſt, & an tempore noctis, vel prandii peti poſſit?*

6 *Renouationis petitio, quocunq; tempore fieri poteſt etiam die feriata.*

7 *Tempus quando apponitur breuius, aut longius, ad petendam renouationem, citra legis prouiſionem, tunc interpellatio extraiudicialis ſufficit ad interrumpendam præſcriptionem anni.*

7 *Tempus, quando apponitur à contrahẽtibus, cauſa finiẽdæ, ſeu limitãdæ obligationis eius tẽporis lapſus per ſolã extraiudicialẽ interpellationẽ interrumpitur.*

8 *Tẽporis legalis lapſum, ſeu præſcriptionem ſtatutariam extraiudicialis interpellatio non interrumpit.*

9 *Per interpellationẽ iudicialẽ, ex mãdato iudicis, præſcriptio legalis temporis interrumpitur, & ius petentis renouationẽ, illæſum, atque illibatum conſeruatur.*

10 *Epiſcopus, à quo renouatio petenda eſt, ſi ſit abſens, à ſuo epiſcopatu, vbicunq; ſit, ibidem requirendus eſt.*

*Epiſcopus extra ſuam diæceſim, ea quæ ſunt iurisdictionis contentioſæ, exercere non poteſt, ſecus in his quæ ſunt voluntariæ iurisdictionis, & ideo renouationẽ facere, & inueſtituram feudi, & beneficia conferre poteſt.*

11 *Poſſeſſor, vel is qui renouationẽ petit, ſi nolit dominũ abſentem ſequi, requirere poterit eius vicarium, vel perſonam eius loco dimiſſam.*

12 *Si difficile ſit adire dominũ, per quẽ renouatio faciẽda eſt, propter eius potẽtiã, poterit quidẽ is, qui renouationẽ deſiderat, adire iudicẽ, corã quo proteſtetur, de impedimento, & difficultate.*

13 *Renouatio cũ ex pacto, vel ſtipulationẽ debetur, durat triginta annis, ad ſimilitudinem, actionis perſonalis.*

*Promiſſio de renouãdo, finita generatiõe, nullum præſtat ius, in re, ſed perſonalem tantùm, aduerſus dominum actionem, vt promiſſa adimpleat.*

14 *Ex pacto de renouando, de 29. annis, in 29. alios annos, dominus obligatus eſt renouare finito tempore.*

*Renouatio, vbi per pactum promiſſa eſt, alteri conceſſio fieri non poteſt.*

15 *Pactũ renouandi, licèt obliget dominum ſecularẽ in emphyteuſi priuata, nõ tamẽ procedit in eccleſia, quã huiuſmodi pactũ nõ adſtringit finita tertia generatione.*

16 *Ex pacto de renouãdo, licèt oriatur actio perſonalis tantùm, & non afficiatur res ipſa, tamẽ ſi in pacto fuerint bona hypothecata, pro illius obſeruatione, tũc retineri poteſt res ipſa, donec facta fuerit renouatio, nõ obſtante oblatione intereſſe.*

*Hypotheca pro obſeruãtia contractus, eſt multæ efficaciæ, vt promittentẽ, & obligantẽ, bona ſua adſtringat, vt proindè, is in cuius fauorẽ hypotheca celebrata eſt, ab ipſa re expelli nõ poſſit, quaſi ius reale ſibi in ea conſtituerit.*

17 *Prohibitio cõtrahentiũ regulariter, licèt non impediat dominij trãslationem. Hoc tamen fallit, ſi prohibens, vel contrahẽs, ius aliquod in re ſibi reſeruaret, in caſu alienationis fundi: dũmodo reſeruatio ſit ſpecialis, nõ generalis obligatio bonorũ, ſcilicèt, quòd in caſu alienationis, ea res intelligeretur reſeruata, ad ius, & dominium dicti prohibẽtis, & nõ intelligatur conceſſa.*

18 *Locatio facta cũ hypotheca, vel iuris reſeruatione, impedit alienationẽ, tertiũq; emptorem ligat, & adſtringit, & afficit.*

*Conductor, ſi faciat apponi pactum in cõtractu locationis, quòd locans promittit nõ alienare fundũ, intra tẽpus locationis, & pro hoc obligat dictũ fundum ſpecialiter, emptor cõductorẽ repellere nõ pot.*

19 *Hypotheca ſpecialis non tantùm, verùm etiã generalis, impedit rei alienationẽ, et dominij trãslationẽ. Sed cõtra, imò quòd ſpecialis hypotheca requiratur. n. 20.*

*Prohibitio de nõ alienãdo, à cõtrahentibus appoſita, nõ impedit dominii translationẽ, eaq́; prohibitione, non obſtãte debitor rem prohibitã alienari, alteri eam locare poteſt, ac oppignerare.*

21 *Longa differentia, inter generalem, & ſpecialem hypothecam.*

22 *Dominus, pendente locatione, cum hypotheca rei conductæ, ſiue generali, conductorem expellere nõ poteſt.*

*Colonus, ſi habet bona obligata, pro obſeruatione locationis, poteſt rem locatã retinere loco pignoris, donec ſibi ſoluatur quod ei debetur.*

23 *Emptor ſtare colono, non cogitur habẽti* 

*rem hypothecatã, ſi intereſſe ei ſarciatur.*

24 *Emptor ſi conductori intereſſe non offerat, poteſt conductor interim rem loco pignoris retinere.*

25 *Hypotheca generalis, vel ſpecialis, non impedit dominij trãslationẽ, niſi etiã apponatur pactũ de nõ alienando. Licèt, interueniente hypotheca, res cum ſua cauſa transferatur.*

26 *Pactum de non alienando, ſimul cum hypotheca impedit alienationem.*

1 Renouatio emphyteuſis, cum ſit veteris beneficij, inſtauratio, ſeu reformatio, ad antiquã penſionẽ, quæ antea dependebatur, non ad nouã æſtimationem, & præſentis ſtatus valorem, reducẽda eſt, ac metienda: quarè prioris penſiõis, ratio habenda eſt, ꝑ qua noua conceſsio eſt facienda, neq; penſio augẽda, maximè qñ res ſterilis, & inculta, alicui à principio fuit cõceſſa. Eo enim caſu iniquũ eſt, & crudele nimium, & ab omni ciuili philoſophia, longè alienum, induſtriã miſeri emphyteutæ, ei dãnum afferre. Ideoq; inconſiderãda æſtimatiõe tp̃s, quo ab initio res fuit in emphyteuſim data, nõ id quo res meliorata reperitur, inſpeciendum eſt, tx. in l. 3. C. de præd. nauicular. lib. 11. ibi: *Hi qui fundos nauiculariæ functioni adſcriptos, à nauiculariis acceperunt, quolibet ad ſe titulo trãſeuntes, ſecundũ agri opinionẽ, quæ antiquitus habebatur adſcripta, nauiculariã functionẽ, ſuſcipere cogãtur*, quẽ tx. obſeruat ibi Ioã. de Platea, cõtra auaros prælatos, ad idem tx. in l penul. C. de omni agro, deſerto, lib. 11. cuius elegãtiſsima verba ſubiiciam. *Siquis* (inquit) *auctoritate noſtri nominis, de fundis patrimonialibus, ſteriles ſub certi canonis pollicitatiõe ſuſceperit, firmiter eum volumus poſsidere, ſub eiuſdẽ tamẽ canõis ſolutiõe, quẽ noſtra maieſtatis auctoritas, per annos ſingulos ſoluẽdũ eſſe præſcripſit: nullãq; eos deſcriptionẽ, ſiue adiectionẽ, aut innouationẽ, in poſterum ſuſtinere. Quoniã nimis abſurdũ eſt, eos, qui nobis hortãtibus, fundos inopes, atq; egenos, magno labore impenſo, aut exhauſto patrimonio, vix fortè meliorare potuerũt, vtpotè deceptos, inopinatũ onus ſuſcipere, illudq; velut quadã circũuentione depoſci: quod ſi ſe daturos præſciſſent, fundos minimè ſuſcipere, aut etiã colere, paterentur.* Quẽ tex. notat ibi Barto. contra inſatiabiles dominos, volentes grauare emphyteutã, maiori penſiõe, qñ rem induſtria emphyteutæ, fertiliorẽ intuentur. Ad idem etiã tx. & ibi Bar. in l. 2. C. de locatio. prę̨d. ciuil. ſeu fiſcal. lib. 11. tx. in l. 2. C. de fundis rei priuatæ, lib. 11. ibi: *Certũq; habeãt, quod vnaquæq; villa, cum eo onere, vel forma, cui nũc habetur obnoxia, od noui domini iura migrabit, vt ſiquid adiecerit ſumptus, cura, vel ſolertia, quicquid, vel mãcipiorũ, vel pecoris accreuerit, capitationis, aut canonis augmẽta, non patiatur*, & ita cõſuluit Pau. Caſtr. in colono, cui⁹ diligẽtia res erat meliorata, cõſ. 63. vr̃ dicẽdum, ſequitur Curt. conſ. 48. ſuper cõtrouerſia, Ripa, in l. 1. ff. de priui. cred. n. 13. Ex quo ibidẽ, n. 16. cõcludit ꝙ hę̨res emphyteutæ, cuius impẽſa, vel maiorũ ſuorum res ſterilis, fructifera, & fertilis, fuit effecta, pro antiqua penſione, præferendum fore, nõ obſtante, ꝙ maior ab alio offeratur.

2 Ex quo inferunt đđ. emphyteuſim rei ſterilis, ad fertilitatem redactæ, renouandã, ac reformandã eſſe eidem, qui ad frugem, & culturã reduxit, ſeu eius hæredibus, etiã extraneis, vt voluit Bar. in l. quicunq;, C. de omni agr. deſer. lib. 11. Cum his, quæ tradit Paul. cõſ. 142. vol. 2. vbi intelligit illum tex. in conceſsione tẽporali, ſeu ad certã generationem con-



conceſſa, quã finita generatione, ſeu cõceſsionis tempore, reſoluunt fore reformandam, etiam in perpetuam conceſsionem, quemadmodum in d. l. quicunq;, probatur. Inducit etiã pro hac ſñia Pau. tx. in c. ad aures, de reb. eccleſ. vbi fuit ad certum tẽpus facta locatio, de re ſterili, eaq; vtili facta, & ad culturam redacta, ſumm⁹ Pontifex, locationẽ reformari poſſe, etiam in perpetuam, & iure hæreditario conceſsionem, tribuit poteſtatem. Quo tñ in loco, & ſi ſũmus Põtifex loquatur per verbum, *poſsit*, Paul. tñ, d. cõſ. 142. n. 2. lib. 2. intelligit neceſsitatem impoſuiſſe, & ad eam renouationem, emphyteuſis eccleſiaſticæ, prælatum inuitum cõpelli, ſumpta interpretatione à d. l. quicũque, idq; ex glo. ibid. deducit quatenus intelligit, tx. ibi loqui, in colono temporali, quẽ aſſerit (niſi eccleſia ſe læſam prætendat, propter paruã ſcilicèt conſtitutã meredẽ, ſeu penſionem) nõ poſſe amoueri.

3 Vlterius hæc renouatio emphyteuſis, loco congruo petenda eſt, arg. tx. in l. ſi ſolutur⁹, 39. ff. de ſolut. ibi. *In qua ſpecie, non vtq; ſemper tuũ periculũ erit. Quid enim ſi non opportuno tempore, vel loco obtulerim?* notat gloſ. in c. cupientes. §. quod ſi per viginti, verbo. propoſita, de electio. in 6. tx. etiã in l. obſignatione. 9. C. de ſolutio. vbi obſignatione, totius debitæ pecuniæ, ſolemniter facta, liberationẽ cõtingere decreuit Imperator, *ſed ita demum oblatio debiti liberationem parit, ſi eo loco quo debetur ſolutio, fuerit celebrata* vbi glo. verbo, eo loco, obſeruat cõgruo loco, oblationẽ fieri debere tx. etiam, in l. mora, 32. ff. de vſuris, ibi: *ideſt ſi interpellatus opportuno loco, nõ ſoluerit*, vbi gloſ. locũ opportunũ appellat, in quo debitor inuitus, vt ſoluat, conueniri poteſt, nõ alium, etiã vbi habet locũ domicilii, ſed nõ poteſt, ibi conueniri vt tradit gloſ. in l. cum hi, §. cauſæ. ff. de tranſact. tradit affli. in tract. de iure prothomi. §. 2. n. 10. fol. 33. verſo. Quare ſi emphyteuta peteret renouationẽ à dño extra ipſius domum, cum in domo petere poſſet, nõ excuſaretur. vt tenet Cardin. Alex. in c. 1. quo tẽpo. mil. tradit Caſſan. in cõſ. Burg. rub. 3. §. 1. verbo, *aulieu & maiſon*, num. 5.

4 Reſtringenda tamẽ eſt, ſuperior Reſoluitio, niſi dominus directus eſſet leno, & ex conſuetudine in luſtris meretricũ, aut lupanarib⁹ verſaretur ac degeret, tunc enim ibidem hę̨c denunciatio, ei fieri poſſet, quoniã attendenda eſt loci cõſuetudo, vbi ſolet conuerſari, arg. eorum, quę̨ not. in l. ꝙ ſi nolit, §. qui aſsidua, ff. de ædilitio. edicto. & in l. vel vniuerſorum, ff. de pigno. actio. & in ſpecie tradit Affl. in tract. de iure prothomiſ. §. 2. n. 10. fol. 34. Sin autẽ dñs, eiuſmodi homo eſſet, qui ad lupanar accedere non ſoleret, ſed ibi fortè inueniatur, ꝑpter loci turpitudinẽ, & inhoneſtatẽ, arbitror ei ibidẽ, minimè denunciari poſſe, arg. l. ſi cum dies, §. arbiter, & l. quid tñ, §. ſi arbiter ff. de arbitris, ibi: *Sed in aliquẽ locũ inhoneſtum, adeſſe iuſſerit, putà in popinã, vel in lupanar, ſine dubiõ (vt Iulianus ait) impune ei nõ parebitur.* Per quem tex. dicit ibi Bald. ꝙ locus iudicii, debet eſſe idoneus, & honeſtus, vtriq; parti, aliter citationem, minimè ad eum locum adſtringere: nec citatum in contumacia cõſtituere: etiã ſi alteri parti, honeſtus, alteri inhoneſtus eſſet, cõcordat tx. in c. hortamur, 3. q. 9. & in c. ex parte, de appell. & in c. accedẽs, vt lite non conteſt. glo. in c. cum locum, de ſponſal.

5 Tempore etiã oportuno, & cõgruo, renouatio petenda eſt, quarè tem-

tempore noctis, vel prandii non ſolùm ab omni iuris, ſed etiã ab omni vrbanitatis ratione, peti lõgè alienũ eſt. arg. d. l. ſi ſoluturus ibi, *opportuno tempore*, facit glo. in l. more Romano, ff. de feriis. vbi inquit, quòd ſi promiſi decẽ dare, in dubio intelligitur, quòd debeã ſoluere de die, & nõ de nocte, quaſi id inter partes actũ videatur; & in hãc partẽ, poſt lõgã, & prolixã deſputationẽ, inclinat Afflict⁹, in c. 1. quo tẽpo. mil. à n. 1. vſq; ad n. 9. cuius cõfuſam, & diſſolutã diſtinctionẽ, excludit iuſtum impedimẽtũ renouationẽ petere debentis, ſiue illud ex parte domini proficiſcatur, vel etiã ſi neceſsitas vrgeret, vtroq; enim caſu humanitate ſuggerente petẽti ſuccurrendũ eſt, p tx. in l. 1. ff. de off. eius. & l. iure ciuili, ff. de cõd. & demõſt. tradit Caſſa. in cõſu. Burg. rub. 3. §. 1. verbo, *aulieu maiſon*. num. 6.

6 Cum autẽ hæc petitio, ſeu denũciatio, iudiciũ nõ requirat, ſed extraiudicium fieri poſsit, quocunq; tempore etiã die feriata fieri poteſt, per tx. in l. 1. §. nũciatio ff. de noui oper. nunciat. & l. miles. §. ſexaginta. ff. de adulteriis ibi, *feriatiſquoq; diebus*, cum fiat ad effectũ interrumpẽdæ preſcriptionis temporis legalis. Facit in hãc ſñiam tx. in l. item veniunt, 20. §. petitã. ff. de petit. hæredit. ibi. *Petitam autem fiſco hæreditatẽ, &c. quo quiſq; primùm ſciret, eam à ſe peti. Nã vbi ſcit, incipit eſſe malæ fidei poſſeſſor, ideſt, cum primùm ei denunciatum eſſet*, vbi notat Bart. ꝙ vbi denunciatio fit, ad notificãdum, idẽ operatur ſcientia ſimplex, ꝙ denunciatio, & nõ refert à quo denunciatio fiat. & tradit Affl. in tract. Prothomiſ. §. 2. n. 11. fol. 34.

7 Id tamen ego, verum eſſe intelligerem, qñ à cõtrahentibus tempus petendi renouationis apponeretur, ſeu longius, aut breuius, citra legis prouiſionẽ, quo caſu interpellationẽ extraiudidicialem ſufficere, verius eſſe videtur, quoniã qñ à cõtrahentib⁹ tẽpus cauſa finiendæ, ſeu limitãdæ, obligationis apponitur, ei⁹ tẽporis lapſus, per ſolam extraiudicialem interpellationẽ interrũpitur, tx. in l. ſi mãdato Titii, 59. §. ille illi ſalutẽ, iuncta gloſ. ff. mãdati, quem tx. adhoc dicit ſingularẽ Paul. Caſt. in l. eum qui ita, §. qui ita, 1. ad med. ff. de verb. obl. & per illum tx. idem tenet Balb. de præſcrip. p. 6. & vlt. p. prin. n. 42. idẽ voluit Soci. in l. vlt. in prin. verſi. quartò limita. ff. de eo per quẽ factum erit, Tiraq. de retract. cõuẽt. §. 4. gloſſa. 6. num. 37.

8 Ceſſante autem cõuentione, vel pacto, cum tẽpus anni à lege apponatur, aliud eſſe opinor, vt temporis lapſum, ſeu præſcriptionẽ, extraiudicialis interpellatio, nõ interrumpat, ita Paul. Caſt. d. §. qui ita, ſubdẽs, aliud eſſe, qñ id tempus à lege apponitur, per tx. in l. aliena. 13. ff. p emptore, vbi alienã areã, bona fide quis emit, & ante implerã diutinã poſſeſſiõem ædificare cœpit. & denũciãte dño ſoli, intra tpora diutinæ poſſeſſionis perſeuerauit, ſubdit Scæuola: *Quæro vtrum interpellata ſit, an cœpta durauerit? Reſpondi ſecundum ea, quæ proponerentur, nõ eſſe interpellatam*, per quem tx. notat ibi Bart. nunciationẽ noui operis non interrumpere præſcriptionem ſoli. Et ſic notãt ex eo ſcribẽtes, denunciationem, ſiue interpellationẽ, extraiudicialẽ nõ interrũpere præſctiptionem legalem, ſeu ſtatutariã, vt not. ibi Dynus. Bar. Alberi. & đđ. in c. olim cauſam, de cenſib. gl. in l. vlt. verbo, acqrat, & ibi Bal. & Alex. verſi. p denunciationẽ, ff. de eo, per quẽ factũ erit, vbi Bal. ſubdit, ſpeciale eſſe, vt in certis caſibus, ꝓteſtatio interrũpat, vt in l. vt perfectius, C. de annali except. Ergò, in cõtrariũ, ius cõe, & idẽ voluit Bar. in l. naturalr, col. 2. ff. de vſucap. & Card. Alex. in c. ſollicitudinẽ, verſi. concatenatur, de appel. Imol. in l. ſi ſeruũ ſtichũ. §. ſeqr & ibi Alex. col. 2. ff. de verb. obl. idem Imol. in c. fi. de præſcr. Iaſ. in §. pœnales, n. 119. inſt. de actio. & ſentit gl. in l. vlt. verbo. acquiſierit, C. de præſcri. 30. vel 40. annorum.



9 Nec enim, vt hi aſſerunt, talis interpellatio, ſeu ꝓteſtatio, eſt de modis interrũpendi, de quibus, in l. cum notiſsimi, §. ſed & ſiqs, C. de præſcr. 30. vel 40. annorum, & in c. illud, de præſcr. tradit Tiraq. de retr. cõuent. §. 4. gl. 6. n. 38. Ex quib⁹, iuxta pręmiſſa iuris principia vr̃ ſanè, interpellationẽ extraiudicialẽ, ſeu petitionẽ renouatiõis, à dño, intra annum, nõ ſufficere, niſi iudicialiter fiat, & ex iudicis pręcepto, & auctoritate, oblato ſupplici libello, ſeu petitione iudici, in ſcriptis, quam ipſe dño, p ſuum officialem, intimari iubeat, quo caſu, ambiguũ non eſt, per huiuſmodi interpellationem iudicialẽ, præſcriptionem legalis tporis interrumpi, & ius petentis renouationẽ, illæſum, atq; illibatum cõſeruari. Moueor ad id, per tx. in l. ſicut, C. de præſcri. 30. anno. vbi actiones, oẽs perſonales, licèt 30. annorum, præſcriptione tollantur, p executoris tñ, ab ordinario miſsionem, interrumpuntur, ibi: *Niſi allegato ſacro reſcripto, aut in iudicio poſtulatione depoſita; fuerit ſubſecuta, per executorẽ conuentio*, vbi glo. verbo, per executorẽ, obſeruat; interruptionẽ fieri per executorem. gl. etiã, in c. 1. de libel. obl. gl. in l. aliena, ff. pro empto. glo. verbo. acquirat, in l. fi. ff. de eo, p quẽ factũ erit. Quæ quidẽ cõuentio, & interruptio, p officialẽ, ex iudicis, mãdato, nõ quidem actionem, vſq; ad 30. annos, prorogabit, ſed anno tantùm tolletur, ſicut actio pro renouatione cõpetens, annalis eſt, ꝙ voluit gl. d. verbo, p executorẽ, ad fi.

10 Sin autem dñs abſens ſit, à quo renouatio intra annum petenda eſt, latè, ſupra q. 6. limit. 8. dixim⁹. Quod ſi epiſcopus ſit, à quo renouatio emphyteuſis petenda eſt, is q; à ſuo epiſcopatu abſit, vbicunq; ſit, ibidem requirendus eſt, atq; interpellãdus, & ibidem emphyteuſis, ad ſe pertinentis, renouationis titulum, concedere poteſt, Nam licèt, ea, quę ſunt iuriſdictionis, extra ſuum territorium, excercere non poſsit, l. fi. ff. de iuriſd. om. iu. tñ põt mãdare, in territorio ſuo exequenda, & ideo beneficia cõferre, c. quia diuerſitatem, de cõceſſ. pręb. vbi eps extra ſuã diœceſim etiã, in Curia Romana, beneficia confert, quarè, & ſimiliter renouationem facere emphyteuſis, & inueſtire, de feudo põt. Facit c. nouit, cum glo. de off. deleg. tradit Cardi. Alex. in c. 1. §. 1. verſi. quæro quid, quo temp. mil. & Caſſan. in conſue. Burg. rub. 3. §. 1. verbo, *aulieu, e maiſon*, n. 8. & latiſsimè Affl. in prin. quo tẽp. mil. nu. 10. cum ſeq. vbi n. 13. reſoluit dñm etiã extra territorium, & locũ iurisdictionis ſuæ, poſſe inueſtire de feudo, quoniã hoc eſt voluntarię iuriſdictionis, licèt ea quæ ſunt cõtentioſæ, expedire non poſsit.

11 Sin autem poſſeſſor, vel is, qui renouationem petit, nolit dñm abſentem ſequi, requirere quidẽ poterit, eius vicariũ, vel perſonã, eius loco dimiſsã, Archid. in c. Reatina eccleſia. 63. diſt. quẽ refert, & ſequitur Paul. de Leazar. in repet. c. nobis, de iure patr. Bal. in c. cum venerabilis, n. 1. de cõſue. Angel. in l. adoptio. col. 2. in fi. ff. de adoptio. Andr. Siculus, in c. P. & G. de off. deleg. & in cap. quod translationem, de officio leg. & in c. licèt ex ſuſcepto. de foro cõpet. & tradit Iacoby. in tract. feudo. in parte, *Vicariusq; perpetuus*, col. 2. bonus tex. in c. ex frequentibus, de

inſtit.ſecundum Cõpoſtellanũ, in c. quod ſicut, de electio. tradit Palac. Rub.in introduct.rub.de dona.inter vir.nu.25.& Caſſan.in conſue. Burg. rub.3.§.1.verbo, *Ou ala perſonna de ſon principal officier*,nu.1. qui omnes aſſerunt,quod ſi de conſuetudine eſt,vt aſſenſus Regis, vel epiſcopi, requiratur ante electionem,& alter ſit abſens,extra regnũ, vel epiſcopatũ,ſufficit vicariũ alterutrius requiri.

12 Sin autẽ, difficile ſit adire dñm, ꝑ quẽ renouatio facienda eſt, ꝓpter eius potentiã,poterit quidem is,qui renouationẽ deſiderat,adire iudicẽ, corã quo ꝓteſtetur,de impedimento, & difficultate,tex.in l.ſi præſens, C.de epiſ.audien.ibi: *Aliquã verò adminiſtrationẽ in prouinciis gerat,vt difficilè eſſe videatur,denunciationẽ eidẽ non numeratæ pecuniæ mittere,licentiã damus ei, qui memorata hmõi exceptione vti velit, alios iudices adire,& per eos ei manifeſtare,quia exceptionẽ hmõi obijcit,factã*,tx.etiã,in l. fi.C.eod.ibi:*Licentia ei detur adire, præſidẽ prouinciæ,libellũq; ei porrigere, & hæc in querimoniã deducere, & intra conſtituta tẽpora interruptionẽ facere*.Vbi Salycet. notat ꝑ illũ tx.ꝙ vbi aduerſarius eſt abſens,vel infans,vel furioſus,vel in maxima poteſtate cõſtitutꝰ, per ſolã libelli porrectionem, factã corã præſide,vel epo,interrumpitur pręſcriptio.& ibi glo.fi.ſubdit hoc ſufficere ad pleniſsimã interruptionem.

13 Prędicta ꝓcedunt,cum actio renouationis,legis beneficio,ex ęquitate imploratur. Cœterùm,ſi ex pacto,vel ſtipulatione debeatur, aliud dicẽdũ eſt.Tũc enim pactũ de renouãdo,durat triginta annis, ad ſimilitudinem actionis perſonalis, vt per Deciũ,cõſ.329.poſt prin. verſi. vñ illud,n.6.& ante eũ Ange.cõſ.184. ex forma,& ſerie,verſi: et illa verba,ad renouãdum, Pau.Pariſ.cõſ.28.nu.10. vol.1.Quo caſu, cum ex pacto perſonalis actio oriatur,non tollitur, niſi ſpacio 30.annorũ,l.ſicut,& l. oẽs, C. de pręſcr.30.annorũ,& ꝓ huiuſmodi pacto,facit tex.in l.necui, C. locati, vbi licèt,dñs poſsit locare rem ſuam cui voluerit,finito tp̃ore primę conductõis, hoc ꝓcedit,niſi pactum factum ſit,in cõtrarium,ꝙ quidem pactum eſt fauorabile, vt obſeruetur. Ait enim prætor,*Pacta ſeruabo*, ff. de pact.l.1. & actio pſonalis, quæ oritur ex tali pacto,reſtringi nõ debet,& limitari ꝓut fit,in c.1.de precar. vbi illa reſtrictio procedit,in illo caſu particulari, qui eſt contra ius cõe, & ibi agitur,vt tollatur renouatio inducta de cõſuetudine,ſeu à lege,ꝙ facilius permittitur,qùã vbi pacto, renouatio ꝓmiſſa eſt,vel pactũ de renouando interceſsit,in quo renouatio petitur de iure cõi,virtute pacti, & ꝓpriæ prouiſiõis, quoniã lex facilius tollit ius, quæſitũ ab ipſa lege, & aliquo iure ſpeciali,qùã ſi quęſitũ ſit de iure cõi,& ex cõuentiõe, vt not. per gloſſ. magin l.aſsiduis,C. qui potio. in pig.hab.& in §.fuerat,inſt.de acti. verbo,creditoribus, in fi. firmiuſq;, ac ſtabilius ius,ꝙ quis habet ex propria acquiſitione,reputatur: qùã alterius,vt not.Bar.in l.ſiquid bello,ff. de captiuis,& poſt.reu.& vltra prædictos auctores,ꝙ ex pacto de renouãdo, vſq; ad lõgiſsimum tp̃s renouatio peti poſsit,ex vi pacti,& hęres, non obſtãte lapſu lõgi, vel lõgiſsimi tp̃oris,nõ dicatur excluſus à renouatione,tradit Alex.conſ.15. viſis, col. pen.verſi.nõ obſtat,vol.5.& proſeq̃r Deci.conſ.328.n.4.& 5.& cõſ. ſeq. n. 6.vbi inquit tp̃s petendę renouationis,tanquàm nõ ſtatutum,neq; limitatum,non eſſe decurſum,neq; pręſcriptum,& cõſequenter, nullã culpã nõ petenti renouationem, intra annum



annum adſcribi poſſe. Quo caſu ꝓcedere non poſſunt, dicta per Iaſo. in l.2.notab.5. in fi. C. de iure emph. tradit Paul. Pariſ.conſi.28.quoniam conſultantes,nu.10.vol.1

Addo autẽ, ꝙ promiſsio de renouãdo,finita generatione, nullũ præſtat ius in re, ſed perſonalem tãtùm, aduerſus dñm actionem, vt ꝓmiſſa adimpleat,vt in ſpecie ꝓbat Gabriel. cõſ.88.n.1.cum ſeq.Angel.d.cõſ.184. n.3.& conſi.311.in fi. Alex.conſi.165. n.3.lib.2.Pariſ.conſ.8.n.52.vol.1.Rui. conſ.168.n.24.vol.1.Quod eò maximè dicendum eſt, qñ in cõceſsione emphyteutica,adeſt clauſula, *Quòd finita generatione,res ipſa ad dominũ liberè reuertatur*. Quo caſu,etſi in ipſa inueſtitura,ſit facta ꝓmiſsio, de renouãdo,ceſſat ius in re, donec fiat renouatio, aliter illa clauſula: *Quod liberè reuertatur*, ſtabit ſine vllo effectu. Quocirca,vt dictę duę clauſulę ſtare ſimul poſsint,ea interpretatio ſummenda eſt, vt res ipſa ad dñm reuertatur liberè, & poſtea aduerſus illũ agatur actiõe perſonali, ad renouationẽ,Gabrie.d.conſ.88.n.2.vbi citat Bar.in l.adeo,ff. de pact. col. 1. Alex. conſ.193.col.1.lib.6.& 121.n.3.lib. 5. & Iaſ.in l.cũ falſa,n.46.de iuris, & fact. ign.& Decium,conſ. 463. n.6. & 38. n.5.& in terminis Bal.cõſil. 465. col, fi.lib.5.& Rui.conſ.47.col.fin.vol. 3.

14 Vñ,ſi fieret pactum,de renouãdo,de 29. annis, in 29. alios annos, virtute huius pacti,dñs directus obligatus eſt renouare finito tp̃re,tx. in l.necui.C.locati,ibi: *Niſi fortè pacta, ꝑ ſcripturã ſpecialiter inita,cum dominis,vel cum his,qui poſtea conduxerint,legibus videlicet cognita,agentis intentionibus ſuffragentur*,Et ibi notãt Bar. & dd. & traditur in l.2.C.de iure emph.& ꝑ Angel.conſ.184.ex forma,col.fi. cũ aliis allegatis per Decium,cõſ.328. col.2. verſi.ſecundò principaliter, & cõſi. 329.pro defenſione,col.2.in prin. & eſt bona doctrina Iaſo,in l.3.n.37.C. de iure emph.vbi aſſerit,ꝙ vbi ꝑ pactum, ꝓmiſſa eſt renouatio,tunc alteri cõceſsio fieri nõ põt per d. l. necui,ſeq̃r Pariſ.d.cõſ.28.n.7. Quæ pacti virtus ita reintegra, ſicut nõ integra,talem ꝓducere debet effectum, cum fuerit indeterminatum, nec tẽpore limitatum,l.1. de conſt. pecun. & l.quos prohibet,& l.ſeq. ff. de poſtul.& l.1.§.& gñraliter,de leg. præſt.

15 Hoc autem pactum renouãdi, licèt adſtringat dñm ſecularẽ in emphyteuſi priuata,non tñ procedit in eccleſia, quã huiuſmodi pactum de renouãdo finitis tribus perſonis, ſeu tertia generatione nõ adſtringit,tx. in auth.de non alien.§.quod autem, ibi: *Nec illud, quod hactenus,contra tales contractus agebatur, valere permittendum eſt,de adiectione, vt ſi vel duorũ hæredum cõpleatur tempus,licentia ſit eis,qui poſt illud ſunt,in emphyteuſim dare,id vnde agitur,& ſemper eos præponi alijs. In hoc enim nihil aliud eſt,quã per reuolutionem,& machinationem, perpetuas eis emphyteuſeis, magis autem priuationes eccleſiaſticarum, agi rerum.Sed & ſiquid factum eſt,tale nullam neceſsitatem eſſe reuerẽdiſsimus œconomis,duobus hæredibus ceſſantibus, cæteris tradere*. Si enim, tale pactum admitteretur,per indirectum eccleſia, ſuis bonis priuaretur,& permitteretur per obliquum, ꝙ lex directè nõ permittit,ꝙ nullo pacto fieri debet, vt ibi obſeruat Ange.ſeq̃r Alex. cõſ. 165.n.1.vol.1.Iaſo,in l.manumiſsiões, n.7.ff.de iuſt.& iure,Gãma, deciſio. 326.vxor,n.6. Pactum hoc igitur, cũ contra legem ſit,& ab ipſa lege ꝓhibitum,promittentem eccleſiã, ſiue eius adminiſtratores,nõ ligat. Quoniã pacta, quæ contra legem fiunt, non obligant, l.pacta,C.de pactis.

Adeo

Adeò ꝙ neq; naturalis naſcatur obligatio, l. cum lex ff. de fideiuſ. ac ꝓindè, quæ per legem nõ permittũtur, neq; per pactũ, admitti debent, l. iuriſgentium, §. prætor ait. ff. de pact. l. cum quid vna via, ff. de reg. iur.

16 Aduerto autẽ, quòd licèt ex pacto, de renouãdo oriatur actio perſonalis, & nõ afficiatur res ipſa, tñ ſi in pacto fuerint bona hypothecata, pro illius obſeruatione, tũc ſanè poterit retineri res ipſa, donec facta fuerit renouatio, non obſtãte oblatiõe intereſſe, vt cõſuluit Socci. cõſ. 90. col. 2. vol. 4. ſequitur Roll. à Val. conſ. 6. n. 7. & 13. vol. 1. Eſt enim hæc hypotheca, pro obſeruãtia contractus, multæ efficatiæ, vt ꝓmittẽtem & obligãtem bona ſua, adſtringat vt proindè is, in cuius fauorẽ hypotheca celebrata eſt, ab ipſa re expelli nõ poſsit, quaſi ius, reale ſibi cõſtituerit in ea. Eſt enim hypotheca realis, vt in §. item ſeruiana, inſtit. de actio. & ideò fundũ ſequitur, & obligat tertiũ, per tx. ſingularẽ in l. ſi creditor, §. vlt. ff. de diſtr. pign. Vbi Martianus I.C. in hæc verba: *Quæritur, ſi pactũ ſit, à creditore, ne liceat debitori hypothecam vendere, vel pignus, quid iuris ſit? & an pactio nulla ſit talis, quaſi cõtra ius ſit poſita, ideoq; iure vænire poſsit? Et certũ eſt, nullã eſſe vẽditionẽ, vt pactioni ſtetur.* Ibi tñ, vltra hypothecã, fuit appoſitũ pactum de nõ vendendo, ſeu non alienãdo, ab eo qui habet ius in re, ꝙ impedit venditionẽ, & not. Bar. & Bal. in l. ſi ea lege. C. de cõd. ob cauſ. B. & alii, in l. filiusfa. §. Diui. ff. de leg. 1. & in l. ſi ita quis ꝓmiſerit. §. ea lege. ff. de verbo. obl. idem Bart. in l. nemo, ff. de pact. Angel. cõſ. 230. intricatè, col. 1. & cõſ. 243. multi cõſortes, poſt prin. Raph. Fulg. conſ. 117. Ioãnes, col. 4. verſi. illud porrò, & alii relati per Tiraq. de retr. conuent. §. 3. gl. 1. nu. 3.

17 Ex quo inferunt dd. ꝙ licèt regulariter prohibitio cõtrahentium, non impediat dñii trãslationẽ, vt d. l. nemo. Hoc tñ fallit, ſi ꝓhibens, vel cõtrahẽs, ius aliquod in re, ſibi reſeruauerit, in caſu alienationis fundi, ꝑ d. l. creditor, §. ſi. ita notabiliter Bart. d. §. ea lege, quod Imola ibi, verũ intellexit, qñ reſeruatio eſſet ſpecialis non generalis obligatio bonorũ, & quis nominatim reſeruaret, ſibi ius in illa re, qñ cõtingeret alienari, putà, *Quòd in caſu alienationis ea res, intelligatur reſeruata, ad ius, & dominium dicti prohibentis, & non intelligatur conceſſa*, ꝙ dicit fuiſſe de mẽte Bart. in l. qui abſenti. §. ſi qs. ff. de acq. poſſ. & ita intelligẽdꝰ tx. d. l. ſi creditor, §. ſi. qui cũ ſit exorbitãs, non debet extẽdi, ad aliũ caſum, ſecundũ Imol. & Ant. in cap. verũ, de cõdi. appoſ. & dictã cautelã, de reſeruatiõe iuris in re, approbat etiã Angel. in l. filiusfamil. §. Diui, ff. de leg. 1. per d. §. ſi. quem tex. ſolemniter extollit Angel. in l. qui Romę, §. cohæredes, ff. de verb. obl. dicens non eſſe alibi, idẽ etiã Bar. d. §. Diui, Fabia. de Monte, de emptio. & vẽdi. 4. q. prin. art. 22. nu. 35.

18 Idẽ quoq; videmus in ſimili, in locatione facta, cum hypotheca, vel iuris reſeruatione. Nã licèt ſingularis ſucceſſor colono ſtare nõ teneatur, vt in l. emptorem, C. locati. Hoc tñ, non habet locũ, ſi apponatur obligatio, ſeu hypotheca, vel generalis oĩum bonorũ, ſeu ſpecialis, ipſiꝰ rei, vel ius reſeruetur, ꝙ impedit alienationẽ, tertiũq; emptorẽ, ligat, & adſtringit, vt tradit Bar. & Bal. d. l. emptorẽ, & in l. qui fundum, & ibi Paul. & Salic. n. 3. ff. eod. & in l. 1. §. ꝙ autẽ: ff. de ſuperficieb. & in l. ſi filio. §. ſi vir in quinquennium. ff. ſol. mat. n. 2. & ibi Paul. & Ioa. de Imol. n. 8. Roman. 13. Alex. 3. Angel. conſ. 2. certũ eſt, verſi. item actio, nu. 12. & conſi. 245. quia omne, dubio 5. n. 6. Imola, d. §. Diui, col. 3. Paul. Caſtr. in l. ſi merces, §. 1. ff. locati, Comenſ. conſi. 20. magiſter Antonius, col. 1. Maſſueriꝰ, tit. de locato, §. item emptor non tenetur, Guido Papæ, deciſ. Delph. 480. locaui, verſ. ſed pone, & ſing. 719. emptor non habet, & conſil. 127. proceſſus fuit, n. 2. Rota, deciſ. 861. in antiquis, aliàs, deciſio. 1. ſub tit. de locato. Auffer. ad Capell. Tholoſ. 420. Abb. in c. querellã, & ibi Anan. n. 9. ne pręlati vices ſuas, Imola. Areti. & Alex. n. 5. in l. qui abſenti, §. 1. ff. de acq. hæred. & hanc opinionem ſentit gloſſ. in l. nihil, §. fin. ff. de leg. 1. pro qua eſt tx. in d. §. ſi. l. ſi creditor, & tradit Mõtalnus, in l. 19. tit. 8. Par. 5. & in gl. l. 7. tit. tit. 17. lib. 3. Fori, Hypp. ſingu. 321. credo te ſcire, Corſettus, ſingul. verbo, pactum, ſi propter obſeruantiã, Bertran. conſi. 143. pro faciliori, col. vlt. nu. 12. vol. 4. Alexan. conſi. 118. in caſu, n. 20. vol. 5. Barbat. conſ. 36. ſapienter, verſi. ſed videmus, nu. 22. vol. 2. Loazes, in repet. l. filiusfamil. §. Diui, n. 441. ff. de leg. 1. Fabian. de Monte, in tract. de empt. & vendi. 22. q. 4. q. prin. n. 36. Iaſ. in l. quoties, n. 29. C. de rei vindi. & l. 67. in fi. tit. 5. Par. 5. & ibi Greg. Lop. Tiraq. de retr. conuentio. §. 3. glo. 1. nu. 4. Dueñas, regu. 240. limit. 7. Anto. Gom. 2. tomo, c. 3. n. 9. Iaſo. d. §. Diui, in 1. lectu. nu. 92. & in 2. lectu. n. 122. Grego. Lop. in l. 19. tit. 8. par. 5. gl. mag. col. 2. Suarez, 1. limit. ad leg. Regn. nu. 8. Gutierr. in repet. l. nemo poteſt, ff. de leg. 1. par. 1. n. 43. vbi reſoluit, quòd ſi cõductor, faciat apponi pactum, in contractu locationis, ꝙ locans promittat non alienare fundum, intra tempus locationis, & pro hoc obliget dictum fundũ ſpecialiter, cum prædicta clauſula, annullet venditionem in cõtrarium factã, quòd nõ poterit emptor repellere cõductorem, quòd ſi pro ſecuritate huiuſmodi locationis, locator obligaſſet fundum, nec ſit appoſitum pactum de non alienando, alienatio facta valeret, & emptor colono, in fundo ſtare volẽti, nõ teneretur, dummodo ei intereſſe ſarciret, vt tenet eleganter Bar. d. l. emptorem, n. 2. & ibi DD. cõiter.

19 Prædicta autem reſolutio, procedit non ſolùm, qñ hypotheca eſt ſpecialis, verum etiã, qñ eſt generalis, vt verius tenuit Paul. Caſtr. in l. nihil. §. vlt. ff. de leg. 1. Barto. & Salyc. d. l. emptorem, idem Barto. in l. qui fundum, ff. locati, & in d. §. ſi vir in quinquennium, & in l. 1. §. quod autẽ ff. de ſuperficiebus; Paul. Caſtr. in l. ſi merces, §. 1. ff. locati, & in l. ſi ita qs, §. ea lege, ff. de verb. oblig. vbi Iaſo, Angel. Areti. in §. fi. n. 5. inſtit. locati, Angel. Peruſ. conſ. 245. nu. 6. Corn. conſ. 6. n. 3. vol. 4. Soccin. conſ. 90. n. 1. vol. 4. & cõem dicit hanc ſententiã Loazes, in repet. d. §. Diui, n. 441. ff. de leg. 1. & cõem dicit Anto. de Fano. in tract. de pigno. 2. par. prin. n. 6. & Hieron. Grattus, conſi. 95. n. 12. vol. 1. Couarr. lib. 2. variar. reſol. c. 15. nu. 13. Carol. Moly. in conſu. Pariſ. § 30. q. 23. nu. 93. Gozadi. conſ. 24. n. 9. cõem Ioann. de Amicis, conſi. 113. n. 7. per d. l. ſi creditor. §. fin. qui generaliter loquitur de hypotheca, nec diſtinguit, an generalis ſit, an ſpecialis, ergo generaliter debet intelligi, l. de precio. ff. de publ. in rem actio. & ita declarat Grattus, d. cõſ. 95. n. 13: Quæ ſñia vera eſt, quam etiã adſtruit Gutierr. in l. nemo poteſt, ff. de leg. 1. n. 57. & hanc dicit cõem, & ſeqr̃ Dueñas. reg. 240. limit. 7. verſi. ſed nihilominus, & receptã aſſerit Emanuel Soarez, lib. 1. cõmu. opin. verbo, alienatio, in contractu prohibita, n. 20.

Sed

20 Sed in hac quæſtione, contrariam ſententiã, imò quòd ſpecialis hypotheca requiratur, tenuit Bart. in l. qui abſenti, §. ſiquis poſſeſsionẽ, ff. de acquir. poſſeſſ. & ibi Ioann. de Imola, num. 3. & Roman. n. 3. Areti. col. 2. verſi. extra glo. & Iaſ. ibi, n. 32. Idem Iaſ. in repet. l. filiusfam. §. Diui, 1. lectu. n. 92. & Alex. d. §. ſi vir in quinquenniũ, n. 4. in fi. & Bal. in l. ea lege, C. de cond. obcau. n. 4. verſi. Quintò probatur, & cõem teſtatur Iaſ. conſ. 211. col. 5. in fi. vol. 2. & hãc eſſe cõem aſſerit Ant. de Fano. de pigno. 2. par. 1. mẽbro. n. 5. & cõem dicit Loazes in d. §. Diui, n. 170. quã cœteris præſtãtius, declarat Roderi. Soarez, in l. poſt rem iudicatã, limit. 1. nu. 8. ff. de re iud. & n. 11. dicit cõem, & plura allegat Ant. Gom. 2. to. c. 3. de locato, n. 9. & poſtremò Rebu. 2. to. ad leges Gal. tit. de cõſt. redituum. gl. 14. n. 10. fol. 412. Gutier. in l. nemo poteſt, ff. de leg. 1. n. 58. vbi ex ſup. dictis auctoribus, hãc teſtatur cõem ſñiam. Quæ ſanè, in ſtricta diſputatiõe, verior eſſe videtur, quoniã (ſi rectè attendamus) diſpoſitio tx. in d. §. fi. l. ſi creditor. à iure cõi, exorbitãs eſt. Quoniã prohibitio contrahentiũ, non impedit dñii trãslationẽ, vt in l. nemo, ff. de pact. & in l. ſi ea lege, cum ibi not. C de cond. obcauſ. ac proindè, non obſtãte clauſula de nõ alienãdo, debitor rem prohibitã alienari, alteri eã locare poteſt, ac oppignerare, vt elegãter tenet Bar. in l. manumiſsiones, nu. 1. ff. de iuſt. & iure, vbi ponit quæſtionẽ in fortioribus terminis, ſcilicèt, qñ eſſet pactũ appoſitum, ne exeat res de manu debitoris: quoniã locatio non ſolet dñium trãsferre, l. non ſolet, ff. locati, & illã Bar. opin. ſequitur ibi Paul. Caſt. n. 4. & eſt cõis ſecundũ Ioãn. Oroſcium, ibidem, n. 8. ſequitur Gutier. in repet. l. nemo poteſt, n. 48. ff. de leg. 1. Quãobrèm, diſpoſitio d. § fi. l. ſi creditor, nõ erit extẽdenda, per tx. in l. quod verò. ff. de legibus.

21 Suffragatur etiã, huic poſteriori ſñiæ, non parùm, ſi conſideremus, in iure multũ intereſſe, inter ſpecialem, & generalẽ hypothecã, vt conſtat, ex l. 1. C. de neceſſ. ſeru. hæred. inſt. vbi debitor, qui nõ eſt ſoluẽdo, poteſt vnum ex ſeruis hæredẽ inſtituere, & eum ſibi neceſſariũ heredẽ, & liberum facere, niſi illũ ſeruũ, ſpecialiter creditoribus obligaſſet, ibi: *Sed ſi pignori datus fuiſti* (ſcilicèt, ſpecialiter, iuxta glo. verbo. pignori) *& in eadẽ cauſa permanſiſti, nec ab eo quidem debitore, qui ſoluendo non fuit, liber, & hæres, neceſſarius exiſtere potuiſti.* clariùs probat tx. in l. ab eo, C. de ſeruo pig. da. man. vbi Impp. Seuer. & Antoninus, ita reſcripſerũt, *Ab eo, qui bona, pignori obligauit, quæ habet, quæq; habiturus eſſet, poſſe ſeruis libertatem dari certũ eſt. Non idem iuris eſt, in his ſeruis, qui pignoris iure ſpecialiter traditi, vel obligati ſunt.* Probat etiã tex. in l. ſeruus, ff. de manumiſſ. & l. ſeruum. ff. qui, & à quib. & in l. eſt differentia, ff. in quib. caſ. pign. taci. contrah.

22 Dubium tñ eſt, an ſoluendo intereſſe, non impediatur dñij trãslatio, in alium, & poſsit dñs colonum, vel conductorẽ, expellere pendente locatione, cum hypotheca bonorũ ſiue illa gñralis ſit, ſiue ſpecialis? & ꝙ nõ, vr̃ voluiſſe Bar. in l. 1. §. ꝙ autẽ, ff. de ſupficieb. vbi inquit, quòd ſi in cõtractu locationis, apponatur hypotheca bonorum, acquiſitum eſt colono ius in re, à qua expelli non poteſt, cum ea ſit ipſi obligata, adeò quòd ius ipſum perſequitur rem, in quemcunque tranſeat, non obſtante d. l. emptorem, quæ procedit, in caſu, in quo conductori nullũ

ius



ius in re quæſitũ eſt, ſed ſolùm perſona eſt obligata. Idem tenuit Bart. d. §. ſi vir, Paul. Caſtren. d. l. nihil, in fine, Corn. conſ. 6. col. 2. vol. 4. Socci. conſi. 17. col. penul. vol. 3. & Fab. de Monte, de emptio. & vendi. 6. par. prin. q. 18. ad fin. Gozadin. conſil. 24. col. 3. verſic. non obſtat, Marſilius, ſing. 321. Ioannes de Amicis, conſil. 113. ad finem, & expreſsius Bald. in l. ſi merces. §. vis maior, ff. locati, vbi ait, quòd licèt emptor non teneatur ſtare colono, tamen ſi ipſe colonus habet bona obligata, pro obſeruatione locationis, poteſt rem locatã retinere loco pignoris, donec ſibi ſoluatur quod ei debetur. Quod autem ſibi debetur, eſt factũ, ideſt, patientia, quòd re frui bene poſsit, donec frui debet, ideſt, donec locatio durat, & quòd non poteſt expelli, per alium conductorem, ei intereſſe offerẽtem, quia ipſe ſe reperit, in retentione rei obligatæ, qua vti poteſt, pro ipſo facto, quod ſibi principaliter debetur. Nec obſtat regula l. 1. ff. de actio. empti. vbi probatur, quòd in obligationibus facti, ſuccedit obligatio ad intereſſe, & non cogitur quis præcisè ad factum: quoniã vt idem Baldus ait, id in agẽdo procedit, ſecus in excipiendo, cum hypotheca bonorum: quia quis excipiendo, quando in poſſeſsione rei locatæ, vel venditæ exiſtit, aduerſarium ad patientiam, & ad factum cogit, & Baldum ſequitur Socci. conſ. 99. col. fin. vol. 1. & conſil. 17. col. pen. vol. 3. & cõſi. 90. col. 2. vol. 4. Cui ſententiæ aſſentitur Guido Papæ, ſing. 419. & deciſio. 580. verſ. ſecundò fallit hæc regula, & verſi. ſed iuxta præmiſſa, vbi poſt Iacob. de Aretio, hãc eſſe communem concluſionem teſtatur, quod etiam ſoluendo intereſſe, res locata conductori, durante locatione, auferri non poteſt.

23 Sed in propoſita ſpecie, cõtrariũ verius eſſe arbitror, ſcilicèt, quòd ſi intereſſe ſarciatur, emptor ſtare colono non cogatur, ꝙ ſentit Bart. d. l. emptorem, dum ſubdit, appoſita hypoteca in locatiõe, pro ipſius obſeruatione, colonũ emptori dicere poſſe, ſe habere ius in re ex vi hypotecæ, & ſic exindè nolle recedere, donec ſibi de pœna, vel intereſſe ſuo ſatisfiat. Cum illa res ſit ei obligata, idẽ ſentit Bar. in l. qui fundum, & ibi Salyc. ff. locati, & Pau. Caſt. in d. §. ſi vir. verſi. & ideò, & ibi Alex. & Ioan. de Imol. n. 8. idẽ Paul. in l. ſi merces, §. qui fundũ, ff. locati, Salycet. d. l. emptorẽ, verſ. concludo, idem Salyc. in l. mancipia, in fi. C. de reb. alien. non alien. idem Alex. conſi. 118. col. pen. verſi. inſuper, vol. 5. Barbat. conſ. 36. dubio. 3. vol. 2. Soccinus ſibi contrarius, conſ. 30. in fi. vol. 4. Iaſo, in l. filiusfam. §. Diui, lectu. 1. ff. de leg. 1. & ibi Loazes, n. 441. Gozad. cõſ. 100. ad fi. & cõem Neguz. de pign. fol. 4. idẽ Pau. Caſt. in l. in lege. §. ſi colonus, & in l. qui inſulã, ff. locati. Grattus, cõſ. 95. n. 30. vol. 1. Dueñas, reg. 241. limit. 10. Rollan. à Valle, conſ. 6. n. 10. vol. 1.

24 Nec obſtãt, quæ ſupra in cõtrariũ adduximus, nã quæ Bar. & alii, ſupra relati aſſerunt, intelligẽda ſunt, quando emptor, vel ſingularis ſucceſſor cõductori intereſſe nõ offert, tunc enim verum eſt emptorem, nõ poſſe expellere conductorem, ſed rem loco pignoris, cõductorẽ retinere poſſe. Secus autẽ, qñ cõductori intereſſe offertur, vt interpretantur Bar. & Salyc. d. l. emptorem, col. 2. & Anan. in c. fi. ne prel. vices ſuas, Alex. d. §. ſi vir, Ruin. conſil. 180. col. pen. vol. 1. Neguzan. vbi ſupra, vbi aſſerit, hanc cõem, Iaſo, & alij, in repet. d. §. Diui, & Roll. à Valle, conſil. 6. n. 13.

Aduerto

25 Aduerto autem, in propoſita quæſtione, ſatis non eſſe, in contractu apponi, hypothecam generalẽ, vel ſpecialem, ad impediendam dominij translationem, quoniã ad hoc non ſufficit ſola hypotheca, per tex. in d. l. ſi creditor, §. ſi ff. de diſtr. pigno. qui tex. nuncupatim loquitur cum pacto, de non alienando, adiecta eſt, hypotheca, vt ſupra diximus, in quo caſu impeditur ſequens rei alienatio. Quòd ſi eo pacto non appoſito, hypotheca interueniat, ea certè non impedit alienationem, & rei hypothecatæ, dominij translationem, ſed ita vt transferatur cum ſua cauſa, ideſt hypotheca, tex. in l. ſi debitor, C. de diſtr. pign. ibi. *Si debitor, rem tibi iure pignoris obligatam, te non conſentiente diſtraxit, dominium cum ſua cauſa tranſtulit, ad emptorem.* Tex. in l. ſi conuenerit 2. §. ſi fundũ ff. de pigno. actio. & l. debitorem C. de pignor. & l. res pignoris, de remiſſ. pigno. & l. ſiquidem C. de donat. inter vir. & l. ſi prædium C. de euictio. & l. alienatio. ff. de contrah. emptio. quoniã debitor manet dominus, & quidem pleniore iure l. generaliter. ff. qui, & à quib. Vbi dicitur, quòd pleno iure res ipſa debitoris eſt, tex. in l. 1. §. per ſeruum. ff. de aq. poſſ. & l. ſtatu liber. ff. ad leg. falcid. & tradit Tiraq. de retr. lignag. §. 1. gloſſ. 14. n. 127. Vndè colonus, ſeu conductor, præciſè non remanebit in cõductione, ſi ſibi ſoluatur intereſſe, licèt interim pro eo, fundum retinere poſsit, vt eſt cõmunis reſolutio.

26 Vndè debet apponi pactum de non alienando, ſimul cum hypotheca, ad impediendam alienationem, quod tradit Ioanes de Imola in l. qui abſenti, §. ſiquis poſſeſsionem. ff. de acq. poſ. & in l. qui Romæ, § cohæredes. ff. de verbo. oblig. & in d. §. Diui. Vbi tradunt regulam, d. l. emptorẽ, non habere locum, ſi colon⁹ appoſuerit pactum, quòd res conductæ, non debeant in alium alienari, & ſi contra fiat, alienatio ſit nulla, & pro obſeruantia contractus, res locata ſit ei ſpecialiter obligata, nam tunc dominus, non poterit trãsferre dominium, in emptorem, in præiudicium coloni, non conſentientis, & Imolam ſequitur Alex. in d. §. ſi vir. col. 4. Goza ii. conſil. 78. col. 2. Iaſo. in l. quoties. Verſic. Vndecimò. C. de rei vind. & in §. Diui. lect. 1. col. 3. verſic. iuxta prædicta, & ibi Loazes, n. 442. vbi aſſerunt hanc eſſe cõmunem opinionẽ, & Roll. à Valle conſ. 6. n. 11. vol. 1. & Tiraq. de retr. conuẽtio. §. 3. gloſ. vni. n. 6. & cum Fano & alijs tanquam receptum, tradit Gutierrez in l. nemo poteſt, ff. de legat. 1. n. 44. Sed de his iam ſatis.

# Quæſt. XIII.

## SVMMARIVM.

1 *PRoximior agnatus, vel deſcendens, ad quem ius renouationis ſpectat, non poteſt illud ius renouandi, ſuæ perſonæ cohærens cedere, ſeu renunciare in alium agnatũ, ſeu cognatum remotiorem, in præiudiciũ proximioris.*

2 *Cum aliquid multis defertur, non integrè, nec inſolidũ, is qui in primo gradu eſt, ſemper admittitur, intra tempus legis, vel ſtatuti, quantumcunque prauetus, ab vlteriore, ſeu remotiore.*

3 *Quando plures perſonæ nomine generali, indefinito, vel collectiuo, ſcilicèt familia, generis cognatorum, cõſanguineorũ, poſterorũ, deſcẽdentiũ vocantur, intelligũtur vocati ordine ſucceſsiuo, vt ſcilicet proximior primò admittatur.*

4 *Vaſſallus non poteſt, in præiudicium proximioris agnati feudũ cedere agnato remotiori, licèt in ſui ipſius præiudicium, poſſit, aliàs proximior reuocare poteſt ibidem.*

*Predium clientelarium, venditum à proximiori cognato alii exiſtenti, in quarto gradu, reuocari poteſt, per eum qui ſecũdo gradu, aut tertio fuerit, quoniã in clientelis, quis ſit proximior attenditur.*

5 *Ius primogenituræ, quod inſeparabiliter perſonæ filii ſenioris cohæret, ſeu proximioris agnati ad ſucceſsionẽ vltimi poſſeſſoris, in fauorem tertiogeniti, vel vlterioris agnati, omiſſo ſecundo genito, vel agnato, qui medius eſt, renũciari non poteſt, aut cedi.*

*Renunciatio, cuiuſpiam licèt ſibi noceat, non tamen alteri.*

*Grauatus reſtituere vni de familia, poteſt reſtituere exiſtenti, in remotiori gradu, non quando eſt vocatus proximior.*

6 *Ius retractus, congrui, ſeu prothomiſeos, ſeu prælationis, quod ex ſtatuto, ſeu lege municipali proximiori competit, cedi, vendi, renunciari aut transferri in remotiorem agnatum, vel conſanguineum nõ poteſt in præiudicium proximioris.*

7 *Ius retractus, ſeu prothomiſeos, extraneo cedi non poteſt, neque ad hæredem tranſmittitur, ſi conſanguineus extraneo hærede inſtituto, moriatur lite pendente.*

*Ius petendi renouationẽ, eſt perſonale, & cedi non poteſt, quoniam cedentis perſonam non egreditur. ad inſtar aliorum iurium perſonalium.*

8 *Proximiore renouationem petere negligente, ſequenti locus aperitur.*

*Vbi ad renouationẽ emphyteuſis cõcurrerẽt filii prioris matrimonii, & ſecundi matrimonii, per mortem vltimi poſſeſſoris, filii prioris matrimonii ſunt præferendi, ſi emphyteuſis eſt acquiſita, durãte primo, vel proueniat à prima vxore.*

*Si cõcurrat progenies eius, cui emphyteuſis fuit conceſſa, & eius qui à primo acquirente emit, emptoris progenies præferenda eſt.*

*Perſona eius, per cuius mortem finita eſt emphyteuſis, eſt conſideranda.*

9 *In renouatione emphyteuſis, quis præferendus ſit, an filius, ſeu deſcendẽs primi emphyteutæ, an ſecũdi emphyteutæ, finita tertia generatione, primi acquirentis.*

10 *Emphyteuta ſecũdus cõſtitui põt cõſenſu domini directi, non aliter, quoniam ſubemphyteuticatio eſt, alienationis ſpecies.*

11 *Per ſubemphyteuticationem, in ſecundũ emphyteutam omne vtile dominiũ, quod primus emphyteuta habebat, trãsfertur, adeo, quòd penes primũ nullũ remanet. Contra numero 20.*

*Emphyteuta primus, qui ſolum habet, vtile dominium, ſubemphyteuticando illud trãsfert facta traditione. Contra n. 21.*

*Dominium vtile, eiuſdẽ ſpeciei, apud duos inſolidum eſſe non poteſt. & nu. 16.*

12 *Naturalis poſſeſsio, quæ ratione vtilis dominij, emphyteutis conceditur, in ſecũdum emphyteutã transfertur, nec penes primum manet.*

*Penes cedentem, præter iura, & actiones vtiles, quas tantùm habet, nihil remanet.*

13 *Natura ceſsionis vtilis dominii eſt, ſola voluntate, & rei traditione transferri.*

14 *Secundus emphyteuta, ſi alienet ius ſuũ, ideſt, ſuũ dominiũ, & poſſeſsionẽ, tenetur dominum directum requirere, cui laudemium ſoluendum eſt, non primum emphyteutam, quoniam apud illum, neque dominium, nec poſſeſsio mãſit. Dominus ille eſt, ad quẽ rei proprietas pertinet, non verò, ad quẽ vſusfructus. & n. 15. ad fi.*

15 *Emphyteuta primus, non poteſt ſecundo emphyteutæ, alienãdi poteſtatẽ dare.*

*Dominium vtile, vtilis domimini eſſe non poteſt, ſicut neque ſeruitus ſeruitutis.*

16 *Vtile dominium penes duos, in ſolidum, eſſe non poteſt.*

17 *Domini conſenſus, ea ratione exigitur, in alienatione rei emphyteuticæ, vt perſonalis actio, quam ad penſionem habet, in emptorem, vel ſucceſſorem, vt ad penſionem obligetur, continuari poſſit.*

18 *Item, ne dominus habeat alium emphyteutam, quàm velit.*

19 *Laudemiũ, ſeu quinquageſima pars precij, quod præſtatur in ſignum ſubiectionis, domino præſtandum eſt.*

20 *Feudatarius, ſeu vaſallus, poteſt ſubinfeudare, cum licentia domini, vel etiam domino inſcio, & ratione iuris, & vaſallagij, & ſeruitiorum, quodammado vtilis dominus dicitur, & dominicale dominium, iusq; conſequitur.*

21 *Emphyteuta alteri ſubemphyteuticans, habet iura dominicalia, quæ conceduntur domino directo emphyteuſim cõcedenti, à vtile dominium retinet.*

*Vtile dominium, non tranſit in ſecundum emphyteutam, ſed ſolùm exercitiũ vtilis dominij ſubalterni.*

22 *Plures domini vtiles, aut directi, diuerſis reſpectibus conſtituuntur. Sed contra, num. 25.*

23 *Primus vaſallus, manet dominus vtilis, ſeu quaſi vtilis: propter quod à ſecundo ſeruitia exigere poteſt conuenta, in inueſtitura à ſe facta.*

24 *Dominus non poteſt apprehendere emphyteuſim, vel feudum, ſubemphyteutæ, vel ſubuaſalli ſui, quoniam vtrunq; à ſe mouetur, ſeu dependet, mediãte emphyteuta, vel ſubuaſallo ſuo.*

25 *Emphyteuta emphyteutæ mei, regulariter meus emphyteuta non eſt, ſicuti cliẽtis mei cliens, cliẽtulus mihi nõ eſt, quod eſt verùm ratione alterius rei, quã eius quæ à me recognoſcitur, in emphyteuſim vel feudum.*

26 *Secus, ſi ratione eiuſdem rei, vel partis.*

27 *Dominus emphyteuſis, vel feudi, nedum dicitur dominus directus emphyteutæ, vel clientis ſui, immediati, & hoc propriè, & abſolutè, ſed etiã dicitur dominus directus, omnium ſubemphyteutarum, ſeu clientum eiuſdem emphyteuſis, vel feudi, & hoc mediatè, & ratione rei beneficiariæ à ſe profectæ, quæ implicitum habet ſtatum reuerſionis.*

28 *Inter ſubemphyteutas, vel ſubuaſallos, ratione eiuſdem rei, reperitur difformitas, & differentia.*

*Emphyteuta meus, ſi ſubemphyteuticauit, Sempronio certam partem emphyteuſis, à me mouentis, ſine conſenſu meo, Sempronius non eſt propriè ſubemphyteuta meus, & idem in feudis.*

29 Emphyteuſis *eiuſdem, vel feudi, quî fieri poſſit, vt plures ſint domini directi, vnus immediatus, alter & ſuperior mediatus. Et pariter duo, vel plures domini vtiles.*

*Domini plures directi, vel vtiles, eiuſdem rei diuerſis reſpectibus eſſe poſſunt.*

30 *Directũ dominium* Regni *Siciliæ, licèt in vniuerſo ſit penes eccleſiam* Romanam, *& non penes* Regem, *qui illud tenet in feudum, ab eadem eccleſia, & ſic habet ſolùm vtile dominium, ſcilicèt in vniuerſo, tamen in ſingulis feudis, caſtris, & rebus particularibus illius* Regni, *habet directum dominium, & plenitudinem* Re*giæ poteſtatis.*

31 *Errant aſſerentes, primùm emphyteutã, alterum inueſtientem, omne ius, & dominium, in ſecundum transferre.*

32 *Dominium vtile nõ eſt ſeruitus, ſed quædam inferior proprietas.*

33 *Penes primum vaſallum infeudantem ſecundo, quædam reliquiæ, & iura ſeruitutum remanent, & quodammodo dominus dici poteſt.*

34 *Primus dominus, verè habet directum dominium, in vltima ipſa emphyteuſi, ſeu feudo, ſed mediatum, & ligatum, reſpectu vltimi emphyteutæ, ſeu vaſalli, donec ſublatis, vel ceſſantibus medijs, fiat debita deuolutio, & conſolidatio, & tanta approximatio, vt poſſit exire in actum.*





*Dominus primus directus, poſſidet ciuiliter: vltimus autem dominus, habens realem fruitionem, poſſidet naturaliter: domini autem intermedij, habent ſua dominia ſubordinata, & reſpectiua, quæ ſunt directa, reſpectu inferioris.*

*Qualibet proprietas habet poſſeſſionem, vel quaſi correſpondentem.*

35 *Examinata gloſſæ fin. ſententia, in l. vni. C. vti poſſidetis, aſſerentis primum dominum, feudi poſſidere ciuiliter, vltimũ naturaliter.*

36 *Solus dominus immediatus eſt requirendus.*

*Dominus ſuperior nullum ius, & nullũ cõmodum poteſt percipere, ex ſubemphyteuta, ſeu ſubuaſallo, etiam ratione eiuſdem rei.*

37 Rex *ſi cõcedat alicui nobili, ſeu prælatô; bona de corona* Regia, *vel caſtellaniã, ſeu fortalitiũ, cũ territorio, vel iuriſdictione, pleno iure, vel ad tempus, & is donatarius, alium inueſtiat, de re donata, vel ad vitam, vel in perpetuum huiuſmodi inueſtitus, tenetur regem recognoſcere, &* Regis *beneficiarius eſt, nec hi domini inferiores; poſſunt his clientibus, ſeu beneficiarijs; beneficia, ſeu bona* Regiæ *coronæ, cum diminutione conferre, nec beneficiorum ſtatum alterare, rege incõſulto.*

38 *Penes primum emphyteutam, vtile manet dominium, cuius ratiõe adinſtar, domini directi, debet requiri, cum ſecundus uult alienare eiq; laudemium ſoluendũ.*

*Emphyteuta, tam primus, quàm ſecundus, poteſt commoditatem diſtrahere, citra domini directi conſenſum.*

39 *Emphyteuta poteſt facere ſubalternum emphyteutam, & quando non remaneat emphyteuta. Optima diſtinctio. & num.* 40. *reprobata.*

40 *Improbatur ſententia aſſerentium, in ſecundum emphyteutam tranſire vtile dominium, & à primo emphyteuta ſeſeparari. Sed contra veriùs.*

41 *Contraria opinio, quod poſt factam ſecundam emphyteuſim, prima conceſſio manet corrupta, & in ſecundum emphyteutã, dominiũ vtile trãsfertur. & n.* 49.

42 *Vaſallus poteſt ſecundum vaſallũ conſtituere abſque domini conſenſu, qui primum reſpicere debet, eiq; ſeruire, nõ domino directo. Secus eſt in emphyteuta, penes quem vtile dominium, manere nõ poteſt.*

43 *Primo emphyteutæ, etſi conceſſum ſit, ſubemphyteuticare, tamen ex natura contractus, dominus non reputatur, aduerſus Valaſcum.*

*Secundo emphyteuta vendente, non eſt requirendus primus emphyteuta, ſed dominus.*

44 *Primo emphyteutæ conceditur, ius vindicandi rem, à ſecũdo emphyteuta, ſi ſibi ſtatutã penſionem non ſoluat, non tamẽ ideo, primus emphyteuta dominus manet, ſed agit actiõe præſcript. verbis, vel condictione, ex l. 1. C. de iure emph.*

*Laudemium, & alienationis auctoritas, penes dominum manet, niſi fuerint primo emphyteutæ conceſſa.*

45 *Inanis diſputatio eſt, quærere an primus emphyteuta in ſecundum, omne ius trãſtulerit, an ſibi reſeruauerit omne ius donicale.*

*Emphyteuta primo ſimpliciter, cum domini conſenſu ſubemphyteuticante, an illum debeat quaſi dominũ ſecundus emphyteuta reſpicere.*

46 *An commiſſum primi emphyteutæ, noceat ſecundo.*

*Improbata* V*elaſci interpretatio.*

47 *Emphyteuta ſecundus, cũ vult alienare emphyteuſim, debet requirere cõſenſum domini directi nõ primi emphyteutæ.*

*Emphyteuta primus, ſi tẽpore ſubemphyteuticatiõis, ſibi penſionẽ ſoluendã reſeruauit, põt ſecũdũ emphyteutã expellere.*

48 *Dominus ſemper cẽſetur cõſentire alienationi factæ, per emphyteutam, ſaluo iure ſuo.*

49 *Dominiũ directũ, ſeparabile eſt ab vtili*

*& conſequenter, poteſt alterum ſine alterius vitio, & corruptione alienari. In alterius autem, alienatione eiuſdem dominij, ſeparatio fieri non poteſt.*

*Per conceſsionē emphyteuticā in ſecundū, vtile dominiū, ſtat penes ſecundum emphyteutā, non penes primum. Sed penes primū ſolū manēt, ſpecialiter reſeruata: cæteraq́; in ſecundū emphiteutā trāſeūt.*

50 *Penes primū emphyteutā, manēt oīa iura dominicalia, quæ dominus habebat, licèt conſenſerit, ſaluo iure ſuo.*

*Improbata Valaſci interpretatio.*

51 *Emphyteuſim venditā, à ſecundo emphyteuta, pōt dominus directus ſibi retinere pro eodem precio, quāuis primus emphyteuta, hoc idē ius prætendat habere.*

52 *Dominium vtile, eiuſdem rei quando penes plures eſſe poſsit.*

53 *Dominium rerum dotalium, penes maritū eſt cōſtāte matrimonio, vxoris vero fictitiū, inefficax, & imaginariū. Cōtra n. 54.*

*Interpretata l. in rebus, C. de iure dotium.*

54 *Maritus habet tantùm rerum dotalium adminiſtrationem, vxor domina eſt.*

55 *Vtilis dominij exercitiū magis, quàm vtile dominiū, trāſit in ſecundū emphyteutā.*

56 *Traſcribens rem aliquā, illā poteſt in emphyteuſim concedere, quāuis ſolū vtile dominiū habeat, & quæ ſit ratio.*

*Epylogus quòd hæredibus primi emphyteutæ compertit renouatio.*

1 DVbium eſt, nō vulgare, an ꝓximior agnat⁹, ſeu deſcendēs, ad quem ius renouatiōis ſpectat, poſsit illud ius renouandi ſuæ perſonæ inſeparabiliter cohęrens, cedere, ſeu renunciare, in alium agnatum, ſeu cognatum remotiorē, in præiudicium proximioris, cui, ſublato de medio, deſcēdēte vltimi emphyteutæ, aliàs de iure renouandi ius competeret? Hęc queſtio ſatis dubia eſt, & ardua, in qua pro vtraq; parte non deſunt rationes, & argumēta, quę hinc, indè vrgent. Verius tñ eſt, proximiorē vel deſcendētem vltimi poſſeſſoris, ad quem renouationis ius pertinet, illud in remotiorē agnatum, cedere non poſſe: tum quia ius illud renouandi cōpetens proximiori, per vlteriorē, ſeu remotiorem agnatum, ſequenti in gradu, auferri non pōt, ne alterius, ſcilicèt remotioris feſtinatione, proximioris ius lædatur, l. cum ſolus, ff. de acquir. hæred.

2 Tum etiam, quia cum aliquid multis defertur, nō integrè, neq; in ſolidum, is qui primo gradu eſt, ſemper admittitur, intra tempus legis, vel ſtatuti, quantumcunq; præuent⁹ ab vlteriore, ſeu remotiore, l. maritus. §. vlt. ff. de adulteriis, Tiraq. de retr. lignag. §. 1. gl. 4. n. 3 & glo. 6. n. 1. Suffragatur etiā regula, à I. C. poſita, in l. ſi filius qui patri. §. cum filius, ff. de bonis libertorum, ibi: *Et ſine dubio, qui ſequentis gradus ſunt, non admittuntur, interim*, vbi probatur, ꝙ cum lege, vel ſtatuto, aliquid intra certum tēpus, defertur pluribus ea lege, vt aliquis eorum cæteris præferatur, non admittitur poſterior, dum locus eſt, ei qui prior gradu eſt, tex. in l. 3. ff. de acq. hæred. ibi: *Quandiu prior hæres inſtitutus, hæreditatē adire pōt, ſubſtitutus non poteſt.* Probat etiā I. C. in l. ſi plures, ff. de iure deliber. ibi: *Videlicèt, vt à primo quoq;, ad ſequentē translata hæreditate.* Vbi aſsignandum eſt tempus iis, qui priori ſunt gradu, vt deliberēt, num ſe admitti velint, antequàm cæteri admittantur, & I. C. in l. 1. §. ſi intra centeſimum. ff. de ſucceſ. edicto, ibi: *Si mortuus ſit prior, ſtatim ſequens admitti poteſt.* tex. in cap. ne pro defectu, de electio.





3 Et illud paſsim receptum eſt, ꝙ quādo plures perſonæ, nomine generali, indefinito, vel collectiuo, ſcilicèt familiæ, generis, cognatorum, conſanguineorum, poſterorum, deſcendentium, vocati, intelliguntur, ordine ſucceſsiuo, vt ſcilicèt proximior, primo loco admittatur, & hoc ceſſante, vel deficiente, is qui eum ꝓximè ſequitur, & cœteri deincęps eodē ordine, tx. in l. peto. §. fratre. ff. de leg. 2. ibi: *Quid ergo, ſi non ſint eiuſdem gradus? Ita res tēperari debet, vt proximus quiſque, primo loco, videatur inuitatus. Nec tamen ideo ſequentium cauſa, propter ſuperiores, in poſterum lædi debet. Sed ita proximus quiſq; admittēdus eſt*, l. cum ita, 32. §. in fideicōmiſſo. ff. eod. ibi: *Hi ad petitionem eius admitti poſsunt, qui nominati ſunt, aut poſt eos omnes extinctos, qui ex nomine defuncti fuerunt, eo tempore quo teſtator moreretur, & qui ex his proximo gradu procreati ſunt*, vbi not. Bar. nu. 3. Bal. n. 4 & Imol. 3. tx. melior, in l. hæredes mei. 57. §. peto. ff. ad Treb. ibi: *Hæreditatem meam reſtituas, filiis meis, vel nepotibus meis, vel cui volueris, vel cognatis meis, cui voles, ex tota cognatione mea. Inter filios reſpondi, ſubſtitutionē fideicōmiſſo factam videri, circa nepotes autem, cæteroſq; cognatos, facultatem eligēdi datā. Ex cæteris autem cognatis, ſi nepotes ſupereſſent, non rectè mulierem electuram, propter gradus fideicōmiſsi præſcriptos: deficiente verò gradu nepotum, ex cognatis, quā velit perſonā eligi poſſe.* Textus, in l. vlt. & ibi Bal. n. 4. Angel. n. 3. Fulgoſ. n. 2. & Caſtr. 4. C. de verb. ſign. tradit Bar. in l. ſi cognatis, col. vlt. ff. de reb. dub. Paul. Caſtr. conſ. 383. notādum eſt, in prin. lib. 1. Curt. Senior, conſi. 74. ſuper memorata, n. 16. verſi. ſiue igitur, & Bertran. conſ. 30. punctus, in fi. lib. 4. & conſil. 105. quia in loco, poſt prin. n. 5. eod. lib. 4. Deci. conſi. 28. ad clariorē, n. 5. verſ. ſed iſta ęquiparatio, & conſ. 135. in ciuitate, nu. 9. Barbat. conſi. 27. ſcripſit doctil. n. 22. verſi. & adduco in medium, vol. 1. & conſi. 28. clementiſsimi, nu. 3. & 6. vol. 1. & cōſ. 22. in hac cōſult. n. 12. vol. 2. Alex. conſ. 26. videtur, nu. 5. vol. 4. & cōſil. 25. in cauſa. n. 2. eod. & plures đđ copioſè relati per Tiraq. de retr. lign. §. 11. glo. 4. nu. 2. Idem Tiraq. de primog. q. 40. n. 188. Anto. Gom. 1. to. c. 2. n. 3. verſi. limita quintò. Et nouiſſimè, per doctiſs. Mich. ab Aguirre, in eleganti reſponſo, ſuper ſucceſſ. regni Portug. 1. p. Apol. n. 4. Ex quibus apparet, hoc ius renouationis, cedi, vel renunciari non poſſe, in remotiorē agnatū, cum primo repudiāte, ius ſequēti cōpetat iure ꝓprio.

4 Vrget pro hac ſententia, & efficaciùs, ꝙ traditur in ſimili, de vaſallo, qui non pōt in præiudicium proximioris agnati, feudum cedere, agnato remotiori, licèt in ſui ipſi⁹ præiudicium, poſsit tex. in c. Titius, ſi de feudo defuncti contentio ſit, inter domi. & agna. vaſ. ibi: *Titius filios maſculos, non habens partē ſuā feudi* Seio, *partem eiuſdē feudi, poſſidenti agnato ſuo conceſsit, Sempronius proximior agnatus, mortuo demū Titio, partē illius feudi, nullo dato precio recuperare poteſt.* Vbi obſeruant DD. Marti. Laud. & Cardin. Alex. & latè Bal. in c. 1 tit. de aliena. feudi pater. & ibi etiā Andr. de Iſern. & Cardi. Alex. idem Iſer. in c. 1. de ſucceſſ. feu. Iacob. de Belloui. in c. 1. in prin. & ibi Bald. verſi. quæro an inter, de proh. feudi alienat. per Federi. idem Bal. in c. 1. ad fi. de vaſ. qui cōtra cōſti. Lothar. idem Bal. conſi. 16. facti euidentia, col. 1. vol. 1. & cōſ. 170. ad euidentiā, col. 1. vol. 2. & cōſ. 265. ſuper eo ꝙ excipitur, col. 2. verſi. ſecundò probatur, vol. 5. Ioā. de Lign. in Clement. fin. & ibi Imola, in fi. de iure patro. idē Lignanus, inter conſilia Al-

berti Bruni, conſi.77. caſus talis eſt, notab. vir. Roma. conſ.22. ꝓ propoſitæ, ad fi. Cardin. Alex. & alii, in c.1.§. & ſi clientulus, tit. de aliena. feud. Iacob. à ſancto Georg. in tract. feudo. verbo, *Et cũ pacto de non alienando*, verſi. & aduerte quòd præmiſſa, & verſ. ſed moneo vobis, Decius, conſi. 395. in cauſa magnifici, col.1. Alber. Brunus, conſil. 36. circa præmiſſa, col. 2. Tiraq. de primog. q.27. n. 3. & vltra eum, reſoluit Arnoldus Ferronius, in conſuet. Burdig. lib.1. tit. de retra. §.5. poſt prin. vbi aſſerit, prædiũ clientelarium venditum, à proximiori cognato, alij exiſtenti in quarto gradu, reuocari poſſe, ꝑ eum qui ſecundo, aut tertio fuerit, quoniã in clientelis, quis ſit proximior, attenditur, c.1. de ſucceſſ. frat. vel grad. ſucced. Quarè, & in hac ſpecie, id multò fortius locum habet, in qua agimus, de iure, & fauore, conſanguineorũ, aut proximiorum, cum etiam iure ciuili, ratio coniunctionis habeatur, l. cũ allegas, C. de caſtr. pecul. mil. & l. fin. §. pen. C. de codicillis. Alioquin liberum eſſet ꝓximiori: cœteros poſt ſe ſequẽtes, ſeu ꝓximiores, hoc iure priuare, cedẽdo remotiori, ꝙ ꝓximiori cõpetit, ꝙ ferendũ nõ eſt, l. nõ debet, ff. de reg. iur. Nã hæc iura gratificandi, nunquam competunt, niſi in caſibus à iure expreſsis, veluti, in l. fœminæ, §. vlt. C. de ſecund. nupt. & in l. ſiquis in graui, §. ſi cum oẽs, ff. ad Sillan. vt tradit Aretin. poſt alios conſi. 142. ex facto, col. pen. verſic. præterea dato. idem ante eũ voluit Bald. in d. c. 1. de alie. feudi, nempe, quia, vt ipſe ſubdit, id eſſet, de iure tertii diſponere, quod nemo poteſt, ſine illius cõſenſu, l. ſi cum Hermes, C. locati. Quarè, quemadmodum ſi vaſallus, in remotiorem agnatum conſentiente etiam proximo, feudũ alienauerit, tamẽ illi, qui medii ſunt, ſcilicèt, inter proximiorem illũ, qui conſenſit, & remotiorem, cui facta eſt alienatio, poſſunt eam alienationem reuocare, vt ſatis videtur, voluiſſe ipſe Bald. & alij, vbi ſupra, & Card. Alex. in d. c. Titius, verſi. circa vltimum dubium, & Iacob. à ſancto Georgio, in tract. feudo. verbo, *Et cũ pacto de non alienando*, d. verſi. ſed moueo, & verſi. tertia concluſio, & Zaſius, in Epito. feudo. parte. 9. verſic. pone ſi vaſallus. Profectò, non diſsimili ratione, idem quoq; in iure renouationis emphyteuticæ, reſoluẽdum eſt, vt is cui renouãdi ius, competit, quia ꝓximior eſt, in alium remotiorem, agnatum, in præiudiciũ proximioris ſequentis, illud ius, cedere, aut renunciare non poſsit.

5 Facit etiã in ſimili, nã & ius primogenituræ, quod inſeparabiliter, perſonæ filij ſenioris, ſeu proximioris agnati cohæret, ad ſuceſsionem vltimi poſſeſſoris, in fauorem tertio geniti, vel remotioris agnati, omiſſo ſecundo genito, vel agnato, qui medius eſt, & in præiudicium ipſius renunciari, aut cedi nõ poteſt, quod voluit Baldus, conſ.389. conſuetudo eſt, col. pen. verſi. hic incidit dubiũ, n.6. vol.2. vbi plura iura, & rationes adducit, prçcipuè tex. in l. filius, §. diuus, ff. de leg.1. vbi probatur, quòd nõ poteſt primus aliquid facere, in prçiudicium ſequentis, quem ſequitur Tiraq. in tract. de primog. q. 27. per tot. & rurſus, de retr. lign. §. 26. gloſ. 2. n. 4. Peralta, in rub. ff. de hær. inſt. n.109. Moly. de Primog. Hiſpan. c. 6. n.45. lib.1. & Pellaez, lib.3. de Maior. q.18. n.6. Nã renunciatio cuiuſpiã, licèt ſibi noceat, nũquã tñ alteri. l.1. C. de cõi rerũ alie. & l. ſi poſt mortẽ, ff. de bon. poſ. cõtra tab. Bar. in l. ſiqs in cõſcribẽdo, col.2. verſ. ſecũdo caſu.





C. de pactis, tradit in ſimili Ludoui. Bologni. conſ.43. Ser Iacobus, verſi. vel ſecundò dicimus. Cui reſolutioni, non obſtat Pariſius, lib.2. conſ. 72. num.11. & lib.3. conſil. 1. num.58. cum ſeq. reſoluens, poſſe grauatum, rem reſtituere, etiã exiſtenti in remotiori gradu, quoniã loquitur, & ꝓcedit, in grauato reſtituere, vni de familia, nõ qñ eſt vocatus ꝓximior, cui nocere poſſeſſor nõ poteſt.

6 Sic etiã, ius retractus, cõgrui, ſeu prothomiſeos, ſeu prælationis, ꝙ ex ſtatuto, ſeu lege municipali, proximiori competit, cedi, vendi, trãsferri, aut renũciari in remotiorem agnatum, vel conſanguineum non poteſt, in prçiudicium proximioris, cui ius ſublato, primo cõpetit: ac proinde ſi agnato remotiori, res fuerit vẽdita, proximior ex eo ſtipite, ac linea, vnde res, diſtracta fuerit, in iure retractus præferetur. Ita reſpondit Florianus apud Anchar. conſ.371. & reſoluit Arnold. Ferron. lib.1. retract. §.5. verſi. quid igitur ſi is. Vbi cõcludit, ꝙ ſi proximor agnatus, agnato in remotiori gradu exiſtẽti, cui fuit facta venditio, ius ſuum ceſſerit, ſi ſit medio loco agnatus ꝓximior, is ad vim retractus admittitur. Nã prior retrahere, quidẽ ipſe potuit, ſed in prçiudicium alterius, ius illud retractus nec cedere, nec donare potuit. Cum inſeparabiliter cohæreat tantùm perſonæ, l. qui hçredi, ff. de cõd. & demõſtr. ibi: *Quia quæ facti ſunt, non trãſeunt ad dominũ*, l. Stichum, §. vſumfructum, ff. de ſolutio. ꝙ multò minus dubij habet in extraneo. Ex quibus dñm feudi, vel emphyteuſis, nõ poſſe cedere ius retentiõis, ſeu prælatiõis, quod habet in re feudali, vel emphyteutica, ex conſuetudine, vel ex l. vlt. C. de iur. emph. tradit Guid. Papæ, deciſ. 411. an ius prælatiõis, vbi aſſerit, ita ſemper vidiſſe iudicari in Curia Parlamenti Delphinalis, vbi plures allegat, qui tamẽ de hoc verbum nullum: ſed hoc voluit Petrus Iacob. in praxi, tit. de actio. in rem, pro re emphyt. verſi. quid ſi directus dominus, & Boerius, in conſuetud. Bituricenſ. tit. *de la retenue des choſes vẽdues en fiefz*, §.1. col.1. verſi. & intelligo, & in tit. de retract. §.3. col.5. verſ. & idem eſt, in dño, & Caſſa. in cõſue. Burg. tit. *des cenſes*, §. 1. verbo, *retenue*, in prin. & Carol. in conſuetudines Pariſ. tit.1. §.3. n.20. & Tiraq. de retr. lign. §.26. glo. 1. n. 40. Licèt contrarium in hoc iure prælatiõis, ſiue retentionis feudalis, aut emphyteuticariæ, vt alteri cedi poſsit, tenuerint Collectarius, in c. potuit, col. fi. verſi. quid ſi dominus fingit, de locato, & Paul. Caſtr. conſ.335. laudatio, & inueſtitura, in prin. vol.1.

7 Quin & extraneo ius illud retractus, ſeu prothomiſeos, cedi non poteſt, vt tenent plures copioſè, relati per Tiraq. de retract. lign. §. 26. glo. 1. adeò vt neq; ad hæredem tranſmittatur, ſi ipſe conſanguineus, extraneo hçrede inſtituto, moriatur lite pendente, vt latè per eundem Tira. ibidem, n.3. Ex quibus apparet, quòd quemadmodũ ius feudale, ſeu emphyteuticarium, item primogenituræ, retractus, prothomiſeos, & prælationis, in agnatum remotiorem, in præiuditiũ proximioris, vel etiã in extraneum, nec in hæredem trãſferri cediuè poteſt, ita & ius renouandi emphyteuſim, inſeparabiliter ratione proximitatis, perſonæ cohærens proximioris, propter ætatis prærogatiuam. Etenim ius petendi renouationem eſt perſonale, & cedi non poteſt, quoniam cedẽtis perſonã nõ egreditur, ad inſtar aliorum iuriũ perſonalium, Dyn. in reg. pri-

uilegium, de regul. iur. lib. 6. Bartol. in l. etiam, ff. de iureiur. tradit Tiraq. de retract. lignag. §. 26. gloſſ. 1. num. 58. vbi reſoluit, quòd conceſſa alicui in priuilegium perſonę, cedi nõ poſſunt, per l. ſi ex pluribus, ff. de admi. tuto. & l. non ſolùm, §. ſi puellæ, ff. de ritu nuptiarum, argum. l. cerdonem, ff. de oper. liber. Facit quod tradit Roman. conſ. 484. vbi probat, quòd omnia conceſſa, de iure ſpeciali, nõ poſſunt cedi. argu. l. quod verò, & l. ius ſingulare. ff. de legibus. Imò quæ cõpetunt ex æquitate cedi non poſſunt, vt probat Roman. d. conſil. per tex. in l. 2. ff. de religioſ. & ſumptib. funer. ſequitur Tiraq. vbi ſup. n. 56.

8 Cum ergo ius renouandi ad deſcendentem, ſeu ꝓximiorem agnatũ vltimi poſſeſſoris ſpectet, excluſo remotiore, infero primò, proximiore, renouationem petere negligente, ſequenti locum fieri. Infero etiã, quòd vbi ad renouationem emphyteuſis, concurrerent filii prioris matrimonii, & ſecundi matrimonii, per mortem patris vltimi poſſeſſoris, filii prioris matrimonii ſunt præferẽdi, per tex. in cap. mulier, ſi de feudo fuer. contr. tradit Curtius, de feudis, 3. parte. in prin. n. 27. Quod ego ſanè intelligerem, ſi emphyteuſis eſſet acquiſita, durante primo matrimonio, ex Afflicto, in c. mulier, ſi de feu. fuer. contr. n. 16. vel proueniret à prima vxore, ex his quę tradit Montaluus, in legibus Fori, l. 13. tit. 10. lib. 3. Fori, verbo, *En igual grado.*

Infero etiam, quòd ſi concurrat progenies eius, cui emphyteuſis fuit conceſſa, & eius qui forſan emit ab illo acquirente, emptoris progenies præferenda eſt, ita poſt Bald. in auth. ſi quas ruinas, C. de ſacroſ. eccl. tradit Ryminal. conſ. 260. n. 34. vol. 2. & Anchar. cõſ. 63. vbi inquit, quòd conſenſus domini, in venditiõe accedens, habetur pro renouatione, refert, & ſequitur Soccin. conſ. 96. vol. 3. & Iaſ. in l. fi. C. de iure emphyt. n. 33. verſic. tertiò, & Iacoby. d. auth. qui rem, n. 135. Etenim, perſona eius, per cuius mortem finita eſt emphyteuſis, conſideranda eſt, Corneus, conſi. 22. col. 6. vol. 2. & Rubeus, cõſ. 85. num. 3.

9 Hinc pertractanda ſubeſt, frequentiſsima quæſtio, quam ſæpius in foro cõtrouerſam vidimus. Quis in renouatione emphyteuſis, præferendus ſit, an hæres, vel filius primi emphyteutæ, an ſecundi emphyteutæ, finita tertia generatione, primi acquirentis? Fingamus facti ſpeciẽ, quidã habebat emphyteuſim, in tertiam generationem, cum clauſula, quòd poſſet iuxta tenorem ſuæ inueſtituræ (quod vulgo dicimus, *Emprazar a face do ſeu prazo*) alteri ſubemphyteuticare. Virtute hui⁹ clauſulæ, & facultatis primus emphyteuta: alium ſecundum emphyteutam ſibi cõſtituit, ſeu ſubalternauit. Finita generatione primi, quęſtio eſt, inter eius hæredes, vel deſcendẽtes, & inter hæredes ſecundi emphyteutæ, ſuper renouatione, dubium eſt, quis præferendus ſit? Et quoniã huius quęſtionis inueſtigatio, altiùs repetenda eſt, aliqua præmittere operæprecium fore exiſtimo.

10 Et imprimis animaduerto, ſecundum emphyteutã poſſe cõſtitui, de conſenſu directi dñi, non aliter: eſt enim, ſubemphyteuticatio, alienationis ſpecies, ſecũdum cõem, in l. fi. C. de reb. alie. non alie. c. nulli, de reb. eccleſ. §. nos igitur, verſi. alienationis, in auth. de nõ alie. coll. 2. tradit Alex. conſil. 113. viſo, col. 2. vol. 4. Iaſo, in l. fi. n. 110. de iure emph. & in l. 2. n. 151. C. eod. & in l. 3. §. ex pluribus.





n. 73. ff. de acq. poſſ. Rymin. conſ. 124. n. 22. vol. 1. Pariſ. conſ. 85. n. 7. lib. 3. latè Beroius, poſt Imol. in c. potuit, de locato, n. 106. Alciat. d. §. differentia, n. 10. Quarè, qui citra dñi cõſenſum, alienare nõ põt, etiã rem in emphyteuſim alteri nequit cõcedere, vt in d. l. fi. dđ. reſoluunt, & DD. in d. c. nulli, & d. §. nos igitur. Vndè, in huiuſmodi cõceſsione emphyteutica, neceſſariã eſſe dñi directi auctoritatem, tenuerunt Faber, Iaſo. Alèx. Alciat. & Pariſ. quorũ meminit noſter Valaſ. de iure emph. q. 13. n. 11. & q. 38. n. 7. vbi reſoluit, hãc eſſe cõem ſñiã, & in praxi receptam, licèt contradicant, Azo. Spec. & alii.

11 Agnoſcũt enim ij auctores, per huiuſmodi emphyteuticã cõceſsionem, in ſecundum emphyteutã, omne vtile dñium, ꝙ primus emphyteuta habebat, trãsferri: adeò ꝙ penes primum nullũ maneat. Cũ enim primus emphyteuta, ſolùm habeat vtile dñium, illud trãsfert facta traditione, & inueſtitura, ſecundũ Bar. & Angel. in l. ſi quis vi, §. differentia. ff. de acq. poſſ. Bart. & DD. in l. ex aſſe. ff. Trebell. glo. in §. adeò, inſt. locati, & reſoluit in ſpecie gl. & Alex. & Iaſ. n. 35. in l. 3. §. ex contrario, ff. de acq. poſſeſſ. vbi tñ, perperam quibuſdam, in locis citat Bar. & Angel. idẽ ſcribit Iaſ. in l. 2. n. 151. C. de iure emphyt. Alciat. d. §. differentia, n. 9. in fi. Rymin. conſ. 124. nu. 4. & 5. vol. 1. & conſ. 380. ſpectabilis, n. 11. vol. 2. & ꝓ Conſtanti ſcripſit Bar. Socci. conſil. 256. vol. 2. & rurſus, cõſ. 96. vol. 3. idẽ Socci. in l. nõ ſolùm, n. 14. ff. ſol. matr. quo caſu dñium vtile, eiuſdem ſpeciei, apud duos inſolidum eſſe non poteſt, vt tradit Bar. n. 3. & Alex. n. 5. in l. ex aſſe. ff. ad Treb. Et vltra prædictos auctores, tradit Sainſon, in conſuet. Turonen. fol. 66. col. 3. Ferrar. in ſua praxi, in libello venditiõis, verbo, ceſsit. col. 3. ad fi. verſ. ꝙ autẽ, & in libello de affiCti præſtatione, verbo, alienauit, verſi. ſed pone, fol. 134. col. 4. Petrus Iacob. in praxi, fol. 70. col. 2. in fi. Vndè, ſi conceſsio ſecunda extingatur, primus emphyteuta poſſeſsionem, inuadere non poteſt, vt alibi reſoluimus. Prędictorũ autẽ illa ratio eſt, præcipua, quia eiuſdem rei directum, aut vtile dominium, penes plures in ſolidũ eſſe non põt, DD. d. §. ex cõtrario, Soccin. d. l. non ſolùm, n. 14. & alij. Quarè primus emphyteuta, qui rem ſecundo cõceſsit ad liuellum, ſeu emphyteuſim, eumq; inueſtiuit ex domini conſenſu, permiſsione, & licentia, dicitur omne ius, quod habebat in re emphyteutica, in ſecundum emphyteutam tranſtuliſſe.

12 Quo argumentò, pleriq; reſoluunt, poſſeſsionem naturalem, quæ ratione, vtilis dñii emphyteutis cõceditur, in ſecundum emphyteutã, transferri, neq; penes primum manere, qui omnem poſſeſsionem trãſtulit, in illum ſecundũ, quę fuit ſententia gl. fi. in l. vni. C. vti poſsidetis, quã ibi ſequuntur Bar. n. 10. Salyc. n. 24. in fi. tradit Affl. in c. 1. §. 1. de capi. Corra. n. 17. Ruin. lib. 1. conſ. 168. nu. 3. quã ſententiã plurimum fouet, ꝙ tradit glo. fi. in fi. in l. emptor, C. de hæred. vel actio. vendi. reſoluens, penes cedentẽ, præter iura, & actiones vtiles, quas tantùm habet, nihil prorſus manere, quo poſsit actionẽ fundare, quoniã omne ius trãſit in ceſsionarium, ſequuntur Bar. Bald. & plures alii, quorũ meminit Præpoſitus, in c. 1. §. illud, n. 2. de proh. feud. alien. per Federi. qui argumento à fortiori, ad propoſitum, inducit eã ſñiam gloſſę, conſiderans, ꝙ iura, & actiones, tenaciùs nobis adhærent,

quã rerum dominia. Quoniã hæc ſola traditiõe, ex voluntate noſtra dimittimus, actiones verò, etſi velimꝰ, tanq̃; oſsibus noſtris affixas, minimè ꝑdimus, vt habetur in l 1. C. de actio. & obligat. & nihilominus, vt gloſ. fi. d. l. emptor, obſeruauit, actiones vtiles, qui ceſsit, perdidit, eaſq; ceſsionarius, non cedens, ampliùs habet.

13 Ergo in caſu noſtro, idem facilius admittendũ eſt, in ceſsione vtilis dñii, cuius natura eſt, ſola volũtate, & rei traditione transferri, iuxta not. in l. traditiõibus. C. de pact. Optimè igitur reſoluunt đđ. in ſecundũ emphyteutã, vtile dñium eſſe trãſlatum, imò, & illius naturalem poſſeſſionem ciuili penes dñm directum manente, vt gl. ſecutus, in d. l. vni. reſoluit Pyrrh in conſue. Aurel. ſ. 48.

14 Ex quibꝰ paſsim, inferũt auctores nři, ꝙ ſi hic ſecundus emphyteuta, alienet ius ſuum, hoc eſt, vtile ſuum dñium, & poſſeſsionem in alium, tenetur dñm directum requirere, cui laudemium ſoluendum eſt, nõ primum emphyteutã, quoniã apud illum, nec dñium, nec poſſeſsio mãſit, glo. verbo, aliis cõiter recepta, in l. fi. C. de iure emphy. vbi Iaſ. n. 88. tradit Ferrar. ſupra citatus, & Iaſo, in l. 3. §. ex contrario, n. 25. ff. de acq. poſ. & Petr. Iacob. in praxi, fol. 13. col. 1. ad fi. ita Ruin. conſ. 143. nu. 9. vol. 1. & hanc ſententiã probat Carol. 2. par. conſue. Pariſ. glo. 2. n. 21. fol. 21. citãs Alex. in l. ſi finita, §. de vectigalibus, ff. de dãno infecto, & ibi Bar. q. 3. Bal. & Salyc. in l. ſi promittẽte, C. ad Macedoni. Imol. & Cardi. in c. potuit, de locato. Iaſo. conſ. 180. & 186. col. 1. vol. 1. Socci. conſ. 256. & 261. vol. 2. & plures refert Valaſ. de iure emph. q. 38. n. 25. & plures Follerius, de ceſi. pag. 324. ante n. 50. imò, etſi mãſiſſet requirendus eſt dñs directus, vt d. l. fin. probatur. Ad vtilẽ enim, ſeu primum emphyteutã, nullibi ſtatuitur pertinere, alienationi rei emphyteuticæ conſenſũ prẹſtare. Quapropter iura, quæ in huiuſmodi alienatione, exigunt dñi cõſenſum, intrepidè intelligenda ſunt, de dño directo, loquuta ꝑ l. 1. ſ. 1. ff. ad Sillania. & in l. 1. ſ. 1. ff. de relig. & ſumpt. funer. quibꝰ ꝓbatur dñm illum eſſe, ad quem rei proprietas pertinet, nõ verò, ad quẽ vſusfructus, qua ratione licèt cõcurrant dñs directus, & vtilis, qualis dici põt primus emphyteuta, vtiq; præualere dñs directus debet: quoniam verba in potiori ſignificato, ſunt intelligenda. l. 1. §. fi. ff. ſi ager vectigal. Bal. Decius, Soccin. & alii, quorum meminit Mandoſ. reg. 22. q 12. nu. 7. & propterea iura exigentia dñi cõſenſum in hmõdi rei emphyteuticæ diſtractione, de dño directo intelligenda ſunt, qui verus eſt dñs, & proprietarius, non de primo emphyteuta, qui vtilis tãtùm dici põt, imò, nec vtilis eſt, ſtante ſupraſcripta reſolutione, quæ habet apud primum emphyteutã, nec dñium, nec poſſeſsionem manere. Hãc ſñiam probat gl. d. l. fi. C. de iure emph. ex eo quia iſte ſecundus emphyteuta, ſine dñi directi, auctoritate & cõſenſu, cõſtitui nõ poteſt. Qua ratiõe, ab eo magis, quã à primo emphyteuta, dr̃ inueſtitus, & cauſam habere. Quarè dñm, non primum emphyteutã reſpicere, & laudare debet. Sequitur gl. & Salyc. ibi, n. 9. adducens tex. not. in l. filium, 16. ff. ad Macedoni. vbi nepoti accipienti, mutuum cõceditur, Macedoniani exceptio, licèt ille mutuum, de patris conſenſu acceperit. Et eſt ratio, quoniã mediante perſona patris, quia ſolus conſentire nõ poteſt, inconſideratione non eſt: quia ſibi ipſi accipere non poteſt, vt ibi I. C. probat



probat, in hæc verba: *Iuſſum autem huius patris non efficere, quo minus contra Senatusconſultum, creditum æſtimaretur. Cum ipſe in ea cauſa eſſet, vt pecuniam mutuam, inuito patre ſuo, accipere non poſsit.*

15 Quo argumento, quemadmodum emphyteuta, ius emphyteuticum quod habet non poteſt, alienare inconſulto domino, ita etiam nõ poteſt ſecundo emphyteutæ, alienandi poteſtatem dare, vt ibi obſeruauit gloſſ. verbo, cum ipſe, reſoluens, quòd omnis, qui alienare ſolus non poteſt, nequit etiam ſolus alienanti conſentire: ſequuntur đđ. ibi, & in l. cum quis, ff. de regul. iuris: ſequitur illius gl. memor Petr. Iacobus, in praxi, rub. de poſſeſsiõe, col. pen. in prin. fol. 60. & glo. ſequuntur omnes, ſecundum Iaſo. d. l. fi. n. 88. & hæc fuit Azonis ſententia, in ſumma, tit. de iure emph. verſi. ſed quæri poteſt, nu. 10. vbi idem probat, & ꝙ dominus directus eſt requirendus, eſt cõmunis cum gloſ. ſecundum Iacoby. de feu. verbo, & cum pacto, ꝙ non poſsit alienare, col. 7. ad med. & Zaſium, de feu. 4. par. n. 43. & Valaſ. de iure emphyt. quæſt. 13. num. 12. & quæſt. 38. num. 25. & quæſt. 18. num. 29. & ſequitur Hoſtienſ. in ſumma, tit. de locato, num. 12. citans tex. in l. pen. ff. de ſeruis exportand. vbi ita ſubdit Iureconſultus: *Quòd ſi ex volũtate ſecundi emptoris, contra legẽ moratus ſit, potior habendus eſt, qui author fuit, legis, & poſterior magis admonendi emptoris, & liberandi ſe cauſa, eandem legem repetierit, nec poterit aliquo modo, auferre legem, ſui venditoris, cuius conditio iam extitit.* Similis eſt in caſu propoſito, dominus directꝰ, qui emphyteuſim conceſsit, & ne diſtraheretur, illo inconſulto vetuit, vt in caſu d. l. penul. vetuit primus ſerui venditor, ne ſeruus Romæ moraretur. Citat etiam Hoſtien. tx. notab. in l. Põponius, 29. ff. quib. mod. vſufr. amitt. vbi Vlpia. rñdit, per colonum coloni, dñm retinere poſſeſsionem, niſi ille ſuo nomine locet, ibi: *Sed ſi proprietarius eum locaſſet, ſuo nomine, dicendum amitti, non enim meo nomine fruitur colonus.* Quo argum. in caſu noſtro idẽ dicendũ eſt, vt per ſecundum emphyteutã cõſtitutum nomine, & conſenſu directi dñi, ille ſuum ius, & poſſeſsionem teneat dñicalem: quã prius retinebat per primum emphyteutã: & conſequẽter, ne ſuo iure dñicali priuetur, non poſſe hunc, ſecundum emphyteutã, ſuum ius, & poſſeſsionem, alterius nõie, & ſic de primi emphyteutæ, aſſenſu vendere, traditur in l. qui vniuerſas. 30. §. fi. ff. de acq. poſ. & l. quãuis. 32. §. 1. eod. tit. Rectè igitur glo. d. l. fi. C. de iure emph. tradit requirendũ eſſe dñm directũ, non primum emphyteutã, qñ venditur ius ſecundi emphyteutę, quã ſñiam tenuerunt Ioa. Andr. in addit. ad Spec. tit. de locato. ſ. nũc aliqua, verſi. 126. ſequitur Bal. vbi latè in c. 1. §. illud, de proh. feu. alie. per Federi. à nu. 2. vbi poſt n. 5. aſſerit, hãc eſſe veritatem, & ibi eſt glo. idem firmãs, quã Præpoſ. n. 2. & cæteri feudiſtæ probãt.

16 Quæ ſententia dubitationẽ nõ habet, ſi conſideres, penes primũ, & ſecundum emphyteutã, & ſic penes duos ſtare in ſolidũ, vtile dñium nõ poſſe, l. ſi vt certò. §. ſi duobus vehiculũ. ff. cõmod. l. 3. ſ. ex cõtrario, ff. de acq. poſ. & vtrobiq; đđ. cõiter, tradit Caſſan. in cõſuet. Burg. rub. 11. §. 3. in prin. & verſi. 1. nu. 1. cum ſeq. Affl. in procœ. conſt. q. 23. n. 1. & 2. Ioa. Ferrar. in l. 9. ff. de duob. reis, n. 17. Rui. cõſi. 163. n. 12. lib. 5. Mandoſ. in reg. cãcell. 34. q. 48. n. 6. Quare penes alterũ manere vtile dñium, neceſſariò fatẽdũ eſt. Aliter enim, cõcedemꝰ vtile dñiũ vtilis

vtilis, quod fieri non poteſt, Caſſan. d.§.3.rub.11. Valaſ. de iure emphyt.q. q.13.n.11. ante verſi. ſed ſtatim, & nu. 12. verſi. Ex quibus.

Et eſt ratio, quia emphyteuticus contractus cõparatur ſeruituti: ſeruitus autem, ſeruitutis eſſe non põt, l.1.& ibi đđ. ff. de vſufr. leg. glo. 1. in l. 10. tit.31. Par.3. Quocirca, cum per ſupra ſcripta, conſtet vtile dñium, trãſire in ſecundum emphyteutã, nulla ratio mouere poteſt, vt cõcedamus dño directo incõſulto, poſſe ſecũdũ emphyteutã, ius emphyteuticum ꝙ habet, dñiumq́; vtile diſtrahere.

17 Vlterius dñi maximè intereſt, ſecundum emphyteutã, non poſſe illo inuito, ius ꝙ habet, alienare. Facillimum enim erit, niſi ille requiratur, propter alienationum frequẽtiã, ius dñicum amitti, & caducum fieri, ſi forſan ad quartã, vel quintã, vel ſextã perſonã, res emphyteutica tanq̃; per manus trãſeat, abſq; illius requiſitione, & conſenſu, quem ipſe præſtare debet, ꝓ ſui iuris obſeruatione, vt aduerſus emptorem poſsit agere, ꝓ penſionis ſtatutæ ſolutiõe, quã aliter ab illo non obtinebit, vt per Bar. d.l.fi. C. de iure emph. & đđ. in c. potuit, de locato. vbi reſoluunt, in alienatione rei emphyteuticæ, ea potiſsimum ratione dñi conſenſum exigi, vt perſonalis actio, quã ad pẽſionem habet, in emptorem, vel ſucceſſorem, vt ad penſionem obligetur, cõtinuari poſsit, ita Corn. conſi. 24. vol.2. ante lit. O, Crottus, in l. qui Romæ. §. duo fratres. ff. de verb. obl. poſt n.135.& 138. quæ eſt cauſa renouandi contractus: quoniã aliàs ſingularis ſucceſſor, ad ſoluendã penſionem, cogi non poteſt, Bal. in auth. ſi quas ruinas, C. de ſacroſ. eccleſ. col. 2. verſi.2. Iacob. in auth. qui rem, à n. 30. eod. tit. Iaſo, d.l.fi.n.33. Caſſan. in conſue. Burg. rub.11.§.6. verbo, *Contra elle*, poſt num.22.

18 Quin etiã poteſt addi, & alia ratio, ne ſcilicèt dñs habeat alium emphyteutã, ſeu vaſallũ, quã velit, c. 1. de duob. frat. Bald. & alij, in c. imperialẽ, de proh. feu. alie. vbi Affl. nu.1. & 2. Menoch. conſ.1.n.134. vol.1. vbi etiã, cum Afflicto idẽ probat, ne dñi conditio deterior fiat, & vtrãq; rationem cõiungit Iul. Clar. in §. emphyteuſis, q.14. vt ergo ius ſuum cõſeruet, qñ contrarium conuentũ nõ eſt, requirẽdus eſt dñs direct⁹, eiuſq́; conſenſus adhibendus, vt voluit gl. d.l.fi. quã ſequuntur plurimi relati à Iaſo, ibidẽ, n.88. & dixit cõem Zaſi⁹, de feu.4.p.n.43. Curt. eod. lib.4.p. n. 86. Socci. conſi.256.n.1.& 2. vol. 2. & conſi.96.n.2.lib.3. & hãc veriorẽ dicit Affl. in c.1. de proh. feudi alie. per Federi. notab.12. ante n.46. cũ ſeq.

19 Ex quibus iam reſoluitur, verũ eſſe, ꝙ pleriq́; ex noſtris aſſerũt, laudemium, ſeu quinquageſimã precii partem, ſolui ſolitã ex alienatione emphyteuſis, quia pręſtatur in ſignũ ſubiectionis dñicæ, præſtandam eſſe domino directo, huiuſmodi alienationi conſenſum adhibenti, vt explicat Affl. in c.1.§.1.n.17. de capi. Corr. Gamma, deciſ.147.n.2. quod ita etiã reſoluit Iaſo, in l.3. C. de iure emph. n.48. q.8. & in l.2.n.190. Præpoſ. poſt. gl. d.c.1.§. illud, n.2. Faber, in §. adeò, inſt. locati, verſi. in eadem, Boerius, in conſuet. Bituricenſ. tit. *des feudes*, §.22. fol. 49. citans Baldum, & Præpoſ. in cap. ſimiliter, de lege Corradi, ita reſoluit Sainſon, in conſuetu. fol.72. col.1. ad fi. dixit communem Valaſcus, de iure emphyt. quęſtio.13. num.11. verſi. exinde, & tradit Petrus Iacobus, in ſua praxi, in rubrica de actio. in rem, col. finali, folio 15. col.2.

Illud



20 Illud tamẽ aduerto, ſupra ſcripta, quemadmodum, & cœtera, quę in iure noſtro habentur, contradictione non carere. Cõtrarium enim tenuerunt Bertrandus Caprioli, in d.c.1.§. illud. de proh. feudi alie. per Feder. atq; etiã Faber, in §. adeo, inſt. locati, quia de iure cõmuni feudatarius, ſeu vaſallus, qui habet vtile dominium, vt in c.1.§.1. de inueſtit. de re alie. fact. Curt. de feu.1.p.q.6. n.7. & 9 Decius. conſ.410.n.13. Pariſ. conſ. 23. num.11. lib.1. poteſt rem feudalẽ, ſubinfeudare, cum licentia domini, ſecundum magis cõmunem ſententiam, de qua Curt. Iun.4. par. q.2. nu. 91. imò põt ſubinfeudare, ſine fraude dño inſcio, tali perſonæ, qualem rei qualitas expoſcit, & feudi dignitas, qui ęque bene ſeruiat, ac ipſe ſub infeudãs: & cum eiſdem pactis, & ditionibus, manetq; ipſe feudatari⁹, & ſubfeudatarius, ita probat tx. in c. 1.§. ſi mulier, de lege Corradi, vbi not. Affl. in prin. & n.2. qui citat alia iura. c. beneficium, ſi de feu. fuer. cõtro. c.1.§. ſed & res, per quos fiat inueſti. c.1.§. neceſsitate, & ibi gl. qualit. olim feud. pot. alien. c.1. §. illud quoq;, ibi: *Dominum domini ſui*, & rurſus, ibi: *Niſi vaſallus, idemq́; dominus*, & ibi not. Bal. & omnes, de proh. feud. alie. per Federi. gloſſ. cõmuniter approbata, in cap. quæ in eccleſiarum, verbo, alienandi, de conſt. & in cap. trãſmiſſa, & ibi Abb. notab.4. de Foro compet. gloſ. etiã, & ibi latiſsimè Affl. n.5. in cap.1.§. præterea, de capi. Corr. & in c.1.§. profectò, verſ. dummodò ſcias, & ibi: *& hoc iure feudi cenſebitur*, tit. quid iuris, ſi poſt alie. feud. vaſ. tradit Gozadi. conſ.62.nu.5. Beroius, in c. potuit, nu. 114. de locato, Curtius, 4. par. feud. n.83. Ryminald. conſi.124.n.24. Dueñas, reg.40. lim. 1. Carol. in conſue. Pariſ. §.35. nu.16. In prædicto igitur caſu, vaſallus, ſub infeudans ratione iuris, & vaſallagii, & ſeruitiorum, quodãmodo vtilis dñs dicitur, vt tradit Sonsbekius, de feud. p.13. nu.96. Certi enim iuris eſt, feudatarium ex dñica conceſsione, ſolùm habere vtile dñium, quemadmodum, & emphyteutam, Curt. de feud.1. par. q.6.n.7. Decius, conſ.410. n.13. Ergò, neceſſariò fatendum eſt, quòd qñ vaſallus ſubinfeudat, dñicale dominium, iuſq́; cõſequitur, quoniam permiſsio alicuius contractus, intelligitur conceſſa, vt contractus celebretur, ſecundum illius naturã. l. plenum. §. equitii. ff. de vſu, & hab. l. ſi vno, in prin. ff. locati, l. ſi ſtipulat⁹, ff. de vſuris. Natura verò contract⁹, feudalis eſt, ꝙ penes concedentem, feudum, maneat ius fidelitatis, & ſuperioritatis: ergò neceſſariò hoc ius vaſallo tribuendum eſt, qñ illi ſubinfeudandi poteſtas conceditur.

21 Quo argumento, idem eſt reſpondendum in emphyteuta, alteri ſubemphyteuticante, vt habeat ſimiliter, illa iura dominicalia, quæ conceduntur domino directo, emphyteuſim concedenti: ac perindè, vtile quoque dominium retineat. Prout reſoluit Valaſcus, de iure emphyt. quæſt.13. n.12. Si igitur retinet dominium vtile, ergo ratione vtilis dominii, quod tranſmittitur ad ſuos hæredes, ipſis competit ius hoc renouandi, & petendi inueſtituram: non ipſis hæredibus, ſecundi emphyteutæ, cum non poſsit eſſe vtile dominium, vtilis dominii, & vtile dominium vnum ſit tantùm, quod penes primum emphyteutem cõſiſtit, eiuſq́; hęredes. Et in expreſſo quòd in ſecundum emphyteutã, non trãſeat vtile dominium, tradit Carol. Molyn. in conſue. Pariſ. §. 1. gloſſ. 6. nu.7. & §.35. poſt n.17. Afflict. in c.1. §.1.

§.1.de capit.Corr.ante n.15. vbi ꝙ in ſecundum, ſolùm träſit exercitium vtilis dñii.Firmat etiã, in c. 1. §. illud quoq;,de proh.feu. alie. per Federi. poſt nu.13.Iacob.de feu.verbo, & cũ pacto de nõ alie.col.6. Ex quibus,cũ nullum träſeat dñium, in ſubemphyteutã,ſed tantùm exercitium vtilis dñii ſubalterni, ꝙ re vera exiſtit penes primum emphyteutã,palàm eſt ſecũdo emphyteutæ, vel eius hæredibus, nullum renouandi ius competere.

22 Vel etiã dici poteſt, à iure alienum nõ eſſe,ꝙ plures vtiles dñi, aut directi,diuerſis reſpectibus cõſtituãtur; iuxta tradita in l. ex äſſe. ff. ad Treb.& propterea tx. in c. 1. §.illud, de proh.feu.alie. ꝑ Federi. primum vaſallum; qui ſecundo infeudauit, appellat dñm,reſpectu ſecũdi; ꝙ idem probat,in c. imperialem; in §. præterea ſiquis infeudatus, ibi: *Proprio domino.* Ex quibus iuribus colligitur, nõ eſſe abſolutè verum, ꝙ ſupra relati auctores docẽt, in ſecundum emphyteutã träſire omne vtile dominium,nihil remanente penes primũ,ꝙ ſi verũ eſſet, nõ vtiq; illa iura, primum vaſallum,dominum appellaſſent.

23 Verius ergo vr̃,quod nõ obſtãte ſubinfeudatione, primus vaſallus maneat vtilis dñs,ſeu q̃ſi vtilis, propter ꝙ poteſt à ſecundo exigere ſeruitia conuenta,in inueſtitura à ſe facta. Nec hoc mirum eſt,quoniam vt Afflictus obſeruauit in Proœ. conſt. q 23. & in c.1.§.1. de capi. Corr. ante n.15.cum ſeq.in ſecundum vaſallum ſolùm träſit exercicium vtilis dñii, quod idem obſeruauit in c.1.§.illud. de proh.feud.alie.per Federi.nu. 13. Quarè vtile dñium, manet penes primum,vt tradunt ii, quorum meminit Valaſ.de iure emph.q.13. n. 11. verſi.ſecundò conſtat.Licèt contradicat Bal.de quo ibi:& alii nonnulli dixerint, primùm vaſallum, vmbrã tantùm dñii retinere, ſeu quaſdã reliquias vtilis dñii, vt ibi per Valaſ.d. q.13.n.12.verſi.ex quibus.

Alij fortiùs dixerũt, quòd imò retinet, quoad quid reſpectu; ſcilicèt ſeruitiorum, à ſecundo vaſallo præſtandorum,directum dñium,ꝙ neutiquã probat Petr.Iacob. in ſua praxi,fol.70.col.3. in prin. qui in rubri. de poſſeſ.ad fi.in hoc caſu ſolùm cõcedit primo vaſallo,quodã ius imaginarium,ſuperioratis, (tanq̃; Idæas Platonis)ex hõinũ imaginatiõe, cuius reſpectu; ſecundus vaſallus primum reſpicit,eiq; ſeruit, quaſi dño, & poſſeſſori,adeò ꝙ non dr̃ vaſallus dñi directi,nec ab illo poteſt cõpelli,aut ad ſeruitia præſtãda,adſtringi, vt tradit Curt.de feu.4.p.n. 88. cum ſeq. Quocirca; primum vaſallũ debet reſpicere,& illum requirere, nõ dominum directum,vt prædicti auctores voluere.

24 Quorum ſentẽtia, ex eo comprobatur, nam ipſe dominus, non poteſt aprehendere emphyteuſim, vel feudum; ſubemphyteutæ, ſeu ſubuaſalli ſui, quoniam vtrunque à ſe mouetur, ſeu dependet,mediante emphyteuta.ſeu vaſallo ſuo. Solũ autem poteſt prehendere emphyteuſim, ſeu feudum immediatum: poſtquàm emphyteuſi, immediata, aperta, & apprehenſa, vel feudo: ſubemphyteuſis, ad dominum deuoluitur, vel ſubfeuda aperiuntur, vel inueniuntur aperta. Tunc enim, poteſt illa ad manum ſuam ponere, & omnia dominicalia iura, in illis exequi,quæ emphyteuta, ſeu dñs immediatus poſſet.Etenim, interim quoad exercitiũ,& cõmoda horũ iuriũ,emphyteuſis prehẽſa habetur



betur pro reuerſa,ad dominum, extraditis,per Carol. in conſue. Pariſ. tit.1.§.1.glo.4.nu.17. Quarè non põt apprehendere, niſi ſit dominus immediatus,vel habeat iura dñi immediati, quoniã virtus per ſe non agit, niſi in ſuum proprium, & immediatum obiectum.

25 Et regulariter emphyteutę mei emphyteuta, non eſt emphyteuta meus,ſicuti clientis mei cliens, cliẽtulus mihi nõ eſt.Quod eſt abſolutè & ſine exceptione verum,in ſubemphyteuta,vel vaſallo vaſalli mei, ratione alterius rei, quàm eius quæ à me recognoſcitur in feudũ, ſeu emphyteuſim, à vaſallo meo. Quia ex quo ipſe meus emphyteuta, ſeu cliens immediatus, nõ eſt meus emphyteuta, ſeu vaſallus, ratione talis rei,quam à me in fidem nõ accepit, & à me nullo modo recognoſcit, neceſſariò ſequitur emphyteutã,ſeu clientem,quem emphyteuta meus, ſeu cliens, ratione illius rei habet, nullo modo,mihi eſſe emphyteutam, vel vaſallum, nec ſubemphyteutam, vel ſubuaſallum,ſed prorſus extraneum. Illa enim, nihil cõe habent cum emphyteuſi,vel feudo, quæ accepit à me emphyteuta meꝰ, vel vaſallus meus. Nec à me,vel emphyteuſi mea, vel feudo dominanti deriuatur, nec dependet, mediatè, aut immediatè,& ita procedit,& intelligitur,quod tradit gl. in l. de acceſsionibus, verſi. item ſi ego.ff. de diuerſ. & temp. præſcrip.& in l. Modeſtinus,in fi.ff.de verb. ſign. & in c. legitur.81.diſt.verbo, ſorores meæ. vbi inquit,quòd vaſallus mei vaſalli, non eſt meus vaſallus:ſicuti, neq; libertus liberti mei,libertus meus eſt.

26 Secus eſt in emphyteuta, emphyteutę mei,vel vaſallo vaſalli mei ratione eiuſdẽ rei,veluti Titius emphyteuſis,à me acceptæ partem,ſubemphyteuticauit, vel ſubinfeudauit Caio. Qui recognoſcit Titiũ ꝓ illa illa parte, & Titius me recognoſcit ꝓ toto,videlicèt,tã ꝓ parte, quã retinuit,quã pro iure ſubemphyteutę, vel ſubuaſalli. Hoc ſanè, modo emphyteutæ,ſeu cliẽtis mei ſubemphyteuta, vel cliẽs:emphyteuta,vel cliẽtulus meus eſt: ꝙ ita tenet & declarat And.de Iſer.in c.imperialem, §. illud,col.1.de proh.feu.alie.per Fed. Bar.in l.Claudius,ad fi. ff. qui potio. in pig.hab.&in d.l.de acceſsionibus, idem ſentit Bonifa.de Vitatilinis,in Clem.vni.§.quia ergo,col.1,de iureiur.Guido Papæ,deciſ.551.in 2.quæſito,Decius, in l.conſilii,§.ſocii.ff.de reg.iur.ſequitur Alcia.in d.l. Modeſtinus,aſſerẽs illud ꝓcedere παχυμερέστερον, ideſt,craſsiùs,& pingui Minerua, ſeu largo modo,ꝙ Iulianus dixit ἁπλῶς in l. ratũ.ff. de ſolutio. Et rectè quia emphyteuta,ſeu vaſſallus, emphyteutæ,ſeu vaſalli mei, etiã ratiõe eiuſdem rei,nõ abſolutè,& ꝓpriè,& ſimpliciter eſt meus vaſallus, ſed ſolùm mediatè,& ꝓpriè loquendo,nõ debet,dici meus emphyteuta, vel vaſallus,ſed meus ſubemphyteuta, vel ſubuaſallus. Nec ꝓpriè,& ſimpliciter dicor eius dñs,ſed dñs mediatus,ſeu dñs dñi ſui, vt inquit tx. in d. §. illud. vbi ſolus prior vaſallus,& nõ ſuprior dñs,vocatur dñs ſubuaſalli,idẽ tx. in c.vni.de allodiis,ad fi.ibi, *Aut ſub rege dominum ſuum non adiuuerit.*

27 Ex quibus reſoluendũ eſt,dñm emphyteuſis, vel feudi,nedũ dici dominũ directũ emphyteutę,ſeu clientis,ſui immediati,& hoc propriè, & abſolutè,ſed etiã dici dñm directũ, oĩum ſubemphyteutarũ,ſeu clientũ, & ſubuaſallorũ,eiuſdem emphyteuſis,vel feudi,& hoc mediatè,& ratiõe rei beneficiariæ, à ſe profectæ, quæ impli-

implicitum habet ſtatum reuerſionis, in caſum reuerſiõis, aut prehenſionis emphyteuſis, ſeu feudi immediati. Interim autem ſuperior, & mediatus dominus, non poteſt â mediato emphyteuta, ſeu vaſſallo, aliquã iura dominicalia exigere, vt tradit Iacoby. à ſancto Georgio, in inueſtit. feudali, verſ. ita etiam quòd ipſi vaſſalli, col. 2. verſi. item quæro, & in verſi. qui quidem inueſtiti præſtit. iura. fideli. col. 3. verſ. moneo vobis, & DD. in cap. vni. in §. fi. de allodiis, & in d. §. illud, & idẽ clarè ſentit Bal. in l. 1. col. 2. verſi. quæro teſtator, C. cõm. de leg. vbi aſſerit, vaſſallũ vaſalli mei, nõ eſſe meũ vaſallũ; inſpecta obligatione perſonali, nec teneri mihi ſeruire, aut iurare fidelitatẽ, ꝙ intellige, quandiu ſtat medium: ſed benedicitur meus inſpecta re; quæ ſemper eſt propriè in dominio meo directo, & in aptitudine, & potentia ſaltem remota, ad me redeundi, & tanto magis remota, quanto plura intercedunt media.

28 Aduerto autem, ꝙ etiã inter ſubemphyteutas, ſeu ſubuaſallos, ratione eiuſdem rei, reperitur deformitas, & differentia, quoniam ſi Titius emphyteuta meus, vel vaſallus, ſubemphyteuticauit, vel ſubinfeudauit, Sempronio, vel emphyteuta, ſubalternauit alterum emphyteutam, in certam partem emphyteuſis ſuæ, à me mouentis, ſine conſenſu meo, Sempronius nõ eſt propriè ſubuaſallus, ſeu ſubemphyteuta meus, nec ego ſum illi propriè dominus mediatus, quoniam emphyteuſi Titii finita, vel deuoluta, vel feudo Titii aperto, totum pręhendere poſſum, etiam partem Sempronii, quem non teneor recognoſcere, in vaſſallum, aut emphyteutã, aut ſubuaſſallum, vel ſub emphyt. Sed tanquàm extraneũ, expellere poſſum, per ea quæ tradit Carolus, in conſu. Pariſ. § 35. & 36. Tamen quodãmodo, ſed impropriè, & imperfectè dicitur ſubemphyteuta, vel ſubuaſallus, ratione videlicèt vtilis dominii, ſubalterni, ꝙ habent in parte eiuſdem emphyteuſis, vel feudi. Quod ſi prædictam ſubemphyteuticationem approbauero, tũc Sempronius verè, & plenè, & ꝑpriè, ſubemphyteuta, ſeu ſubuaſallus meus eſt, vtpotè, vinculo, & obligatione, ſubalterni dominii, ſeu ſubclientelari cõcurrente, quæ in præcedenti caſu deficit, Carol. in conſuetu. Pariſ. §. 1. glo. 6. n. 3. ad fi. verbo, *Mouuant deluy*.

29 Cœterùm, in propoſita ſpecie, in dubium reuocatur, ꝙ cum idem dominium, in ſolidum apud plures, eſſe non poſsit, l. ſi vt certo, §. ſi duobus vehiculum, ff. commod. qui fieri poſsit, vt eiuſdem emphyteuſis, ſeu feudi, duo ſint, pluresve domini directi, vnus immediatus, alter & ſuperior mediatus, & pariter duo, vel plures dñi vtiles, ſicuti emphyteuta, ſeu vaſallus primus, & omnes ſubemphyteutæ, vel ſubuaſſalli? Sed reſpõderi facilè poteſt, quòd plures poſſunt eſſe directi domini, vel vtiles, vel vnus directus tãtùm, & vtilis tãtùm, ſimul eiuſdem rei, diuerſis reſpectibus. Vndè primꝰ auctor emphyteuſis, ſeu feudi dicitur eſſe dñs directus, reſpectu primi vaſſalli, ſeu emphyteutæ immediatè, & reſpectu ſubemphyteutarum, vel ſubuaſallorum, mediatè. Idem dicendum de primo emphyteuta, & reſpectu ſecundi, & vlterioris, & ſic de aliis. Pariter primus, aut alter medius emphyteuta, dicitur dominus vtilis, reſpectu domini ſuperioris, & dominus directus, reſpectu inferioris emphyteutæ, nec eſt inconueniens hoc





propter diuerſas relationes, quoniam dicta regula, loquitur nedum de dñio eiuſdem ſpeciei, ſed etiã eiuſdem relationis, & reſpectus, & ita in terminis tenuit Ioa. Faber, in §. adeò, inſt. de locato. col. 2. & ſic reperitur directum dñium ſuperioris dñi, & directũ inferioris, & vtile dñiũ. ſuperioris dñi, & vtile inferioris, vt in iiſdem terminis tradit Curt. de feudis, 4. par. princip. num. 83. Sicut alibi reperitur, dominium directum vniuerſale, totius apud vnum, & dominium directum particulare, rerũ illius vniuerſi, apud plures alios, vt not. Bartolus, Angelus, & alii, in l. 1. §. fin. per illum text. ff. de rei vindi. & Iaſo. in l. 3. §. ex contrario. ff. de acquirenda poſſeſsio. Et apud eundem reperitur dñium vtile, in toto vniuerſo, & dñium directum, in rebus ſingularibus, eiuſdẽ vniuerſi, vt patet in bonorum poſſeſſore, qui non eſt hæres, ſed loco hæredis, de iure prætorio, ꝙ non põt facere verum & directum hæredem, ſed vtilẽ, §. nos autem, inſt. de bon. poſſ. l. 2. ff. eod. Vñ non habet directum dñium hęreditatis, ſed tantùm vtile, & vtilem hęreditatis petitionem, nõ directam, quæ competit ſoli hæredi de iure ciuili, vt not. in l. 1. & 2. ff. de poſſeſſ. hæredit. petitio. per gloſſ. in rubr. C. quorum bono. Et tamen habet directum dominium, rerum particularium hæreditatis, vt tenent Bartolus, & Alexan. in l. ex aſſe. ff. ad Trebellia. gloſſ. Bald. Ioann. Fab. Alexander, & Deci. in l. 1. C. vndè legitimi; quod idem tradunt DD. in fideicommiſſario, vniuerſali, cui per hæredem directum, ſiue inſtitutum, ſiue abinteſtato, facta eſt hęreditatis reſtitutio, ex Senatusconſulto Trebelliano, quia ſolùm vtile dominium, & actiones vtiles transferuntur, text. in §. reſtituta, cum ſeq. inſtit. de fideicommiſſ. hæred. tex. in l. penul. in fine, ibi: *Vtiles actiones transferuntur*, C. ad Trebellian. Quod eſt verùm in vniuerſo, quia particularium rerum, & actionum, directum dominium tranſit in eum, ſecundum prædictos DD. gloſs. & Bart. in l. 2. ff. de bonorum poſſeſsio. & Alexandrũ, in l. 1. in principio, & ibi Iaſo. in 1. & 2. lectura, ff. ad Trebellianũ, & eſt communis opinio, ſecundum Carolum, in conſue. Pariſien. tit. 1. §. 1. gloſ. 6. n. 5.

30 Ex quibus eleganter Baldus, in Procœmio Digeſtorum, col. 2. idem Bald. & Decius, in l. 1. C. vnde legit. & Alexander, conſil. 1. vol. 5. aſſerunt quòd licèt directum dominium Regni Siciliæ, in vniuerſo ſit penes eccleſiam Romanam, & non penes Regem, qui illud tenet in feudum, ab eadem eccleſia, & ſic habet ſolùm dominium vtile, ſcilicèt in vniuerſo, tamen in ſingulis feudis caſtris, & rebus particularibus illius regni, habet directum dominium, & plenitudinẽ regiæ poteſtatis, & directè, & nomine ſuo poſsidet, & exercet omnem iuriſdictionem, & dominium in ſingulos, licèt habeat ſolùm vtile dominium, reſpectu vniuerſitatis Regni: quod vice exempli ab aliis relati dictum ſit, quoniam dici poteſt, etiam directum dominium dicti regni Siciliæ eſſe translatum. ꝙ tñ nõ firmo.

31 Quamobrem apparet eos, manifeſtè errare, aſſerentes primum emphyteutam, inueſtientem alium, vel vaſallum infeudantem ſecundo, omne vtile dominium, & ius, quod habet transferre, & nihil penes eum remanere, vt tenet Andr. de Iſernia, in cap. 1. §. præterea, col. 2. de capit. Corradi, Baldus, in cap. ſanè, col. fin. verſic. ſed mirum videtur, de renunciatione: vbi etiam dicit, quòd ſicut non inuenitur ſeruitus ſeruitutis, l. 1. ff. de ſeruit. legat. ita non inuenitur

vtile dominium, vtilis dñii, quæ ſen-
tentia falſa eſt, per ſupra dicta.

32 Nec eſt ſimile de ſeruitute, quo-
niã dñium vtile, non eſt ſeruitus, ſed
quędã inferior proprietas, vt melius
inquit Bal. in c. vno delegatorum, col.
fi. verſi. item nõ eſt incõueniẽs, de off.
deleg. idem expreſsius dixit Bal. in c.
cœterùm, col. fi. verſ. ſecus eſt ſi vaſal-
lus, de iudiciis, reperiri vtilę dñium, ſu
perius, & vtile dñium ſub illo, ꝑ d. §. il-
lud, & per gl. ſubtilem, d. l. ex aſſe, vbi
etiã Alex. col. fi. rñdit, non eſſe incon-
ueniens, ꝙ duo ſint dñi, vtiliter diuer-
ſis reſpectibꝰ, & eadẽ ratione dicendũ,
nõ eſſe incõueniens, ꝙ duo, vel plures
ſint directi dñi, diuerſis reſpectibus.

33 Ex quibus Bal. & Iacob. Aluarot.
in c. 1. §. fi. de controuerſia inueſtiturę,
aſſerunt penes primum, vaſallum in-
feudãtem ſecundo, quaſdã reliquias,
& iura ſeruitutum, remanere. Vñ quo
dãmodo dñs dici poteſt, ac proindè,
inquit Bal. cõſ. 16. facti euidentia, verſ.
porrò, ad fi. lib. 1. Quòd magnę ſunt il-
læ reliquiæ, & ꝙ non deſinit eſſe vaſal
lus, ille qui alium vaſallum acquiſiuit,
per l. talem, in fi. ff. de hæred. inſtit. &
expreſsè voluit Ioa. Raynal. in d. §. il-
lud, remanere quoddã, quaſi vtile do-
minium, & ſequitur Iaco. de S. Geor.
in inueſti. feuda. verbo, ita etiã, ꝙ ipſi
vaſalli, col. 2. verſi. quæro, an aliquid,
& in verſic. dictiq; vaſalli primi, non
comitt. col. 2. Sed hæc non ſatisfa
ciunt, quarè pleniùs dicendum eſt, vt
ſupra poſt Ioa. Fabrũ. in d. §. adeò. Di-
cere enim, ꝙ medius vaſallus habeat
directum dñium feudi vltimi vaſalli,
& quòd ſuperior dñs habeat directum
dñium, feudi vaſalli ſui: in quo inclu-
datur quoddã directum dñium, dire-
cti dñii, ꝙ habet medius vaſallus, in vl
timum, & ſic quòd primus dñs, nullo
modo hebeat directum dñium feudi
poſſeſsi per vltimum. Non placet,
nec tolerabile eſt. eſſet enim conſti-
tuere proprietatem proprietatis, ꝙ
nuſquã in iure auditũ, aut receptũ eſt.
Quarè, reiiciendũ eſt, l. 1 ff. de Senato.

34 Reſoluẽdum eſt igitur, primum
dñm, verè habere directum dñium, in
vltima ipſa emphiteuſi, ſeu feudo, ſed
mediatum, & ligatum reſpectu vltimi
emphyteutæ, ſeu vaſalli, donec ſubla-
tis, vel ceſſantibus mediis, fiat debita
deuolutio, & conſolidatio, & tãta ap-
proximatio, vt poſsit exire in actum.
Quãobrem, primus directus dñs em-
phyteutæ, poſsidet ciuiliter, vera, &
propria ciuili poſſeſsione, ſicut ſolus
propriè, ſiue antonomaticè, eſt dñs di
rectus: vltimus autem dñs, ſiue ſit vlti-
mus vaſallus, ſiue cenſuarius, ſiue em-
phyteuta vltimi vaſalli (nõ curo dum-
modo ſit vltimus, vtilium dñorum,
habẽs realẽ fruitionẽ, & verum, & na-
turale cõmodum rei) poſsidet natura-
liter, vera, propria, & perfecta natura-
li poſſeſsione, ſicut ipſe ſolus propriè,
& perfectè dicitur dñs vtilis. Domini
autẽ intermedii, habent ſua dñia ſub-
ordinata, & reſpectiua, quæ ſunt dire-
cta, reſpectu inferioris: nõ tñ ita dire-
cta ſunt, ſicut primordiale illud ꝓpriiſ-
ſimè directum, primi dñi: reſpectu au-
tem ſuperioris ſunt vtilia, non tñ ita
vtilia, ſicut illud propriiſsimè vtile vl-
timi dñi, & quemadmodum, vt inquit
Bald. in l. vni. col. 2. C. vti poſsideris,
quęlibet proprietas, largè ſumpto vo-
cabulo, habet poſſeſsionem, ſeu quaſi
ſibi correſpondentẽ: ita dñi interme-
dii, habent poſſeſsiones, vel quaſi iuri-
bus, & dñiis ſuis correſpõdentes. Quo-
niã reſpectu inferioris dicuntur poſ-
dere, vel quaſi ciuiliter, & reſpectu ſu-
perioris dicuntur poſsidere, vel quaſi
naturaliter.

35 Ex quibus apparet, an vera ſit
glo. ſñia, d. l. vni. c. vti poſsidet. in gloſ.
fi. verſi. itẽ cum feudatarius, &c. quæ
inquit



inquit, ꝙ primus dñs feudi poſsidet
ciuiliter, vltimus naturaliter, medius
nullo modo, quã ſequuntur ibi Bar.
& Saly. ad fi. Sed Alberi. & Bal. ibidẽ
tacitè eã reprobãt, quãtũ ad dñium
dñii medii, prout eos refert Carol.
in conſue. Pariſ. tit. 1. §. 1. gloſ. 6. n. 8.
Quæ ſanè gloſſa, dum dicit primum
dñm, poſsidere ciuiliter, & vltimum
naturaliter, optimè, & propriiſsimè
loquitur. Sed in quãtum vult, ꝙ me-
dii dñi, nullo modo poſsidẽt (tamet-
ſi Pyrrus, in conſue. Aurelian. tit. de
feu. §. 48. eã ſequatur) minimè pla-
cet illud verbum, *Nullo modo*, niſi ad
propriã, & ſtrictã poſſeſsionem ipſiꝰ
rei reſtringatur, quoniã dñi medii,
ſũbordinatè, & diuerſo reſpectu, ꝓ
ſui cuiuſq; iuris, & dñii qualitate, &
cõditione poſsident, vel quaſi. Et di-
co *quaſi* (ꝓpriè loquẽdo) quia poſſeſ-
ſiones mediorum dñorum (in quã-
tum medii) ſunt potiùs quaſi poſſeſ-
ſiões iuris emphyteutici, vel feuda-
lis, quã verè poſſeſsiones fundi em-
phyteutici: ſicut eorũ dñia ſunt po-
tiùs ſubordinata, quędã iura emphy
teutica, ſeu feudalia, quã vera dñia
rei emphyteuticæ, vel fundi feuda-
lis: rei inquã emphyteuticæ, ab vtili
dñio primi dñi, deciſi, & per medios
dños deriuati, vſq; ad vltimum em-
phyteutarum, ſeu vaſallorum, poſ-
ſorem. Sicut enim hic ſolus, & non
ſuperiores dñi, realiter tenet, & frui-
tur: ita ſolus, rem emphyteuticã, ſeu
feudum, verè naturaliter poſsidet,
& verus dñs vtilis eſt. Dñs autẽ im-
mediatus, huius vltimi emphyteutę,
ſeu vaſalli, dr̃ eius reſpectu rem em-
phyteuticã, ſeu feudum ciuiliter poſ
ſidere. Sed in veritate ſolùm quaſi
poſsidet ius, ſuum emphyteuticum,
ſeu feudale immediatum: ꝙ habet
ſimilitudinem quandã, & virtutem
directi dñii, & ciuilis poſſeſsiõis, re-
ſpectu huius vltimi emphyteutę, ſeu
vaſalli. Vera autem, & ꝓpria ciuilis
poſſeſsio, huius rei emphyteuticæ,
ſeu feudalis, eſt penes primũ dñum,
ſicut penes eum ſolum, eſt verum &
proprium, directum dñium fundi:
dñi autẽ mediati, ſicut verè, & ꝓpriè
habent, dñia iurium ſuorum emphi
teuticorum, ſeu feudaliũ (quum etiã
ſimplex vſufructuarius, verè habeat
dñiũ iuris ſui tx. in l. qui vſumfructũ,
in fi. ff. ſi vſusfr. pet.) ita verè & pro-
priè, quaſi poſsident eadẽ iura ſua.

36 Ex quibus infero, ꝙ ſuperior
dñs, nullum ius, nullum cõmodum
põt percipere, ex ſubemphyteuta,
vel ſubuaſallo: etiã ratione eiuſdem
rei, quãdiu ſtat ius primæ emphyteu
ſis, & immediati emphyteutæ, ſeu
vaſalli, ſed oĩa ſpectant ad hunc pri-
mum emphyteutã, ſeu vaſallum, &
ſic euacuãtur oẽs illæ ſinuoſæ, & in-
tricatæ quæſtiones, an immediatus,
an verò, primus dñs ſit adeundus, ꝓ
authoramento alienationis, & lau-
demio, & cui cedat cõmiſſum em-
phyteuſis, ſeu feudi, quoniã hæc oĩa
ꝑtinent, ad immediatũ dñm emphy
teuſis, ſeu feudi, vel vaſalli, ex cuius
facto, vel caſu accidunt, ita Carol.
tit. 1. §. 1. gl. 6. n. 11. Sed dubito de hoc.

37 Prædicta illatio, nõ habet locũ
in vniuerſali, & ſupremo dño, hoc
eſt, in catholico, & inuictiſsimo Re-
ge noſtro Philippo, quoniã ipſi in
toto regno Luſitaniæ, nedũ, ſui va-
ſalli immediati; ſed ſubuaſalli oẽs,
nullo excepto ſunt ei cliẽtes, & ſub-
diti ſui, nedum primariò, & prælati-
uè, ſed etiã (ſi opus ſit) excluſiuè, ad
quẽcunq; alium dñm, quoniã in om
ni fidelitate, & ſacramento, ſemper
nominatim excipitur, vel excipi in-
telligitur, fidelitas ſupremo Regi
debita, tx. in l. imꝑialẽ. §. ſi inter duos
in fi. de proh. feu. alie. ꝑ Federi. ibi: *Il-
lud quoq; ſancimus, vt in omni ſacramento
fidelitatis, imꝑator nominatim excipiatur.*

Vñ, ſi Rex alicui nobili, ſeu prælato cõcedat bona de Regia corona, vel caſtellaniã, ſeu fortalitium, cum iuriſdictione pleno iure, vel ad tp̃s, & is donatarius aliũ inueſtiat, de re donata, vel ad vitã, vel in perpetuũ, vel ad caſtellaniã, eligat aliquem, & de ea illi inueſtiturã faciat, & ab inueſtito iuramentũ fidelitatis, & homagii accipiat, nihilominus prædictus caſtellanus, ſeu taliter inueſtitus de caſtellania, vel ſubuaſallus, vel ſubdonatarius inueſtitus, de bonis ad Regiã coronã ſpectantibus, p donatarium Regis, vel dñm immediatũ, tenetur regi ſecundum cõditionem bonorum, auxilium præſtare cõtra oẽs, etiã contra eorũ dñm immediatum, ſi caſus accidat, ꝓ defenſione regni, vtilitate, & neceſsitate reipub. Tunc enim, nedum habentes bona de Regia corona, ſeu feudalia, ſed ſubditi oẽs tenentur, de iure naturali, & gentium obedire, & ſubuenire regi: p notata in l. veluti, ff. de iuſt. & iure. Nam tunc ceſſat regula, quæ habet, ꝙ vaſallus vaſalli mei, vel homo hõis mei, nõ eſt vaſallus, nec homo meus. Quoniã oẽs ſubditi, magis ſunt clientes, & hõines regis, qùã cu iusuis alterius etiã proprii dñi, & ita cõcludit Specul. in tit. de feu. §. quoniã, verſ. 14. & 15. & 16. & Iacob. de S. Geor. in inueſt. feu. verſi. & promiſ. eidẽ dño ſuo præſtare ſer. q. 9. & 10. Guid. papæ, deciſ. 551. 2. quæſito, Afflict. deciſ. 265. verſi. 30. Curtius Iun. conſ. 137. col. 2. verſi. tertiò pręmittendum eſt. Carol. in conſue. Pariſ. tit. 1. §. 1. gl. 6. n. 12. Quæ diligẽter obſeruãda ſunt, ꝓ caſtellanis de Eruedo, & ciuitatis Bracarẽſis, nec nõ aliis caſtellanis à ducib⁹, ſeu Marchionib⁹ cõſtitutis, licèt enim Archiep̃s Bracar. vel etiã alii nobiles, aliquos inueſtiãt, ac bñficiarios ſuos faciãt: ij, nihilominus Regis beneficiarii ſunt, cum prędia, ſeu bona beneficiaria poſsideãt, quãobrem ſubſidia ad bellũ ab his ſubuaſallis debita, Regi præſtãda ſunt, non dñis immediatis formaliter. Soli enim ſupremo principi, vel Monarchæ, tanq̃; rempubl. repreſentãti, ꝓ eius tuitione, debetur omne auxilium belli. Quãobrẽ, in regno, ad ſolius regis authoritatẽ & poteſtatem ſpectat armorũ vſus, & militum congregatio, vt in l. vni. & in rub. C. vt armo. vſus, lib. 11. vbi illa verba, *Inſcio principe*, interpretanda ſunt, ideſt, nõ mãdante. Nõ enim ſufficeret ſola ſcientia, & patientia principis, ſed expreſſum, & ſpeciale mãdatum requiritur, vt determinat Andr. de Iſer. in tit. hic finitur lex, & Lucas de Pœna, d. l. vni. verbo, incõſultis, col. 1. per tex. in l. 3. verſ. eadem lege, ff. ad leg. Iul. maieſt. Qua ratione, ij dñi inferiores, Regięq; coronę donatarij, cum conferunt has caſtellanias, & officia habentia dignitatẽ, & annexã adminiſtrationem, liberè illa conferre debent, abſq; vllo alio onere, nec illorũ reditus diminuere poſsunt, nec cõmutare eorũ ſtatũ, ppr implicitã eorũ naturã, & ſtatũ, & ſpem reuerſiõis, ad Regiã coronã.

38 Ex pręedictis igr̃, reſultare vr̃ reſolutio, penes primũ emphyteutã, ſeu vaſallũ, manere vtile dñium ratione, cuius ad inſtar dñi directi, debet requiri, cum ſecundus vult alienare, eiq; debet laudemiũ ſolui, nec ad id eſt dñs direct⁹ vocãdus, quoniã ſecundus vaſallus nõ vẽdidit, aut diſtrahit vtile dñiũ, cuius reſpectu dñs direct⁹ eſt requirẽd⁹, illiq; laudemiũ ſoluẽdũ. Quarè verius vr̃, ex Caroli ſñia, vbi ſupra, apud ſecundum emphyteutã, ſeu vaſallum, ſimplicem dumtaxat vſum, & poteſtatẽ fruendi reperiri, dñio vtili, penes primũ vaſallum





ſallum manẽte. Quã quidem cõmoditatẽ, poſſe tã primum, quã ſecundum, emphyteutã, ſeu vaſallum diſtrahere, citra dñi directi cõſenſum, certi iuris eſt, vt poſt Bal. & Imol. reſoluit Feli. in c. quę in eccleſiarum, n. 87. de conſt. plures citat Moly. lib. 1. Maiorię, c. 20. n. 11. & c. 21. n. 24.

Licebit igitur emphyteutæ, vel vaſallo, quicquid libuerit diſponere de feudo, citra dimiſsiõem fidei, vel pœnã cõmiſsi, etiã inconſulto, & inuito dño directo, & abſq; eo, ꝙ patronus cõqueri, vel aliquod emolumentum petere poſsit: quoniam qñ emphyteuta, ſeu vaſallus, facit ſubalternum emphyteutã, vel ſubinfeudat, nullo modo dimittit, imò retinet ſolidum vtile dñium, vel ſolidã fidelitatem, & remanet vaſallus toti⁹ feudi, & intergrè clientelari, conditioni obnoxius, vt prius, & eſt notũ.

39 Ad quod optimè facit, ꝙ tradit Bar. Socci. conſi. 256. ſi in præſenti, vol. 2. & conſ. 261. punctus præſentis, eod. vol. 2. longã eſſe differentiã, an emphyteuta trãsferat omne ius ſuũ, in alium, non retinendo ius recognoſcendi dñium, quãuis certã penſionem retineat, ſuper recipiẽte, qui debet dñm directum recognoſcere: vt tunc cõcedens, nõ remaneat emphyteuta, ſed ſolus recipiens, ſit nouus emphyteuta.

An verò retento iure ſuo, emphyteuta cõcedat alii in emphyteuſim, vt tunc prim⁹ remaneat emphyteuta, vt prius, ſed recipiẽs eſt ſubalternus emphyteuta, & ſic ſunt duo dñi, vtiles ſubordinatè, & diuerſo reſpectu, iuxta ſuperiorem reſolutiõem. Sic etiã in feudo, ſi vaſallus totũ feudum in alium trãfert, nõ retenta fidelitate, & iure cognoſcendi dñm, deſinit eſſe vaſallus, & recipiẽs vaſallus efficitur. Sed ſi retenta fide, & iure vaſallagii, cõcedat ad onus feudi erga ſe, recipiẽs efficitur vaſall⁹ vaſalli, & quia hoc fit ſub eadem depẽdentia feudali, nulla videtur fieri diſmembratio: fit tñ aliqua, vnde non tenet reſpectu dñi, & in eius præiudicium, niſi conſentiat, & ita Carol. in vtroq; caſu, in cõſu. Pari. §. 35. n. 17.

40 Ex quibus, iuxta prædictã diſtĩctionem, Valaſcus, de iure emph. q. 13. n. 12. cõem opĩoem temperandã cenſet, & eãdem ſñiam paucis probare vr̃ Ioa. de Socarratis, in cõſuet. Cathalo. pag. 114. n. 13. & in c. pręced. ad fi. concedẽs, primo vaſallo iuriſdictionem, inter ſecũdos & tertios vaſallos, ꝙ vtiq; etiã plurimum iuuat. In hac ſñia perſiſtens Valaſc⁹, de iure emph. q. 18. n. 28. & q. 38. n. 7. iterum ꝓbauit, ſed d. q. 13. n. 11. & 12. Latius eam defendere conatus, ſubdit non ſibi videri, attentè, & conſtãter loquutos noſtros auctores, quaten⁹ firmãt, in ſecundum emphyteutam, trãſire vtile dñium, & à primo emphyteuta ſeparari, nõ attendẽtes, ꝙ penitus oppoſitum præſupponunt, quatenus cõcedunt primum emphyteutã, poſſe de conſenſu dñi, eãdem rem ſubemphyteuticare: quæ quidẽ reſolutio pręſupponit primum, manere emphyteutã. Aliter enim ridiculum eſt, dicere, ꝙ vnus emphyteuta, põt aliũ emphyteutã cõſtituere.

41 Ego, ni fallor, verum eſſe nõ arbitror, ꝙ ille ait, præſupponere nr̃os auctores, taliter poſſe emphyteutã aliũ conſtituere emphyteutã, ꝙ ipſe nihilomin⁹ maneat emphyteuta, qñ ipſi manifeſtè oppoſitum firmãt. Et quãuis verbũ, *Subemphyteuticare*, quodãmodo videatur, præſupponere, aliã, emphyteuticã cõceſsionẽ ſuperiorẽ, nõ ꝓindè ſequitur eã manere illæſam, poſt factã ſecundã emphyteuſim, verè, & realiter, prima adeſt,

& ſecunda cõceſsio, & per ſecundã prima manet, corrupta, quia in ſecundũ emphyteutã, vtile trãsfunditur dñium. Verba enim illa, *Subemphyteuticare*, ſunt magiſtralia, quibus đđ. materiã explicare conantur, quarè ex illis nõ ita licet, argumentum aſſummere.

42 Secundò, aduerſus cõem inducit, quę nos ſupra de feudo diximus, poſſe, vaſallum, ſecundum vaſallum cõſtituere, qui primũ reſpicere debet, eiq; ſeruire, nõ dño directo. Quę reſolutio in feudis admiſſa, tãquàm exorbitãs à iure cõi, & contra illius regulas, cõſtituta, ad emphyteuſim trahi nõ debet, quã rectius eſt, ſecundum cões regulas definire, ſecundũ quas ex ſupra ſcriptis cõſtat, penes vtrunq; emphyteutam, vtile dñium ſtare nõ poſſe, nec ſecundũ emphyteutã, primũ cõſtituere poſſe, abſq; dñi cõſenſu, cuius oppoſitum in feudis obtinet per ſup. dicta. Quocirca queãdmodum cõtra iuris pręcepta, primo feudatario cõceditur, ſecundum facere, abſq; dñi conſenſu, ita etiã cõceditur illi, ꝙ reſpectu ſecũdi quodãmodo dñs reputetur, ex natura cõtractus ſibi pmiſsi. Sed contrarium obtinet, in emphyteuſi, quã ſecundo cõcedere, non põt emphyteuta, ſine dñi conſenſu, quo interueniente, à dño potiùs dr̃, ſecundus habere, vt ſupra diximus. Imò, ſi bene conſideras, ꝙ Carolus, & alii dicunt, primus vaſallus ſecundo vaſallo, ſolùm concedit, feudi cõmoditatem, ſeu exercitium vtilis dñii, cuius quidem alienatio, facilis adeò eſt, vt dñi directi, licentiã, & cõſenſum nõ requirat, ita Lõgouallius, in l. imperium, ff. de iuriſd. om. iud. n. 229. Fabian⁹, de empt. & vẽd. q. 21. n. 53. vol. 1. tract. fol. 214. Bald. de Bartolinis, in l. 1. ff. ſol. matr. nu. 365.

43 Tertiò inquit Valaſcus, ſatis eſſe, ꝙ primo emphyteutæ, eſt conceſſum ſubemphyticare, vt ille poſsit ex natura contractus dñs reputari, quoniã permiſsio contractus intelligitur, ſecundum illi⁹ naturã. Quo argumento, vt ſupra diximus, plurimi ꝓbãt auctores, penes primũ feudatariũ, permanere feudi dñium vtile. Quod etſi concedamus, non proindè ſequitur, ꝙ ſecundo vendẽte, eſt requirendus primus emphyteuta, nuſquã enim ſcriptũ eſt, dñm vtilẽ, requirendũ, qñ ius in re diſtrahitur. Inſuper ea argumentatio, locũ obtinet, in feudatario, cui ſimpliciter, & ſine dñi conſenſu, permittitur, feudi ſubinfeudatio: ꝙ in emphyteuta nõ ꝓcedit, quoniã is ſine dñi conſenſu, ſecũdum emphyteutã, minimè põt cõſtituere, vt ſupra diximus, ideoq; ab eo magis pendet, quam à primo emphyteuta.

44 Quartò inducit glo. in §. adeò, inſt. locati, quatenus voluit, primo emphyteutæ concedi ius vindicãdi, rem à ſecũdo, ſi ſibi ſtatutã pẽſionẽ, ſoluere negligat, ita Aurora, fol. 84. col. 3. Alex. in l. 3. §. ex cõtrario, ff. de acq. poſſ. n. 38. Ruin. lib. 1. conſ. 168. n. 6. vbi etiã poſt n. 10. verſi. & præſertim: probat, ꝙ finita conceſsione, ſecundi ius reddit ad primum. In quo neceſſariò præſupponitur, ꝙ nõ minus illius reſpectu, ſecundus incidit, in cõmiſſum, ſi pẽſionem nõ ſoluat, quàm primus reſpectu dñi directi. In quo ait Valaſc⁹ reprobatã, à quopiã gloſſam illã nõ reperiri.

Ergo arbitror gloſſam benedicere, & receptam eſſe, non tamen neceſſariò præſupponere, primũ emphyteutam, dominum manere, aut inter eum, & ſecundum emphyteutã, eſſe celebratum contractum emphyteuticum, ſed magis quendã innominatum, do vt des, ex quo naſcitur actio præſcriptis verbis, vt notabiliter explicat Petrus Iacobus, in ſua praxi, fol. 14. col. 3. ad fi. intelligẽs ex ea actione, poſſe primum emphyteutã, contra ſecundum, ad ſolutionem penſionis agere, vel etiã actione ex lege, C. de iure emph. lapſoq; triennio rem poterit, repetere, per l. 2. illo tit. Nã eo ipſo, quòd de conſenſu domini, penſionem reſeruauit, ſibi ſoluẽdam, cœtera omnia reſeruata dici debent, ad eandem pẽſionem conſeruandam neceſſaria.



Quod in laudemio, atque alienationis auctoritate non obtinet, quoniam hæc penes dominum manẽt, niſi fuerint primo emphyteutæ cõceſſa. Tunc enim ceſſat domini pręiudicium, circa illa primo emphyteutæ reſeruata. Quarè illa poteſt primus emphyteuta exercere, Soccinus, lib. 3. conſi. 96. nu. 2. verſi. conſiderandum, & poſt nu. 3. & hoc eſt, ꝙ ſanè voluit Bald. in d. c. 1. §. illud, de proh. feu. alie. p Fed. n. 5. reſoluẽs ꝙ cõmiſſum prodeſt primo emphyteutæ, qñ fuit cõmiſſum circa illi reſeruata, & cõcernentia: dño verò, qñ cõcernentia illum: ſequitur ibi Prępoſ. n. 2. tradit Sainſon, in conſuetu. fol. 66. col. 4. & 72. col. 1. ad fi. Affl. in c. 1. §. fi. n. 92. de controu. inueſtit.

45 Ex quibus liquet, ſtare non poſſe, ꝙ amiciſsimus noſter, idemq; doctiſsimus Valaſcus, ſenator meritiſsimus, d. q. 13. n. 12. ait cõem ſñiam, ſup. relatã, ſolùm fore admittendã, qñ ſecundus emphyteuta, ita fuit conſtitutus, vt nullum ius mãſerit penes primum, in qua ſpecie inquit defendi poſſe, gl. d. l. fi. C. de iure emph. & cõem, nõ ſic qñ primus ſibi reſeruauit penſionem ſoluendã, aut ꝙlibet aliud ius dñicale, ſic arbitratus poſſe horũ auctorũ, varias, & diſcrepantes ſñias, ad cõcordiã reduci. Sed quoniã liberè phyloſophãdũ eſt, vt dicebat ſubtiliſsim⁹ præceptor me⁹ Coſta, nõ excãdeſcet in nos, ꝓ ſuo ſingulari cãdore, & humanitate, eximius Senator, ſi ab eius opinione diſſentiamus. Quarè animaduerto, hanc diſtinctionẽ, ſtare nullo modo poſſe, quoniã ſi arbitremur gl. & đđ. dubitaſſe, conſiderari poſſe primi emphyteutæ perſonã, qñ ille in alium ſuum ius, & dñium oĩo trãſtulit, hæc vana ſanè, & futilis fuiſſet dubitatio. Quis enim adeo vecors eſt, & ingenio rudis, qui dubitaret eius, nullam faciendã conſiderationẽ, qui ſuũ ius in aliũ plenè tranſtuliſſet? Sane nemo. Doctores enim noſtri quæſtionem, ſeu hypotheſim ita fingunt, in emphyteuta ſubemphyteuticãte, & ſic ſecundũ emphyteutã cõſtituẽte, à ſe prorſus nõ abdicãte emphyteutæ ius, nomẽ, & poteſtatẽ. In q̃ ſpecie ꝓbabilis dubitatio eſt, an illũ debeat ſecundus emphyteuta reſpicere, q̃ſi dñm, & in ea militãt iura, rationes, & argumẽta ſupra deducta. Quarè reſtrĩgere cõem reſolutionẽ, ad caſum quo omne ius eſt in ſecundũ trãsfuſum, id extraneũ quidẽ eſt, & contra oĩum, de hac re ſcribentiũ ſñiam, & intẽtionẽ, qui retẽto themate propoſitæ qñis, dubitãt an reſoluto iure manente penes primum, reſoluatur & ſecũdi, Socci. lib. 2. cõſ. 256. & lib. 3. cõſ. 96. Curt. de feud. 4. par. n. 85.

46 Quærunt etiã, an cõmiſſum primi noceat ſecũdo, Carol. Moly. in conſuet. Pariſ. §. 30. n. 33. & 82. Quæ oĩa vana, & ridicula forẽt, in ſpecie ſupra ſcripta, qñ nullum penitus ius, mãſit penes primum emphyteutã, qua in re parũ ſibi cõſtat Valaſci interpretatio, immemoris, ꝙ ſuperius cõmunem improbare conatus eſt, perpendens verbũ, *Subemphyteuticare* in

In quo ille dicit, præſupponitur penes primum manere ius emphyteuticum. Quarè non video, qualiter tam citò voluit cõem intelligere, qñ penes primum, nullum manſit ius vtile. Quocirca ab eo, neceſſariò cauẽdum eſt, quatenus cõmunem reſtringit ad caſum, quo primus emphyteuta, prorſus nihil ſibi reſeruauit. In qua ſpecie, iam ille deſinit eſſe emphyteuta, ideoq; nullam dubitandi cauſam, quæſtio habet.

47 Secundò cauẽdum eſt ab eodẽ Valaſco, quatenus putat in eo caſu, quo ſecundus emphyteuta, alienat ius ſuum, debere requirere primũ emphyteutam, qui ſibi reſeruauit, penſionem ſoluendam, ſingulis annis: quoniam DD. communiter, ſupra relati, contrarium obſeruãt, ſolum cõcedentes, primo emphyteutæ, caducitatem cauſatam, ob non ſolutionem canonis, ſeu penſionis, ſibi reſeruatæ, vt paulò ante diximꝰ, quòd & tradit Affl. in c. 1. §. 1 n. 17. de capit. Corr. reſoluẽs, quòd ſi ſecundus, emphyteuta non ſoluit penſionem, poteſt à primo emphiteuta repelli. Hoc enim operatur reſeruatio penſionis ſoluendæ, cum domini conſenſu. Quarè ſi ſecundus emphyteuta, ius ſuum alii vendiderit, requirendus eſt dominus directus, eiq; laudemium ſoluendum, ſecundum cõem, per ſupra dicta, niſi nominatim, id etiam primus emphyteuta reſeruet, de conſenſu domini, neque argumentum à vaſallo factũ, vrget, vt ſupra diximus.

48 Non etiam mouet, quod ibidẽ ille ait, ius primi emphyteutæ, manere illæſum, propter domini conſenſum, quemadmodum, & domini directi manet, quando de ipſius cõſenſu dñium vtile alienatur, quoniã ſemper videtur dominus cõſentire, ſaluo ſuo iure directo, vt per Curtiũ de feudis, 4. Par. n. 139. Ergo, inquit, per cõtrarium dicendum eſt, quòd debet ius primi emphyteutę, manere ſanum, & inuiolabile penes illũ.

49 Quòd quidem fallax, meo iudicio, argumentum eſt, quoniam de poſsibili ad nõ factibile, fit argumẽtum. Quod manifeſtè conſtat, ſi cõſideras dominium directum ſeparabile eſſe, ab vtili, & conſequenter, poſſe alterum, ſine alterius vitio, & corruptione alienari.

Cuius oppoſitum, neceſſariũ eſt, in alterius tantùm alienatione: quia idem dominium, penes plures ſtare rectè non poteſt, ideoq; DD. communiter reſoluunt, per conceſsionẽ ſecundam emphyteuticam, vtile dominium, penes ſecundum emphyteutã ſtare, non primum. Quarè ꝙ doctiſ. Valaſcus dicit, manere penes primum emphyteutam, vtile dominium intactum, manifeſtè confunditur. Quapropter, rectius eſt penes illum, ſolùm manere ſpecialiter reſeruata, cœteraq; in ſecundum emphyteutam tranſire.

Quin etiam (& adhoc vir ille doctiſs. minimè aduertiſſe videtur) etſi cõcedamus, penes primùm emphyteutam, manere vtile dominium intactum. Quæſo vndè deducit ſecundum emphyteutam, ius ſuum vendentem, teneri illius conſenſum requirere, illiq; laudemium ſoluere, quæ ad directum dominium ſpectare ſatis cõpertum eſt? Cũ laudemiũ ſolùm deberi notũ ſit, quando ius in rem de vno in alium transfertur. Quarè, cum (vt ille ait) in hac ſpecie maneat, directum dominium ſaluũ, neceſſariò concedendum eſt, ad dominum, laudemium ſpectare, vt ius ſuum conſeruet.

50 Tertiò ab eodem Luſitano Valaſco, cauendum eſt, quatenus d. q. 13. nu. 12. col. fin. probat, penes primum emphyteutam, omnia iura dominicalia manere, quæ dominus habebat, licèt conſenſerit, ſaluo iure ſuo. Quem quidem conſenſum, dicit non differre, à ſimpliciter præſtito: quoniam, & iſte ſemper intelligitur, ſaluo iure ſuo, ex Curtio de feudis, 4. par. nu. 139. licèt contradicat Faber, à Valaſco improbatus, d. q. 13. ante n. 13. Quarè, etſi illa clauſula exprimatur, nihil operatur.

Cui ſententiæ, acquieſcere nullò modo poſſumus, quoniam per eam concedimus, quòd primus emphyteuta, ſecundum cõſtituens, de conſenſu dñi, plus iuris acquirit, quàm antea habebat, ſiquidem non modò vtilia tantùm, ſed iam directa iura obtinet, contra ſuã, atque domini intentionem, qui magis intellexit illius iura vtilia, per alienationem, minuere, quàm ampliare: quarè inducta ad diminutionem augmentũ, inducere non poſſunt, tx. in l. legata inutiliter. ff. de adim. legat. quod ipſe Luſitanꝰ intellexiſſe videtur, quatenus hoc firmat verum ibi, & num. 13. dummodò ſaluũ maneat, ius dñi directi. In quo ſibi parùm conſtat, ſtare enim nõ poſſunt iſta, quòd primus emphyteuta, habeat iura domini directi, & quòd illi non noceat. Satis nanq; nocet, ſi pręſtare conſenſum ille poteſt, per quem eximi à domini obediẽtia valet, vt ſupra probauimus, & per quem etiam dominus laudemio caret.

51 Hinc infertur, iuſtè reſoluiſſe Rotam antiquam, 862. venditã emphyteuſim, à ſecundo emphyteuta, poſſe dominum directum, ſibi retinere pro eodem pretio, quãuis primus emphyteuta, hoc idem ius prętendat habere. Cuius deciſionis, nõ meminit Luſitanus, in loco iam citato, etſi plurimùm ad rem, de qua agimus, faciat. Recenta enim ſentẽtia illius, iam neceſſariò oppoſitum erat fatendum: imò, quòd primus emphyteuta, in hoc iure præcedere debet. Si maximè conſideras, in hac ſpecie ineſſe, quoddã inconueniens, & abſurdum graue, cuius euitandi gratia, pro primo emphyteuta, potius videbatur reſpondendum, quoniam vt d. Rotæ deciſio conſiderauit, dominus cupiens retinere, nihil plus agit, quàm conari ſe dominũ directum, ſimul & vtilem videri reſpectu primi, cui ſoluẽda penſio eſt, quamdiu eius cõceſsio durabit, quæ quidẽ maxima eſt perplexitas, graueq; abſurdum, quod penes eundẽ detur directum, & vtile dominium formaliter, & diſtinctum, & nilominus Rota, pro domino directo reſpondet, imò quòd ille debet præcedere, req; ſi velit, retinere poteſt, primo emphyteutæ, obligatus reſpondere pro penſione, ſeu quolibèt alio iure reſeruato, vt ibi per eam, latiùs loquentem. Quapropter, in caſu, de quo agimꝰ, omne ceſſat abſurdum, & difficultas, quia non minùs ſecundum iuris regulas, penes dominum, quã penes primum emphyteutã, imò multò magis ſtare poteſt ius & poteſtas, auctorandi alienationem, laudemiuq; percipiendi, ad quod mehercule vir ille inſignis, minimè videtur aduertiſſe.

52 Non deniq;, admittendum eſt, quod d. q. 13. nu. 12. verſi. nec obſtabit, ille vir obſeruauit, inconueniẽs non eſſe, ꝙ penes duos detur eiuſdẽ rei vtile dominium, dũmodo alius alium tanquàm ſuperiorem reſpiciat, vt in caſu noſtro, ſecundus emphyteuta, primum reſpicit, Bal. in c. cæteri, n. 18. de iudiciis, quod & in

rebus dotalibus obſeruatur.

Harum enim dominium, penes vxorem eſt, vt in l. in rebus, C. de iure dot. tanquàm inferius, durãte matrimonio, & penes maritum, tanquã ſuperius, vt in l. doce ancillam, C. de rei vindi. Bald. in d. l. in rebus, n. 6. in fi. Paulus, d. l. doce ancill. n. 2. Faber, in §. adeo, n. 5 inſt. locati, Corraſius, in l. naturaliter, §. nihil cõmune, ff. de acq. poſſ. nu. 33. Ioan. de Amicis, conſi. 20. nu. 25. Pynellus, in l. 1. 3. par. C. de bon. mater. n. 12. Sic intelligẽs, limitandã regulam, l. ſi vt certo, §. ſi duobus vehiculum, ff. commodati, vt non procedat, quãdo penes duos datur idem dominium, diuerſis reſpectibus, quæ fuit ſententia Carol. Molyn. in conſuet. Pariſ. §. 1. gloſſ. 6. n. 4. & ſupra comprobauimus.

Hoc inquam, ad rem minimè facit. Quoniam etſi concedamus, id eſſe verum, & defendi poſſe, ſtare vtile dominium, inferius, & ſuperi⁹. Hoc quidem id (quod ille intendit) ſcilicèt proindè primum emphyteutam, eſſe requirendum, quando ſecundus vendit, nequaquam probat, quoniam (vt iam ſupra diximus) hęc ſunt iura dñicalia ad dominum directum pertinentia, nõ ad vtile. Inſuper, vt ille fatetur, ſecundus habet vtile dominium, ergo neceſſariò fatendum eſt, directum eſſe requirendum, per l. fi. C. de iure emphy. cum ſupra citatis.

53 Nec perpetuum eſt, quod ille dicit, dotalium rerũ dominium, penes maritum, & vxorem eſſe, durante matrimonio, quãuis penes vtrũq; manere, probare videatur, tx. in l. in rebus. 30. C. de iure dotium, huiuſmodi bonorum dominium, vxori tribuens, quod cum d. l. doce ancillam, iũcta glo. clarius probat, l. ſi prędium. 23. C. de iure dotium, in marito: quoniam noſtri cõmuniter interpretes, intelligunt maritum, verum eſſe dominum, quandiu matrimonium durat, per d. l. prædium, id planè probantem, ibi: *Cum rei tibi quæſitæ dominium auferre, minimè potuerit.* gloſſ. & omnes, in l. quanuis, ff. de iure dotium, & l. ſi conſtante. §. ſi maritus. ff. ſolu. matr. vbi Alexan. n. 3. gl. & omnes, in l. in rebus, C. de iure dotium, vbi Salyc. nu. 5. hanc ſentẽtiam cõem dicit, quod etiam firmat Nouellus, de dote. 8. par. priuil. 8. nu. 1. & in l. 1. ff. ſol. matr. nu. 227. Angel. & alii, in prin. inſt. quibus alien. licet Palacius, in cap. per veſtras. §. 43. Iaſ. in §. fuerat, n. 2. de actio. licèt cõtra cõem inſiſtat Corraſ. lib. 5. Miſcella. cap. 14. & in l. naturaliter. §. nihil cõe ff. de acq. poſſ. à nu. 33. & quidam alii quos refert Pynellus, in l. 1. C. de bo. mat. 3. par. poſt num. 13. qui elegãter, poſt nu. 14 pro cõmuni ponderauit, d. l. in rebus, quatenus nouè diſponit, quòd ſoluto matrimonio, dominium ad vxorem reuertatur. Quo verbo, planè præſupponit, dominiũ eſſe penes maritũ matrimonio conſtante, aliàs non deceretur ad eam reuerti, ſed magis eam, dominium continuare, vt cautum eſt lege Regia, lib. 4. tit. 7. ibi: *cõtinua a poſſe velba.* Nec obſtãt, iura in contrarium adducta, quoniam ſecundum cõmunẽ, reſolutionem, loquuntur impropriè reſpectu ſpei, quam habet vxor ſibi, ſoluto matrimonio, reſtituẽdæ dotis. Quam ſolutionem, licèt non videantur, pati verba, l. in rebus, C. de iure dotium, aduerto illum tex. loqui in re dotali, cuius ipſa vxor erat ante matrimonium vera domina, patet, ibi dum ſubdit, *Cum eædem res ab initio vxoris fuerant, & naturaliter in in eius permanſerũt dominio.* Quo caſu, defendi poteſt, veritatem obũbrari





iuris ſubtilitate non poſſe: vt in expreſſo voluit Corneus, vol. 3. conſil. 63. poſt. num. 4. qui in terminis dicit illum tex. hoc caſu loqui. Quarè, cum cõmuni reſpõdendum eſt, illud vxoris dominiũ eſſe fictitiũ, inefficax & inane, ſeu imaginarium, quale eſt illud, quod filius habet in vita patris per l. in ſuis, ff. de lib. & poſth. Is enim ibi dominus, dicitur impropriè, & ficto modo propter ſpẽ, quam habet illud dñium obtinendi, poſt mortem patris, quo arg. in d. l. in rebus, ſimiliter vxor dicitur, domina impropriè, propter ſpẽ quam habet cõſequẽdi dominium poſt mortẽ viri, vt poſt gloſſ. & alios, obſeruauit Pynellus, in l. 1. C. de bon. mat. part. 3. n. 12. fol. 85. & conuincit, quod eodem loco reſoluit idem Pynellus, n. 10. in fi. quoties reperiuntur eiuſdem rei duo domini, eorum alterũ dominũ eſſe fictum, & improprium, vt poſt Barto. Iaſo. & alios, ibi probat.

54 Sed vtiliter tamen, conſiderãdum eſt, quoniã verba d. l. in rebus, minimè hunc ſenſum, & intellectũ pati videntur. Magis enim docent, vxorem verã dominã eſſe, vt obſeruauit Corraſ. vbi ſup. & in l. ꝑ parte, ff. de ſeruit. n. 6. pag. 224. intelligens proindè quòd mariti dominium, ſolùm reſpicit harum rerũ dotalium adminiſtrationem, quam ipſe maritus habet, durante matrimonio, ſecundum quod procedunt, iura cõcedentia, marito dominium, quod plurimi alii, dd. voluerunt, verã dñã vxorem opinati, quorum meminit Pynellus, d. l. 1. C. de bon. mater. 3. p. num. 13. ad fin. cum ſeq.

55 Ex quibus ſatis colligitur, non eſſe tutũ quod Luſitanus Valaſ. d. loco voluit: vetiuſque videri, quod ſupra diximus, in ſecundũ emphyteutã, magis tranſire vtilis dominij, excercitium, quã vtile ipſum dominium. Quod facili negocio ego admito, ſemper manere penes primũ emphyteutam, ſibi illud reſeruãtem, licèt aliud cõmuniter DD. intelligãt, opinãtes penes ſecundum illud manere, quod nos per ſupra ſcripta non omnino probamus.

56 Ex quibus infertur, decidendi ratio, ad id quòd Bartol. obſeruauit, in l. ſiquis vi. §. differentia, n. 6. verſi. aliàs ſi aliud. ff. de acq. poſs. reſoluẽs eum, qui pręſcripſit rem aliquã, illã poſſe in emphyteuſim concedere, quamuis ſolùm vtile dominium habeat, ſecundum cõmunem, in auth. niſi tricẽnale. C. de bon. mater. tradit Valaſ. d. q. 13. poſt, nu. 10. vbi n. 11. verſic. ſed ſtatim, de ratione agit, Alexandrique rationẽ improbans, aliã minus iuſtam aſsignat. Rectiùs fortè dixiſſet, ex eo poſſe, rem præſcriptam in emphyteuſim concedi, quia emphyteutica conceſsio, facta ab eo, qui tantùm vtilis dominus eſt, ſolùm præſtat vtilis dominii exercitium, & vtilitatem per ſupradicta. Niſi dixeris præſcribentẽ, directum cõſequi dominium, non vtilitatem, vt notabiliter reſoluit Mencha. lib. qq. illuſtr. cap. 54 omnino videndus. Ex ſuperioribus igr, notabiliter reſoluitur, finita emphyteuſi, per generationem primi emphyteutæ, illius hæredibus, ſeu deſcẽdentibus, tanquàm ſucceſſoribus, obtinentis vtile dominium, renouatiõem fore concedendam, non verò hæredibus, ſecundi emphyteutæ, qui ſolùm habet exercitum illius, per ſupradicta.

# Quæſt. XIIII.

## SVMMARIVM.

1 *In renouatione rei emphyteuticæ, non requiritur ſolemnitas, quæ fuit adhibita, in prima cõceßione. Contra n. 3.*

2 *Solemnitas requiſita in actu conficiendo, non reqniritur in actu reficiendo.*

3 *In renouatione embyteuſis, noua adhibetur ſolẽnitas, nouusq; intercedit tractatus, res etiã emphyteutica de nouo æſtimatur per arbitratores electos, & alia ſolemnia adhibentur.*

*Conſenſus domini, & aliæ ſolemnitates, in prima conceßione adhibitæ, certi temporis, actusque limitationem concernũt, & vlterius prorogari nõ poſſunt.*

*Reficiens illud, quod penitus deſtructum eſt dicitur de nouo facere.*

4 *Renouatio emphyteuſis, eſt nouus cõtractus, non prioris prorogatio, nec extẽſio, nec reintegratur, ſed de nouo cõſtituitur.*

*Renouatio nouam, exigit ſcripturam, & reformationem, noua pacta, & ſolemnitas ad bibita, in prima conceßione nequa quam ad renouationẽ porrigitur.*

*Sed multi contra, prior tamen verior eſt ſententia.*

1 DVbium eſt non vulgare, an in renouatiõe rei eccleſiaſticæ, requirãtur debitę ſolẽnitates quę aliàs, in prima cõceſsione requiruntur, & adhibẽtur, de quibus, in c. ſine exceptione, 12. q. 2. & in auth. hoc ius porrectum, C. de ſacroſ. eccleſ. Et quidem eadẽ ſolemnitas, minimè neceſſaria fore vr̃, per tx. in c. 2. de feudis, ibi, *Liberè*, vbi DD. cõcludunt, infeudationem fieri poſſe, abſque ſolemnitate, aliàs neceſſaria, in alienatiõe, idem tenet Panormi. in c. vt ſuper. de reb. eccle. non alie. Romanus, cõſil. 70. viſis thema te. Paulus Caſtrenſ. cõſil. 136. viſo inſtrumento. Federi. de Senis, conſi. 109. quidam prælatus, Calderi. conſi. 1. in rubr. de his, quæ fiunt à prælato. & conſil. 11. ſuper rub. de feu. & ſic communiter tenent DD. feudũ ad eccleſiam reuerſum, poſſe de nouo ſine debitis ſolẽnitatibus infeudari, & cõſequẽter, ſolẽnitatẽ requiſitã in actu cõficiẽdo, nõ requiri in actu reficiẽdo. Confirmatur etiã hæc ſñia, ex his quæ tradit Paul. de Leazar, in clem. 1. de reſcript. vbi inquit, quòd qñ res reuerſa ad eccleſiã, infeudatur, non eſt noua infeudatio, ſed potiùs executio primæ. Fortius ſtringit tx. in cap. 1. iuncta gloſſ. per quos fiat inueſtit. vbi eſt tx. ſingularis, quòd minor vigintiquinque annis, qui nõ poteſt alienare abſque debitis ſolemnitatibus, poteſt tñ de feudo antiquo, ad ipſum reuerſo inueſtire. Subiicitq; rationem gloſſ. quia nõ alienat, ſed quod alienatũ inuenit, reformat, & maiorum ſuorum factum cõfirmat.

2 Inquam rem facit, quod tradit gloſſ. fin. in cap. cum acceſsiſſent, de conſtit. quã ibi obſeruãt communiter canoniſtæ, poſt omnes, Felyn. ad fi. ꝙ ſolemnitas, requiſita, in actu cõficiendo, non requiritur, in actu reficiendo: tradit idem Fel. in cap. conſuluit, de iudiciis, Alex. de Imo. in l. nuptiæ. ff. de ritu nuptiarũ, & prædictã ſententiam tanquam cõmunem tuetur Curtius de feudis, 2. p. prin. q. 1. n. 1. & n. 6. cũ ſeq. & eãdem quęſtionem tradit in terminis doctiſsimus Anto. à Gamma, deciſ. 36. Maxima. n. 6. idẽ etiã cocludit deciſio. 161. in fi.

3 Sed in propoſita ſpecie, contrarium praxis, & cõmunis vſus obſeruat, extincta enim generatione, req; emphyteutica, ad dominum reuerſa ſeu deuoluta, cum ſit renouatio, vltimi poſſeſſoris filio, ſeu hęredi, nouꝰ intercedit tractatus, reſq; emphyteutica, per arbitratores electos, ex partium cõſenſu de nouo inſpicitur, ac exploratur; emphyteuſis qualitas, bonitaſq;, ac demũ iuſta pẽſio, quotãnis ſoluenda, per eoſdem æſtimatur, ac definitur, nouusq; accedit domini conſenſus in renouatione, quæ poſtremò, per ſolemnem ſcripturam, & publicum inſtrumentum, celebratur. Quod iterum cõmuni ſtilo, & vſu paſsim, apud nos receptum eſt, tum etiam, Synodalibus conſtitutionibus, ordinariorum eccleſiaſticorum obſeruatur. Quarè & ſi cætera deeſſent, nihilominus hęc cõſuetudo localis, foret attendenda, quæ ſemper inſpicitur in huiuſmodi inueſtituris, ſeu renouationibus, vt in feudis de Gallia, teſtatur Ioãnes Faber in §. Item ſeruiana. verſi. quid de feudo, & in §. fuerat, inſt. de actio. cum aliis cumulatis ꝑ Decium, cõſ. 209. num. 9. Hyppo. Riminal. conſil. 257. incip. in hac, n. 11. vol. 3. pro qua ſentẽtia facit tx. in l. quod ſi nolit, §. qui aſsidua, ff. de ædil. edicto. vbi notat Veronenſis, quòd in cõtratibus, debet attendi conſuetudo. Facit etiã pro hac ſententia, non leue argumentum, quoniam cum conſenſus dñi, & aliæ ſolẽnitates, quæ in prima conceſsione interuenerunt, certi temporis, actusq; limitationem cõcernãt, vlterius prorogari non poſſunt: etenim, actus agentium nõ operãtur, vltra eorum intentionem, l. nõ omnis, ff. ſi cert. pet. iuncta l. in agris ff. de acquir. rerum domi. Vrget etiã tx. in l. nuptię, ff. de ritu nuptiarum, & in l. ſi vt proponis, C. de nuptiis, vbi ſolemnitas requiſita in primis, nuptiis, in ſecũdis etiam requiritur. Stringit etiam, cõmunis reſolutio Bar. & DD. in l. 1. §. ſiquis ædificiũ, & in l. de pupillo, §. ſiquis riuos, ff. de operis noui nuntiatio. vbi reficiens, illud, quod penitus deſtructum eſt, dicitur de nouo facere.

Et interminis, quòd illa ſolẽnitas, quæ à iure requiritur, in alienatione rei eccleſiaſticæ, ſit etiam ſeruanda in ratificatione, cõfirmatione, & renouatione alienationis: tradit Dominicus de ſancto Gemi. conſil. 128. nu. 5. & allegat notata per gloſſam, & Innocent. in cap. per tuas, de arbitr. & in cap. cum dilecti, de empti. & vendi.

4 Nouus igitur eſt contractus, renouatio emphyteuſis, non prioris prorogatio, nec extenſio, ideoq; proprius eſt, vt ſoluta iam cauſa emphyteuſis nõ redintegretur, ſed de nouo conſtituatur, argu. tex. in l. ſed ſi manente, ff. de precario, ibi. *Si verò prætерita die rogas, proprius eſt, vt ſoluta iam cauſa precarii, non redintegretur, ſed noua cauſa conſtituatur.* Quarè nouam exigit ſcripturam, & reformationem, & noua pacta, ſolẽnitasque adhibita in prima conceſsione, nequaquam ad renouationem emphyteuſis porrigitur: neq; in ea inducitur repetitio cõuentionis ex lapſu temporis, imò in ea plerumq; per arbitratores electos ad videndum, & menſurandum terras, & poſſeſsiões, pẽſio augetur: rarò autem, aut nunquam diminuitur, quoniam renouatio nihil cõmune habet, cum priore conceſsione. Ac proindè in praxi paſsim receptũ eſt,

eſt vt eadem, imò noua ſolemnitas adhibeatur, in renouatione, quæ à principio interuenit. Non enim cõditio primæ conceſsionis minui, aut immutari poteſt arg. tex. in l. labeo ait, 25. ff. de recept. arbit. ibi. *Et ideo cõditionem primi compromiſsi, nec minuere neque immutare poteſt.* Et hæc ſententia apud me, iure probabilior eſt, ac verior, quam in iudicando obſeruãdam fore cẽſeo. Licèt non diffitear, grauiſsimos auctores, in renouatione emphyteuſis, primæ cõceſsionis, ſolemnitatem, neceſſariã non eſſe, intrepidè aſſerere: eamque cõmunẽ ſententiam nuncupare, quam vltra Curtiũ ſupra relatum, tenuit Iodocus, in tract. de ſubhaſtat. poſt n. 34: & dicit communem Afflictus, in cap. 1. de cleri. qui inueſtit. fecit. n. 9 Deci° conſil. 329. ante n. 6. Alex. in l. etiã, n. 5. ff. ſol. matri. Ripa in l. filiusfamilias §. Diui, n. 65. ff. de legat. 1. Rebuff. de reb. eccle. non alien. n. 34. Grego. Lop. in l. 3. tit. 26. lr̃a. K. Par. 4. Viuius, lib. opinio. cõmuni. verbo: res ſolita, Gamma. q. 24. & 161. & Prępoſ. in c. 1. qui feud. dare poſ. poſt n. 13. Pro qua ſententia facit, quoniam renouatio non eſt alienatio, vt firmat Alex. cõſil. 79. vol. 1. quem refert Caſſaneus, in conſ. Burg. Rub. 11. §. 6. n. 29. tradit Decius, conſi. 329. ante n. 6. Facit etiã quia renouatio, eſt prioris cõceſsionis cõtinuatio, non noua conceſsio. Aluarus Valaſcus, de iure emphyt. quæſtione. 11. ante num. 16. Sed pręcedens ſententia, iure probabilior, eſt, & verior. Quod latius demonſtrabimus inferius, cum de acquiſitione emphyteutica tractabimus.

# Quæſt. XV.

## SVMMARIVM.

1 *Renouatio emphyteuſis, neceſſaria non eſt, nec poſſeſſorem adſtringit, ad interpellandum dominum, ſi emphyteuta probauerit poſſeſsionem ſuam annalem ſciente, & patiente domino, tunc enim obtinebit in poſſeſſorio.*

*Poſſeſsio emphyteuſis, adeo fauorabilis, vt pro poſſeſſore præſumptionem inducat.*

2 *Succeſſor vltimi poſſeſſoris, rei emphyteuticæ, ſi exiſteret in poſſeſsiõe pacifica, & per lõgiſsimi temporis ſpacium, vnicã, & vniformem penſionem, domino directo præſtaret, tanquàm emphyteuta, tunc propter renouationem non petitam intra annum expelli non poteſt, quoniã titulus emphyteuticus, præſumptus inducitur.*

*Triginta annorum ſpatio, poſſeſsor præſcribit feudum, contra verum vaſallum.*

3 *Licèt iuriſdictio ſolùm ſpatio triginta annorum præſcribatur, contra eccleſiam, tamen contra habentes iuriſdictionẽ, ab eccleſia præſcribatur legitimo tempore.*

4 *Titulus emphyteuticus, & inueſtitura præſummitur, & inducitur ſpacio triginta annorum, communis ſententia.*

*Ad inducendum titulum præſumptũ, tria requiruntur, ſcilicèt poſſeſsio triginta annorum, vniformis penſionis præſtatio, & allegatio inueſtituræ, ſeu tituli.*

5 *Titulus legitimus allegatus, præſummitur ex poſſeſsione diuturna, ſeu præſtatione, ſi allegetur ab eo, qui illam annuã præſtationem exigebat.*

6 *Diuturna præſtatio cenſus, ſeu penſionis, inducit probationem ſufficientem conceſsionis, in emphyteuſim. Et quantum tempus requiratur.*



8 *Si emphyteuta inſtrumentum emphyteuticum perdidit, probata poſſeſsione triginta annorum, & ſolutione penſionis, ex allegatione tituli, emphyteuſis ſolemniter conceſſa præſummitur.*

9 *Præſumpta inueſtitura, ſeu conceſsio, locum non habet, ſi poſseſſor per triginta annos penſionem non ſolueret.*

10 *Dominus poteſt reuocare feudum, alienatum per vaſallum, non obſtante præſcriptione longi temporis, non autem lõgiſsimi.*

*Res prohibita alienari, licèt præſcribi non poſsit longo tempore: poteſt tamen longiſsimo.*

11 *Forma articulandi, cũ iudicio proponẽda eſt ab aduocatis, in qua ſola poſſeſsionis quadragennariæ, allegatio non ſufficit, niſi etiam allegetur titulus.*

12 *Ex poſſeſsione decennali, præſummitur titulus allegatus, accedente præſtatione diuturna, & ſic cum interuenit traditio, aut factũ eius, cõtra quem præſcribitur.*

*Soluens alteri ad titulũ emphyteuſis, vnicam, & vniformem penſionem, quotannis, per decennium, præſummitur emphyteuta, licèt inſtrumentum emphyteuticũ non appareat.*

*Poſſeſſor, ſi aſſerat ſe titulo iuris, dumtaxat eſſe tutum, ex tempore longiſsimo, quæſito, vel allegat præſumptam emphyteuſim, tunc non cogitur edere inſtrumentum emphyteuticum.*

13 *Quando cum antiquitate temporis concurrit, alia præſumptio, putà poſſeſsio, vel quaſi longi temporis, ſciente, & patiente aduerſario, tunc tempus decem annorum, dicitur de antiquo, & illud ſufficit, vt ſolemnitas interueniſſe præſummatur.*

*Aſsidui actus, & continuatio poſſeſsionis facit præſummi ſolemnitatem, & titulũ.*

14 *Interpretata l. cum de in rem verſo, ff. de vſuris.*

15 *Poſſeſsio quadragennaria, non ſuffragatur, nec titulum præſumptum poſſeſſori tribuit, quando terræ, & poſſeſsiones eccleſiæ pertinent ad menſam abbatialem. Seu ad ſedimina eccleſiarum, ſeu paſſalia, vt vulgo vocant.*

*Extrauagans Ioannis. 22. de rebus eccleſ. apud nos in his paſſalis vſu recepta eſt.*

*Quando actus, ſine conſenſu Papæ, fieri non poteſt, allegari non poteſt temporis diuturnitas, niſi allegetur ſcientia, & patientia Papæ.*

16 *Temporis curſus, ſupplet defectum tituli, in alijs rebus eccleſiarum, & inducit præſumptionem tituli.*

17 *In beneficialibus etiam temporis diuturnitas, inducit titulũ præſumptũ, vt beneficiarius illũ minimè oſtẽdere teneatur.*

*Beneficiarius, ſi per decennium beneficiũ poſsideat, præſummitur titulus.*

18 *Promotio ad ſacros ordines, præſummitur ex diuturnitate, temporis, quando quis per longum tempus, in beneficio ſeruiuit, tanquàm promotus, & hoc quãdo eſt poſſeſſor beneficij, ſecus ſi ſit actor.*

19 *In beneficialibus tempus longiſsimum, triginta, vel quadraginta annorum, ad inducendum titulum præſumptum requiritur.*

20 *Curſus quadraginta annorum, in beneficijs adeo operatur, vt beneficij ſtatum omnino mutet, vt beneficium ſeculare, in regulare transformetur. Et è cõuerſo.*

21 *Eccleſia non curata, præſummitur ex poſſeſsione quadragẽnaria, & vltimus ſtatus beneficij conſiderandus eſt.*

*Beneficium ſeculare, qualiter intelligatur. Et quantum temporis neceſſarium ſit?*

22 *Quòd in beneficijs titulus non præſummatur ex temporis diuturnitate, nec in his habeat locum fictio. l. cum de in rem verſo.*

*In beneficijs poſſeſſor, non iuuatur temporis præſcriptione.*

23 *An temporis diuturnitas, ſicut in emphyteuſi, ita & in colono titulum præſumptum*

*ſumptum gignat, ac conſtituat, & colonum tueatur, aduerſus dominum rẽ vendicantem.*

24 *Colonus ob melioramenta expelli non poteſt.*

25 *Ex conceſsione emphyteutica, vtile dominium quæritur.*

*Poſſeſsio probatur per receptionem penſionis.*

*Vtile dominium, penes duos inſolidum eſſe non poteſt.*

26 *Emphyteuſis, ſi mihi prius concedatur, & poſtea eadem tibi fuerit conceſſa per annale ſilentium, poſterior conceſsio cõualeſcit. Vel primus emphyteuta, ſi ſecundum patiatur per annum, cadit à iure ſuo. & nu. 37.*

27 *Colonum longiſsimi temporis diuturnitas tuetur, in poſſeſsione, & ita ſæpius iudicatum in hoc ſenatu.*

*A ſæpius iudicato recedendum non eſt.*

28 *Melioramenta plurimùm iuuant, reum ne expellatur.*

29 *Colonus eccleſiæ remoueri ab emphyteuta non poteſt.*

*Ius coloniæ, præſcribitur triginta annis.*

30 *Diuerſis reſpectibus poſſunt dari plures vtiles domini.*

31 *Examinata deciſio doctiſsimi Antonij à Gamma. q. 297. & in duas partes diuiſa.*

32 *Reus allegans titulum emphyteuticum, & perpetuum, quid allegare debeat.*

33 *Res ſterilis, poteſt in emphyteuſim perpetuam concedi.*

34 *Colonus reſpiciens emphyteutã immediatè, nõ eccleſiam, rem emphyteuticam meliorans, & expendens in vtilitatem emphyteutæ, illius negocium gerere videtur.*

35 *Colonus eccleſiæ, à particulari ſucceſſore remoueri non poteſt.*

36 *Quando poſſeſsio actoris eſt antiquior, illa præfertur.*

37 *Primus emphyteuta, ſi ſecundum patiatur, per annum cadit à iure ſuo.*

38 *Perpenſa deciſio Gammæ, deciſ. 329.*

*Emphyteuta poteſt alium emphyteutã facere de conſenſu domini.*

*Emphyteuſis, vbi reperitur ab epiſcopo conceſſa, nec conſtat de conſenſu capituli, longiſsimi temporis ſpacium ſufficit ad illum inducendum.*

39 *Scientia, & patientia domini, neceſſaria eſt.*

40 *Colonus, ex poſſeſsione triginta annorum, acquirit ius quoddam perpetuæ coloniæ, ne quomodo à poſſeſsione expellatur. Contra num. 31.*

*Diſcuſſa Gammæ deciſio, q. 26. n. 5.*

41 *Colonia non præſcribitur aduerſus Baldum.*

*Coloni detentores ſunt, non poſſeſſores, nec præſcriptionem allegare poſſunt.*

*Intellecta l. male agitur, C. de præſcr. 30. annorum.*

42 *Quæ conſiſtunt in facultate, non præſcribuntur.*

*Beneficiũ manuale, non efficitur irreuocabile, ex eo, quòd prælatus diu permiſit illud penes aliquem manere.*

43 *Beneficiarius ſolitus habere certos coadiutores, eos remouere poteſt. Licèt per tempus longiſsimum, illos habuerit, & paſſus fuerit.*

44 *Colonus videtur reconducere eandem rem, cum qualitatibus primæ cõductiõis.*

45 *Hæres coloni nõ poteſt præſcribere, niſi interuertat poſſeſsionem.*

46 *Quando conſtat de initio tituli coloniæ, negatur poſſeſsio.*

47 *Contractus coloniæ perpetuæ, non eſt in vſu in his regnis, nec alibi, nec ad vitã coloni, poteſt defendi locatio cõtra Gãmã.*

48 *Baldus, an dixerit coloniam perpetuam præſcribi poſſe.*

*Locati actio, 30. annis præſcribitur, poteſt tamen colonus rei vindicatiõe cõueniri.*

49 *Fallit, ſi colonus allegat coloniam perpetuam.*

*Ex poſſeſsiõe 30. annorum, inducitur perpetua colonia, ad inſtar emphyteuſis.*





1 RENOUATIO emphyteuſis, licèt poſt generationem finitã, intra annum petenda ſit, aliquando tamen neceſſaria non eſt, nec poſſeſſorem adſtringit, ad interpellãdum dominum, ſi emphyteuta probauerit poſſeſsionem ſuã annalem ſciente, & patiente dño: tunc enim debet obtinere cõtra dominum, mouentem ei quæſtionem in poſſeſſorio, ſuper inueſtitura. Quarè, poſt annũ non poteſt dominus ſuam manum iniicere ad emphyteuſim, vel eam apprehendere, nec propter non petitam renouationem, vel inueſtituram, controuerſiam mouere, ſuper poſſeſsione, ita Geminianus, conſil. 14. ad fi. ſequitur Caſſan. in conſuet. Burgund. rub. 3. §. 1. verbo, *dedans lean*, n. 1. facit, quoniam poſſeſsio; in emphyteuſi adeò eſt fauorabilis, vt pro poſſeſſore præſumptionẽ inducat, vt in ſimili in feudo reſoluit Boeri⁹, in conſuet. Bituricenſ. tit. *des fiedz*. §. 15. glo. 1. & hæc ſuperioribus, tanquã poſtrema limitatio adiungi poteſt.

2 Minor in hoc eſſet difficultas, ſi finita emphyteuſi, per generationẽ finitam, accederet longiſsimi temporis lapſus, hæreſq́; , ſeu ſucceſſor vltimi poſſeſſoris, in poſſeſsione pacifica rei emphyteuticę, citra domini cõtrouerſiã exiſteret, ac p ſpaciũ longiſsimi temporis, vnicam & vniformem penſionẽ, directo dño præſtaret, tanquàm emphyteuta. Tunc enim, propter renouationem non petitã poſſeſſor expelli nõ põt, quoniã conceſsionis titulus præceſsiſſe præſũmitur, & pindè titulus emphyteuticus præſumptus, inducitur tex. in cap. 1. §. ſiquis per triginta, ſi de feudo def. cont. ſit inter dom. & ag. vaſ. *Siquis* (inquit) *per triginta annos rem aliquam, vt feudum poſsèdit, & ſeruitium domino exhibuerit, quanuis de ea re non ſit inueſtitus, præſcriptione tamen triginta annorum ſe tueri poteſt.* Ecce ibi tex. qui clarè præſupponit non eſſe neceſſariã renouationem poſſeſſori longiſſimi tẽporis, dum ſubdit: *Quãuis de ea re nõ ſit inueſtitus*, per quem tx. obſeruant Scribẽtes, feudum præſcriptione acquiri, dummodo tria concurrant, ſcilicèt, quòd quis poſſederit, rem tanquã feudalem, per ſpacium triginta annorum, ſecundò quòd ex dicta re præſtiterit ſeruitia, tanquã de re feudali, dicto tempore.

Tertiò, quòd poſſeſsio triginta annorum fuerit vniformis, ideſt habita ſemper tãquàm feudalis, vt aduertit ibi Affl. not. 3. n. 9. idem Affli. in c. fi. nu. 4. de feudo. dato in vicem legis cõmiſſ. quibus in locis admonet, aduocatos, vt diligenter aduertant, de hac re agentes, vt articulos proponant, in forma allegando titulum à principio fuiſſe conceſſum, & tradit Decius, conſil. 144. & Fely. in c. ad audientiam, de præſcriptio. Alex. conſi. 118. vol. 2. & tradunt plures relati per Roll. à Valle, conſ. 3. n. 79. vol. 1. vbi reſoluit, q̧ triginta annis poſſeſſor præſcribit feudum, cõtra verum vaſallũ: adeò quòd ſi vaſallus, poſtea agat cõtra poſſeſſorẽ, debet propter pręſcriptionem ſuccumbere, ſequitur Iaſo. conſ. 57. vol. 1. & not. Decius, conſi. 266. col fin. & conſi. ſeq. col. 3. Curt. Sen. conſi. pen. & Brun. conſ. 7. & Roma. conſi. 166. viſis, & poſtremò, hanc ſententiam, tanq̃; veriorẽ tenet Caſſa. in cõſuet. Burg. rub. 3. §. 1. verbo, *de dans lean*, nu. 16. & videndus Deci. conſi. 329. nu. 3. & Alciatus, de præſumptio. pręſumptio. 17. nu. 3, parte. 2. & Præpoſitus, in cap. 1. quid ſit inueſtit. ante nu. 6. vbi videtur repugnare.

3 Facit pro prædicta ſententia, ꝙ notat Bar.in l.ſi ſponſus. §. in vectigalibus.ff. de publica. vbi inquit, ꝙ licèt iuriſdictio,ſolùm ſpacio cẽtum annorum pręſcribatur, cõtra eccleſiam,tamen contra habentes iuriſdictionem ab eccleſia, præſcribitur legitimo tempore,quod tenet etiã Angel.& Imola, in l. vſucapionem, & in l.quanuis. ff. de vſucap.& Bald. in l.ſicuti, C. de pręſcrip. 30. vel 40. annorum.

4 Et prædicta reſolutio, quòd titulus emphyteuticus, & inueſtitura præſummatur, & inducatur ſpacio triginta, vel quadraginta annorum, eſt cõmunis ſententia,ſecundum Alciãtum,in l.ſi certis annis,C.de pact. verbo. in poſterũ, tradit Donellus, de vſuris,pag.17.Paulus Pariſ.lib.4. col.1.vol.4.Caſſan. qui alios refert, in conſuet.Burg.rub.11.§.2.nu. 19. & concordat Petrus Iacobus,in praxi, tit.de condict. ex lege. 2. C. de iure emphyt. fol. 62.col. 4. & nouiſsimè Meneſius,in l.2.C.de ſeruitut.nu.21. Semper enim iſte titulus, in quacũque materia, in qua volumus inducere titulum pręſumptum,debet allegari,quod affirmat Mẽchaca, lib. 2.qq.illuſtr.cap.84.nu.34.

Requirũtur igitur tria, ſcilicet poſſeſsio triginta annorum.

Et vniformis penſionis pręſtatio.

Et allegatio inueſtituræ, ſeu tituli emphyteutici,prout in feudo reſoluit Affli.in d.§.ſiquis per triginta,nu.16.ad fi.verſi.ſed in contrariũ. Quarè exiſtens in poſſeſsione emphyteuſis, conuentus à domino rei vindicatione, poteſt excipere ſe inueſtitum,de emphyteuſi,vel habuiſſe titulum renouationis à vero domino, & ſe ei penſionem exoluiſſe, per triginta annos, aduerſario præſente,& tacẽte,& in eadem ꝓuincia cõmorãte. Tũc enim licèt inueſtiturã,ſeu conceſsionis titulũ, vel renouationem,non probet, ſed tantùm poſſeſsionem triginta annorum, cũ præſtatione penſionis,erit ſecurus, quoniam per poſſeſsionem tricennalem,cum præſtatione canonis, & allegatione inueſtituræ,ſeu renouati tituli,licèt non probetur,pręſummetur inueſtitura,ſeu renouatio, vt tenet andr. de Iſer.in d.§. ſi quis per triginta. & ibi Affl.3.not.nu. 9. & in cap.1.in fi.de capit.Corr. Alex. cõſi. 136.viſo,& examinato,vol.1.

5 Facit cõmunis ſentẽtia, quæ habet, quòd titulus legitimus, allegatus,præſummitur ex poſſeſsiõe diuturna, ſeu præſtatione, ſi allegetur ab eo, qui illam annuã præſtationẽ exigebat,per tex.in l.cum de in rem verſo.ff.de vſuris,verbo,longo tempore,& ita tenent ibi glo.Bart.& aſſerit cõem opinionem Florianus,ad fi. glo.magn.& ibi Bar.n.6.in l.ſeruitutes.4.ff.de ſeruitutib.Abb.conſ. 6. in quæſtione,verſi.tertium,vol.2.gl. &Bar.in l.1.§.fi.ff.de aq.plu.arcen.gl. & cõiter đđ.in l.creditor,C.de vſur. gl.& ibi đđ. in l. ſi certis annis,C. de pact. & eſt cõis vtriuſq; ſcholæ ſñia, & reſolutio,ſecundũ Pau.Caſt.in d. l.ſeruitutes,ad fi.& Ioa.And.& alios in c.peruenit.de cenſib. & Innoc. in c.ſi diligenti,de reſcr. & cõem dicit Feli.in c.de quarta, de præſcr. n. 41. ſeqr̃ Cœpola, de ſeruitutib.vrbano. prædio.c.19.n.6.& cõem ſñiam dicit Alcia.d.l.ſi certis,& ibi Curt.Sen. n. 12.& Goza.n.7.Curt.Iun.n.19.& ibi Rymin.col.3.& Iaſ.n.7.Decius,n.12. Alex.7.Roma.22.Iac.à.S.Georg.nu. 12.& Areti.col.2. & ante eos Petrus Iaco.Butr.Cynus,Bar.Fab. Alberi.& Odofred. Quòd ſi in exigente diuturnitas temporis,& poſſeſsio cũ allegatiõe,titulũ inducit, quãto fortiꝰ id, & in emphyteuta procedit, vel in poſſeſſore, qui 30. vel 40. annis, poſsedit præſtando, vnicam, & vniformem penſionem!



6 Et magis in ſpecie,quòd diuturna præſtatio cenſus,ſeu pẽſionis inducat, probationem ſufficientẽ cõceſsionis,in emphyteuſim, vel feudum,voluit glo.mag.ad fi.in l. 2.C. de iure emph. quã ſequũtur ibi Bal. Ioan.Fab.Ang.Saly.& Iaſo.idem tenet Speculat.tit. de locato. §. nunc aliqua,verſi.64. Barto. & Salycetus, poſt Cynum,in l.cõperit,C. de præſcrip.30.vel 40.anno.idem Bart.in l. cum de in rem verſo,ff.de vſur.& ibi Bal.& Salyc.q.6.idem Barto. in l. iubemus,C.de fund.patr.lib.11. & in l. litibus,& ibi Angel.& Ioan. de Platea,col.2.C.de agri.& cenſ.lib.11.idẽ Bar.in l.ſolẽt.§.1.ad fi.ff.de off. proconſ.& in l.3.§.ex contrario,col.2.in prin.ff.de acq.poſſ.Bal.in l. cum notiſsimi.§.vlt.C.de præſcr.30.vel. 40. anno. Bal. & Ange.in l.malè agitur, C.eod.idem Bal.& Ange.in l.qui in aliena.& ibi Imola,& Alex.verſ.item infero,ff.de acq.hæred.idem Bal. in l.neq;,C.de vſufr. & in l. ſi certis annis,in fi.C.de pact.& in c. vlt. tit. de feudo dato in vicem legis cõmiſ. vbi eſt tex.& in c.1.§. ſiquis per 30. ſi de feudo fue.contro.& in c.cum eccleſia Sutrina,de cauſa poſſeſ.& propr. & conſi.24.ſubtiliter tractata ſunt, vol.4. Anchar. conſ. 422. quidã ſeruus,Roma.cõſi.27.poſito ꝙ dñium rei,col.1.Angel. in §. emphyteuſim, col.2.verſi.ſed tunc quæro, in auth. de alie.& emphy.idem in l.qui luminibus,ff.de ſeruit.vrba. prædio. & in l.prętor,in prin.& ibi đđ.ff.de edendo,Abb.in c.ad audientiã,de pręſcr. & conſi.82.conditor es oĩum, verſi. ex his concludo,vol.1.Curt. Senior. cõſi.25.tria ex facti narra. poſt prin. Soccin.conſ.50.ſubtiliter,col.2.verſ. & licèt,vol.4.Paul.Caſtr.conſil.213. viſo pũcto,col.2.vol.2.Iaſo.in l. ſciẽdum, verſicu. octauò tñ facit.ff. de verbo.obl.vbi eam glo.dicit ſingul. & cõiter approbatam, Alex.conſil. 79.circa primum,col.3.vol.1.& cõſi. 51.in cauſa ſpectabil. col. 2. vol. 2. & conſi.169.viſo themate,col.2.vol. 2. & conſi.8.attentis his,vol.7.Alexandri. in c.vaſallus,col.2.ſi de feu.fuer. contro.inter dom.& agna.

7 Et licèt pleriq; ex his auctoribꝰ, quos ſupra retulimus de 30. vel 40. annis loquantur, alii ſimpliciter de diuturna ſolutione,ſeu de longo tẽpore,ſine alia certi tẽporis præfinitiõe:multi etiã in hoc decem annorum,ſolutionem ſufficere, expreſſè aſſerunt,Bald.in l.1.q.4.& rurſus, in verſ.nota ꝙ ille, ff. de rerũ diuiſ.idẽ Bal.in l.1.verſi.pone quidã ſoluit eccleſiæ.C.de fideicõ.per tx. d. l. litibꝰ, idem Bal.in l.ſi certis annis, verſi. & iſta ſunt multùm notãda,C.de pact. & ibi expreſsius Iaſ. verſi.quartò facit:ante illos Specula.tit. de feud. §. quoniã,verſi.tertiò quæritur,in fi.& in §.vlt.verſ.cœterùm,ſi homo meꝰ, ad fi.Ioa.Fab.in §.ſeruitus, verſi. ſed an per curſum, inſtit.de iure perſonarum. Vbi tamen aſſerit, hoc procedere cum titulus allegatur, iuxta d.l.cum de in rem verſo,ff.de vſuris, Paul. Caſtr. loquens in emphyteuſi eccleſiaſtica, in l. ſicuti, §. ſed ſi quæritur,ff.ſi ſeruit. vindi. Panorm. conſi.74.ciues quidam,vol.1. Antonius de Butrio, in repet.cap. peruenit,de cẽſibus, vbi ad hoc allegat tex. in cap. 1. de conſ. recti feudi, & in cap.1. quomodo olim feud. poteſt alien.Alexand.conſilio.113. viſo, & diligenter,volu.4.& conſilio 50. in cauſa, & lite,ad finem,vol.5.& conſilio.124.conſideratis his, verſiculo

& pręſupponitur, eod. vol. 5. Decius conſil. 46. dubia de quibus, verſic. & cum pro tali vinea, & in cap. bonę verſic. contra ipſum verò ſoluentē, de appellatio. Circa hoc tamen videndus Baldus, conſil. 116. columbinus dedit, vol 1. & Iaſo. d. l. 2. verſi. in ea gloſſ. in fi. C. de iure emphy.

8 Facit in confirmationem prędictorum, quod traditur de emphyteuta, qui inſtrumentum emphyteuticum perdidit, nam probata poſſeſſione triginta annorum, & ſolutione penſionis, ex allegatione tituli præſummetur emphyteuſis ſolemniter conceſſa, vt not. in l. 3. C. de iure emphyt. tradit Affl. d. §. ſiquis per triginta. notab. 3. num. 10. quoniam ex longa poſſeſſione, præſummuntur omnia, ſolemniter acta, ſecundū Bal. in c. 1. agnatus, vbi allegat glo. & Cynū, in l. 1. C. qui admitti, & notat Angelus, in l. ſciendum. ff. de verbo. obligatio. Et ius iſtius præſcriptionis, ſeu præſumptæ inueſtituræ extenditur, vſque ad tertiam generationem, ſicuti emphyteuſis intelligitur conceſſa, vſq; in tertiam generationem, de quo per Bal. in c. quædam, de feudo dato in vicem legis cōmiſſ. quamuis aliud conſtitutione Bracarenſi. 2. tit. 19. de emphyteuſi, & alienatione rerum eccleſiaſticarū, cōſtitutum ſit, de qua nos latius egimus, lib. qq. forenſ. & contr. ciuil. Et quòd ex poſſeſſione 30. annorum, cum allegatione tituli non probati, pręſummantur oīa ſolemniter acta, faciunt notata per Angel. in repet. l. ſi certis annis. C. de pact. iuncta d. l. cum de in rem verſo, & per Cano. in cap. licèt cauſam, de probat. & in cap. peruenit, de cenſib. & Bald. in l. indicia, C. de rei vindi. & Barto. in l. Celſus. ff. de vſucapio. Quarè præſumpta inueſtitura, naſcitur ex poſſeſsione. 30. annorum, ſiquis tāto tēpore penſionem præſtitit, tanq̄3 emphyteuta, ꝙ in ſimili, & in feudo reſoluit Affli. d. notab. 3. n. 12. vbi allegat tex. in cap. 1. de conſ. recti feudi, & in cap. fi. ſi de inueſti. inter domi. & vaſ. lis oriatur, & Baldum, in c. fin. col. 2. de feudo dato in vicē leg. cōmiſſ. & Alex. cōſ. 136. & 168. vol. 2.

9 Illud autem aduertò, ꝙ hęc pręſumpta inueſtitura, ſeu renouatio, vel conceſsio, locum nō haberet, ſi poſſeſſor, per 30. annos penſionem nō ſolueret, nā deficiente præſtatione annua penſionis, illa quoq; deficit, l. cum hi, §. ſi prætor. ff. de tranſa. ibi: *Dicendum eſt, quāuis de quibuſdā quæſierit, tranſactionē eſſe irritā*, iuncta gloſ. verbo. irritā, quæ obſeruat, totū habere pro irrito, cum quid de faciendis omittitur, tex. etiā in l. hæredes, §. an ea. ff. fam. herciſc. & in l. Diuus, ff. de in int. reſt. ibi: *Etſi nihil facilè mutandū eſt ex ſolemnibus*, & l. 1. §. edere, ff. de edendo. Item quia diſpoſitio non ſequitur effectum, ante impletā conditionem, l. Plautius, vbi Barto. ff. de cond. & demonſtr. tx. in l. ſi pater, C. de inſtit. & ſubſt. ſed penſio ꝓ emphyteuſi eſt modus, ſiue cōditio, veluti ſeruitium pro feudo, vt dicit And. de Iſer. in c. 1. §. eſt, & alia iuſtior quæ ſit pri. cau. benef. amitt. ergo, ſi cōditio nō euenit, nō eſt ꝑfecta pręſcriptio, ad inducendū pręſumptum renouatiōis titulū, ſeu inueſtiturā.

10 Nec prædictę reſolutiōi, obſtat tx. in c. 1. §. præterea, de capi. Corra. vbi nulla obſtāte pręſcriptione, dn̄s poteſt reuocare feudum alienatum per vaſallum, tx. in c. 1. de proh. feu. alien. per Federi. & tradit Andr. de Iſer. d. §. præterea, Soccin. conſi. 86. verſi. tertiò, & vltimò, vol. 1. Rollan. à Valle, conſ. 3. n. 18. vol. 1. Quoniā illa iura intelliguntur de pręſcriptiōe



longa, non autem de longiſsima, vt ibi per Præpoſ. Aluar. & alios, & Rolan. vbi ſup. n. 80. tradit Caſſan. in cōſuet. Burg. rub. 3. §. 1. verbo, *de dās leā*, n. 14. & 15. Secundò non obſtat prædictæ reſolutioni, ꝙ tradit Bart. in l. vbi lex. ff. de vſucapio. & in l. 1. C. de vſucap. pro empto. & in l. 2. §. ſi à pupillo. ff. pro emptore, & in l. alienationis verbum, ff. de verb. ſig. quibus in locis reſoluitur, ꝙ vbi prohibita eſt alienatio, ibi eſt etiam prohibita præſcriptio. Sed res emphyteutica eſt prohibita alienari, vt in l. fi. C. de reb. alie. nō alie. & in l fin. C. de iure emph. & idem in feudo probat tex. in c. 1. de proh. feu. alie. per Lothar. & c. 1. de proh. feu. alie. per Fede. Nā ea Bartoli traditio nō habet locum, in eo caſu, quo alienatio poſset fieri adhibita certa ſolēnitate. quoniā vbi interueniēte certa ſolēnitate, poſſet alienatio fieri, ſimiliter etiā in illa re potuit cadere præſcriptio. ita notāt Bart. & alii, in l. fi. C. in quib. caſib. in int. reſt. nō eſt neceſ. DD. in l. filiusfa. §. Diui. ff. de leg. 1. vbi dicunt, quòd res, quæ prohibetur alienari per teſtatorem, poteſt præſcribi, quando interueniente conſenſu eorum, in quorum fauorem facta fuerat prohibitio, facta fuiſſet alienatio, quod etiam notat Soccin. conſi. 266. vbi concludit, quòd quando res emphyteutica, non eſt prohibita, ſimpliciter alienari, ſed eſt ꝓhibita, niſi adhibeatur certa ſolemnitas, de qua in l. fin. C. de iure emphy. quòd poterit præſcribi ad minus longiſsimo tempore. Faciunt notata, per eundem Soccin. conſi. 251. vol. 1. vbi tenet, ꝙ illud quod dicitur, rem prohibitam alienari præſcribi non poſſe, procedit in præſcriptione longi temporis, non autem longiſsimi, accedit quod tradit Iaſo. conſi. 57. col. pen. vol. 1. vbi inquit, quòd res feudales, quæ prohibentur alienari, poſſunt præſcribi tempore longiſsimo: ſicut res ſubiectæ reſtitutioni fideicōmiſſi, quæ licèt non poſsint alienari, tamen non prohibentur, præſcribi lōgiſsimo tempore, allegat Paul. Caſt. in l. fi. § pen. C. cōmuni. delegat. tradit Rolland. à Valle, conſ. 3 num. 86. vol. 1.

11 Ex quibus concludo in propoſita quæſtione, formam articulādi in iudicio exactè, ꝓponendā eſſe ab aduocatis, in qua ſola poſſeſsionis quadragennariæ, allegatio non ſufficit, quę, niſi etiam allegetur titulus expreſſus inueſtituræ, ſeu conceſſionis, ad inducendum titulum, pręſumptum, potens non eſt, ex Afflicto, & aliis, de quibus ſupra. Nec enim ſolus temporis curſus præſtare, aut tollere obligationem poteſt, l. non quemadmodum, ff. de iudiciis, aut titulum præſumptum inducere, l. nullo. C. de rei vendi. & l. vni. C. de vſucapio. transfor. neque quicquam ſuffragaretur poſſeſſori conuento, allegatio, ſe iuris emphyteutam vocanti, nec allegare, titulum expreſſum conceſsionis, ſeu renouationis, vt proindè, emphyteuta præſumptus dicatur; niſi ſimul ab eo fuerit allegatum; & probatum, quòd per tempus quadraginta annorum, tanquàm emphyteuta ſoluit certam, & determinatam, & vniformem penſionem, & quòd ab eo, tanquàm emphyteuta, dominus directus, eam penſionem receperit. Hæc enim qualitas, eſt omnino probanda, aliter reus obtinere non poteſt, vt expreſsè reſoluit Decius, conſi. 144. num. 3. & Petrus Iacobus, in ſua praxi, fol. 62. col. 4. Balbus, de Præſcriptionibus, 1. parte, 3. partis, quæſtio. 10. num. 22. & 4.

& 4 p.4.par.q. 9. Alexand. conſ. 113. vol. 4. & cõſ.169.vol.2.& ita, intelligitur tex. in d. §. ſiquis per 30. vt ibi docent Bald. Aluar. Præpoſ. Affli.& alii, & idem Affl. in cap.1.notab. 4. ſi de feud.fuer.contro.

12 Sed & in prędicta ſpecie ex poſſeſsione decennali, præſummi titulum allegatum, accedẽte præſtatione diuturna, & ſic cũ interuenit traditio, aut factum eius, contra quem præſcribitur, tenuerunt Iacobus de Aret. Petr. Cynus, Bulg. Bald. Ange. in repet.& Iaſ. in l. ſi certis annis, C. de pact. Iacob. de Rau. Petr. & Cyn. in l. pen. C. commu. diuid. Barto. in l. Celſus, ff. de vſucap. verſ. habes ergo probare, & in diſputatio. incip. mulier habens, ad fin. Bal. & Ange. in l. qui aliena. ff. de acq. hære. & in l. ſeruitutes prædiorum ruſticorum, ff. de ſeruit. Bal. in l. cum de in rem verſo. ff. de vſur. in lectu. antiq. & in l. 1. verſi. quæro nunquid poſsidens, C. de fideicõm. & in l. ſolent. §. non verò, verſi. nono quæro, ff. de off. proconſ. & in cap. ſiquis, verbo, per vnũ annum, ſi de inueſtit. inter domi. & vaſ. fuer. contro. & conſi. 100. mulierem maritus, vol. 4. Florianus, in d. l. cum de in rem verſo, Barbat. conſ. 28. omnipotẽtem, verſi. etſi dicatur, vol. 4. Imol. & Roma. in l. in ſumma, §. vlti. ff. de aqua. plu. arcend. Petrus Ferrar. in forma libelli, pro hæreditate, vel re ſingulari, diuidenda, verbo, cõmuniter, & pro indiuiſo, col. 2. & hanc ſententiam videtur ſequi doctiſsimus Valaſcus, de iure emph. q.8. num.18. vbi reſoluit, quòd ſiquis ad titulum emphyteuſis, ſoluat alteri vnicam, & vniformem penſionẽ, quotannis, per decem annos, præſummetur conceſſa emphyteuſis, licèt inſtrumentum emphyteuticum non oſtendatur, iuxta l. cum de in rẽ verſo. ff. de vſur. & tradita per Iaſo. & alios, d. l. ſi certis annis. Quia lex ita pręſummit, vt per ſcribentes ibi, quæ eſt liquidiſsima probatio, gloſ. & Bal. in l. ſi tutor, C. de peric. tut. cũ aliis citatis ꝑ Tira. in l. ſi vnq̃; verbo. donatiõe largitus, n.133. C. de reuoc. don. & plura ꝑ Beroium, q. famil. 90. vtrum filiatio, ex nu. 6. Iaſo, in l. licèt imperator, num. 8. ff. de leg. 1. Quarè ſi poſſeſſor aſſerat ſe titulo iuris, dũtaxat eſſe tutum, ex tempore lõgiſſimo, quæſito, vel alleget præſumptam emphyteuſim, tunc non cogitur ædere inſtrumentum emphyteuticum, quoniam præſcriptio tãtum tribuit, quantum expreſsa conuentio, cum omnibus neceſſariis qualitatibus tribueret, vt habetur poſt gloſſ. in l. 1. C. de ſeruit. Socci. conſil. 47. vol. 3. q. 4. tradit Tira. de Primogenit. q. 30. nu. 2. ſimiliter præſumptio iuris, ęquiualet probationi, vt eſt tex. in l. quicunque, vbi glo. iuncta l. 1. C. de apoch. pub. lib. 10. latè Alciat. de præſumptio. 3. par. n. 3.

13 Faciũt tradita per Balb. de præſcrip. 2. par. 1. partis prin. quæſtio. 10. nu. 35. & 36. & quod tradit Crauetta, de antiq. tempo. 3. par. in prin. nu. 1. vbi inquit, quòd quando cum antiquitate temporis, concurrit alia præſumptio, putà poſſeſsio, vel quaſi longi temporis, ſciente, & patiẽte aduerſario, quod tunc, tempus decem annorum, dicitur de antiquo, & illud ſufficit, vt præſummatur ſolemnitas, extrinſeca, in actis extraiudicialibus. Vndè, ſi res eccleſiæ, vel minoris alienata eſt, nec apparet de ſolemnitatibus requiſitis, tamen emptor rem poſsidet, decem annis, parte ſciente, & patiẽte, certè poſt lapſum decem annorum, præſummi videtur ſolemnitas extrinſeca requiſita, in tali alienatione. cap. peruenit, de empt. & vendi. vide plura per Crauet. vbi ſupra, vbi probat, quòd aſsidui actus & continuatio poſſeſsionis, non ſolùm faciunt pręſummi ſolemnitatẽ, ſed etiam titulum, in alienatiõe, rei eccleſiaſticæ, qui dicit multò magis præmiſſa procedere, vbi concurreret longiſsimi temporis poſſeſsio. Tunc enim ſine dubio, omnia præſummuntur ſolemniter acta, Corn. conſi. 109. in fine. lib. 3. vbi loquitur in alienatione bonorum minoris.

14 Illud tamen, minimè ſilentio prętereundum cenſeo, frequentem doctorum, ſcholam, eam l. cum de in rem verſo, locum habere, intellexiſſe, non ſolùm cum quis diu pręſtiterit, aut quicquam annum ſoluerit, ſed cum tantùm patitur rem poſſideri, nullo alio ſuo facto interueniente. ita Iacob. Pet. Bar. Bal. Fulg. & Florianus, qui dicit cõem ibidem, glo. Bar. & Florianus, & Paul. Caſtr. dicẽs cõem, in l. ſeruitutes. ff. de ſeruitut. glo. Dyn. Bar. in l. 2. §. vlt. ff. de aq. plu. arcen. & ibi Imol. glo. in cap. dilectio. 16. q. 3. glo. Ant. & oẽs, in repet. cap. peruenit, de conſt. Innoc. in c. ſi diligenti, de præſcrip. Alberi. in l. 2. C. de ſeruit. & aqua, Barto. d. l. qui in aliena, & ibi Alex. Cuma. Roman. & Imola, vbi dicit ab hac opinione, in praxi non eſſe recedendum, idẽ Bar. cõſi. 189. primum quæritur vtrũ, col. 2. Bald. in l. 1. C. qui admitti ad bono. poſſ. & in l. 1. C. de patr. poteſt. & in l. 1. C. cõmuni. diuid. Alex. conſil. 69. circa primum dubium, col. 2. vol. 5. Alex. d. l. ſi certis annis, ad fi. & ibi Salyc. Angel. in l. vlt. in fi. ff. de vſuca. pro dote, Feli. in c. de quarta, verſic. fallit ſecundò, de præſcriptio.

15 Vnus tamen eſt caſus, notabilis in praxi, in quo neque quadragennaria poſſeſsio ſuffragatur, nec titulum præſumptum poſſeſſori tribuit, quando ſcilicèt terræ, & poſſeſsiões eccleſię pertinerent, ad menſam abbatialem, ſeu ad ſedimina eccleſiarum, quę nos idiomate patrio vocamus, *Paſſaes, ou, aſſento de igreja.* Hæc enim paſſalia eccleſiarum, nullo modò poſſunt abſque auctoritate ſummi Pontificis, in emphyteuſim concedi, vſuq́;, & praxi apud nos recepta eſt Extrauagans Ioan. 22. de reb. eccle. non alien. inter cõmunes, quã nos Paulinam vocamus. Sunt enim hæc paſſalia deſtinata, pro abbatum alimonia, & habitatione, quarè eorũ emphyteuticatio, omnino prohibita eſt, quod innuit præd. Extrauag. ibi: *Omnium rerum, & bonorum eccleſiaſticorum alienationem, omneq́; pactũ per quod ipſorum dominium transfertur, conceßionem, hypothecam, locationem, & conductionem, vltra triennium, nec non infeudationem, vel contractum emphyteuticum, præterquàm in caſibus à iure permiſſis, ac de rebus, & bonis in emphyteuſim, ab antiquo concedi ſolitis, & tunc in eccleſiarum, euidenti vtilitate, pro inſtantis temporis exigentia, hac perpetuò valitura conſtitutione præſenti fieri prohibemus, &c.* Quarè, in huiuſmodi terris, ſeu poſſeſsionibus, nulla debet, nec poteſt, admitti præſcriptio, quæ in hoc caſu nullum habet effectum, nec rurſus ſupplere põt titulũ, ſine ſciẽtia & patientia Papæ, per tex. ibi: *Siquis autem contra huius noſtræ prohibitionis ſeriem, de bonis & rebus eiſdem, quicquam alienare præſumpſerit, alienatio, hypotheca, conceſſio, locatio, conductio, & infeudatio, huiuſmodi nullius omnino ſint roboris, vel momenti,* & ibi: *Incõſulto* Romano *põtifice,* & ibi: *Nihilominus alienatæ res, & bona huiuſmodi, ad eccleſias, monaſteria, & loca pia, ad quæ ante alienationẽ huiuſmodi pertinebant, liberè reuertantur.* Quod & tradit Feli. in. ſicut. n. 33. de re iudi.

verſi. bene fateor, vbi hanc materiã reſoluens, dicit quòd quando actus ſine conſenſu Papæ, fieri nõ poteſt, allegari non poteſt temporis diuturnitas, niſi ſimul allegetur, & probetur ſcientia, & patientia Papæ. Quẽadmodum allegari poteſt, quando actus fuit geſtus in Curia, vbi reſidet Papa: quoniam tunc quia Papa potuit illius actus habere notitiã, temporis diuturnitas allegari poteſt ad illum ſupplendum. Contrarium reſoluens, ingeſtis in partibus, extra Curiam, quorum nullam potuit Papa habere notitiam, quod iuribus Felyn. probat, & Alexan. conſi. 9. nu. 8. vol. 3. Affl. quæſt. 107. num. 7. Aymon, de antiq. tempo. 3. par. nu. 18. fol. 96. Reſoluendum igitur eſt, in huiuſmodi terris, ſeu paſſaliis eccleſiarum, nullum admitti tẽporis curſum, ad inducendam præſcriptionem, cum alienatio omnino prohibeatur, & nullius ſit roboris, vel momenti, & lex à principio reſiſtat, & impediat dominiũ transferri: quarè ſi ex actu vero impeditur alienatio, multò fortiùs impeditur ex actu ciuili, ſeu ficto, qualis eſt præſcriptio. per quam dominium acquiritur: ac proindè, in huiuſmodi bonis, ceſſat titulus emphyteuticus pręſumptus, cum à principio lex obſiſtat, niſi Papæ accedat auctoritas.

16 Quod ſecus eſt, in aliis terris eccleſiæ, quæ poſſunt in emphyteuſim concedi, cum auctoritate ordinariorum, quam ſupplet curſus tẽporis, cũ ſint præſentes in ſuis diœceſibus, & legis neceſsitate adſtringãtur, ad viſitandum ſingulis annis, & ſe informare, an poſſeſsiones eccleſiarum, vtiliter colantur. Qua ratione præſummit ius, ex ſcientia, & patientia ordinarii, interueniſſe expreſſam emphyteuſim, & hos vocamus emphyteutas iuris, ſeu pręſumptos, & hoc iure paſsim vtimur, in praxi, abſque difficultate, & ita ſæpius vidimus iudicatum in Bracarẽſi Curia, & in hoc ſupremo Senatu, aduerſus Franciſcum da Rocha Vienẽſem, cui vindicanti fundum emphyteuticum, poſſeſſor conuentus, excepit ſe habere titulum præſumptum, & præſcripſiſſe vtile dñium, ac proindè obtinuit.

17 Eſt etiã titulus præſumptus, in beneficialibus, qui poſſeſſorem beneficii, adeò iuuat, vt titulum oſtendere minimè teneatur. Nam quemadmodum regula de triennali, eum qui abſque ſimoniaco ingreſſu, ex apoſtolica, vel ordinaria collatiõe, aut electione, vel electionis confirmatione, ſeu præſentatione, vel inſtitutiõe illorum, ad quos pertinet, beneficium per triennium pacificè poſſederit, & ſic eum, qui habet titulum verum, in poſſeſsione tuetur: ita, & in eo locum habet, qui decennio põſſidet, & nullum titulum producit: ex eo quòd ius præſummit, titulum ex ſola poſſeſsiõe antiqua. Vndè ſiquis beneficiarius, per decẽnium beneficium poſsideat, in eo ius habet, & præſummitur titulus, vt tradunt Innocent. & Hoſtienſ. in c. illud. de præſumptio. & in cap. licèt Heli, & ibi Abb. & Imola, & Ioan. de Ana. & Felin. de Symonia, Domin. conſi. 87. apparet, col. 3. verſi. corroboratur, tradit Decius, conſi. 118. n. 2. & conſi. 135. num. 1. & ita fuit Deciſum in Rota, vt teſtatur Caſſad. deciſio. 8. quanuis regula. Et eandem ſententiam tenuit Aymon Crauetta, de antiq. tempo. 3. parte, num. 24. ad fi. vbi aſſerit titulum beneficii eccleſiaſtici, pręſummi ex poſſeſsione decem annorum, & vltra prædictos auctores, eiuſdem fuit ſententię Federi.



deri. de Senis, conſi. 61. vacãte quodam prioratu, verſi. contra hoc opponit epiſcopus, & conſi. 234. princip. ſuper primo puncto, & Ioannes Andr. in cap. ſi iudex laicus, §. vlt. & ibi Domini. de ſenten. excõmu. lib. 6. idem in cap. 1. & ibi Ancharra. in repet. q. 9. verſi. dixit tamen, de reg. iur. in 6. Baldus, Angelus, & Imola, Romanus, & Aretin. in l. qui in aliena, ff. de acquiren. hæred. Baldus, in l. ſi filiusfamilias, C. de petit. hæredi. & in l. ſiue poſsidetis, oppoſit. 4. C. de probat. & in l. inciuile, C. de furtis, & in l. etiam. C. de appellat. Ancharra. conſi. 117. ſatis impertinens, Imola, in cap. ex frequẽtibus, de inſtitutio. Dominicus. in cap. ordinarii, §. 1. de off. ordin. lib. 6. Roman. & Barbat. in l. ſciendum, ff. de verbor. oblig. Paul. Caſtr. conſi. 202. in cauſa confinium, verſi. breuiter ſi bene, vol. 1. Alex. conſi. 79. vol. 1. Curtius Senior, conſi. 79. ſuper motis, col. 3. Barbatia, in cap. requiſiſti, de teſta. & in repet. rubr. eod. titu. & in repet. rubr. de cauſ. poſſeſſ. & prop. & conſi. 44. ſcribitur, col. 4. in fi. vol. 1. & conſi. 50. illud afferam, col. 3. eod. vol. 1. & conſil. 26. ſapienter, vol. 2. & conſil. 33. eod. & conſi. 35. ſapienter ſcribitur, verſi. facit quod voluit, eodem vol. 2. & conſi. 1. vol. 4. & inter conſilia Alexan. conſi. 135. verſi. præterea accedit, vol. 4. Soccin. conſil. 270. conſideratis his, col. 3. vol. 2. Felynus, in cap. ſicut, verſi. fallit tertiò, de re iudi. Decius, in l. 1. verſ. ex gloſſa, C. qui admitti ad bono. poſſeſsió. & in c. cum cauſam, col. fi. de proba. & conſi. 36. exemplum inſtrumenti, verſi. quintò non interuenit, & cõſi. 118. viſo inſtrumento, col. 1. & conſi. 121. in cauſa, col. 2. verſi. ex quibus, & conſi. 135. ad iuſtificationẽ, poſt prin. & conſi. 155. in cauſa exemptionis, col. 2. & conſi. 39. viſo conſilio, col. 1. Corſettus, in ſingulari, verbo, titulꝰ. Adduco pro hac ſententia, tex. in c. illud, de pręſumptio. vbi per diutinã decem annorum cohabitationem, cum aliis adminiculis probatur matrimonium, quem tex. Anto. Card. Flor. Imol. Panormit. & Felyn. trahunt, ad matrimonium ſpirituale, vt ſcilicèt ad probationem tituli, vt inſtitutionis, vel confirmationis, ſufficiat, quòd quis longo tempore beneficium tenuerit, & pro Rectore, ſiue in põſſeſſorio, ſiue in petitorio habitus fuerit.

18 Sic etiam promotio ad ſacros ordines, præſummitur quando quis per lõgum tempus, in beneficio ſeruiuit, nunquàm promotus, Rota deciſio. 84. nota quòd vbi contra aliquem, in antiq. Similiter; quando quis diu ſtetit in poſſeſsiõe, ſeu quaſi clericatus, in beneficio etiam curato præſummitur clericus; & habet intẽtionem ſuam fundatam. Deciꝰ, in cap. 1. verſi. finaliter tamen, de fide inſtrum. & conſil. 118. vbi allegat Hoſtienſ. et Anto. de Butr. et Abb. in cap. illud, de pręſumptio. & Bald. in l. ſiue poſsidetis, oppoſit. 4. C. de probat, et addo Rotam, deciſ. 264. nota quòd talis, in antiq. Aymon Crauetta, de antiq. tempo. 3. par. nu. 32. pag. 101. Quod tamen non ita generaliter intelligendum eſt, quoniã ſolùm procedit in poſſeſſore beneficii, vt abſoluatur, à petitione actoris, vel vt manu teneatur in poſſeſſione, licèt non doceat de clericatu, per ſcripturam, aut teſtes: ſecus, ſi ſit actor petatq; ſibi beneficium adiudicari, quoniam tunc oportet conſtare de clericatu, per ſcripturam, aut teſtes, aliàs, ſibi beneficiũ, vt capaci adiudicari non poteſt. ita Rota deciſ. 312. nota ꝙ clericus, et deciſio.

§43. nota quod non præſummitur in antiq. Bertachyn. verbo, clericus agit, verſic.7. Rebuff. in tract. nomi. 22.& 23.q princip. pag.154. nu.13. vbi allegat Bald. in c. dudum, in 1. col. fin. de electio.

19 Sed quòd, & in beneficialibus tempus longiſsimum, triginta, vel quadraginta annorum, ad inducendum titulum præſumptum requiratur, videtur ſuaderi ex his, quæ notabiliter tradunt Hoſtienſ. quem ſequitur Anto. de Butrio, & Imola, & Abbas, in cap. illud, de præſumpt. vbi tradunt, quòd ſiquis per triginta annos, & vltra fuerit in pacifica poſſeſsione beneficii, tanquàm rector eccleſiæ, & fama publica concurrit, quòd ita ſit, dictus rector, habet fundatam intentionem ſuam, & pro eo iudicandum eſt, non ſolùm in poſſeſſorio, ſed etiã in petitorio: quoniam iudices eccleſiaſtici, ſolent de canonica inſtitutione inquirere, & ſuperiores, viſitãtes præſummuntur vidiſſe titulum, & quòd ſubditum intruſum tanto tempore non toleraſſent, idem tradit Baldus, in l. ſiue poſſidetis, C. de probatio. oppoſ.4. aſſerens, quòd ille qui fuit antiquitus in poſſeſsione beneficii, ſciente, & patiente diœceſano, præſummitur inſtitutus, & non põt ſuper titulo moleſtari, allegat Innoc. & Ioan. Andr. in d. cap. illud. Notat etiam Baldus, in l. ſi filius, C. de petit. hæred. & in l. etiam, C. de appel. ſequitur Anchar. in c.1. de reg. iuris, in 6. q. 8. verſi. dixit tamen, Innoc. Anton. de Butrio, in cap. ex inſinuatione, col. pen. de procurato. plures alios referendo, tradit idem Decius, conſi.118. nu. 2. idem Decius, conſi.121. num.3. verſi. ex quibus omnibus.

20 Quin imò, iſte curſus quadraginta annorum, in beneficiis adeò operatur, vt beneficii ſtatum, omnino mutet, vndè beneficium ſeculare, quod antea per clericos ſeculares adminiſtrabatur, ſi per quadraginta annos continuè, & pacificè ab vno, vel pluribus monachis inſtitutis in eo, fuit gubernatum, in regulare transformatur, & regulare dicitur, tex. in cap. cum de beneficio, iuncta gloſſ. verbo. modum, de præben. lib.6. Satis ergo eſt, quòd per ſpaciũ tanti temporis fuerit gubernatum, per monachos, licèt primæuus illius ſtatus fuerit ſecularis, ideſt antea fuerit beneficium ſeculare. Vſque adeò tantæ efficaciæ, & roboris eſt, longiſsimi temporis curſus, vt de ſeculari in regularem, & de regulari, in ſecularem, ſtatum tribuat beneficio. Secundum Rotam deciſ.32. fuit dubitatum, in nouis, per tex. in d. c. cum de beneficio: tradit Staphyleus de formis expectatiuarum, 8. forma num.4. & rurſus, in rubr. de mod. & form. impetr. cap. ad ſecundum, nu. 9. fol. 166. Idem tradit Ioannes de Selua, in tract. de benef. 3. par. q. 11. fol.184. verſi. item quòd requiruntur quadraginta anni. 22. qualitate. Vbi reſoluit, quòd adhoc vt mutetur ſtatus beneficii, requiritur conſuetudo 40. annorũ, vbi allegat Rotam, deciſio.2. in nouis, de præb.

21 Vndè, per illum tex. in d.c. cum de beneficio, tradit eleganter Ancharranus, conſil. 162. in quæſtione eccleſiæ. quòd eccleſia non curata, probatur, ſi à quadraginta annis citra collata fuit tanq̃ nõ curata, & ſic poſteà continuè ſit poſſeſſa, eſto quòd anteà probetur fuiſſe curata, ex ratione prædicta, quoniã curſus longiſsimi temporis, tribuit ſtatum beneficio, cuius vltimus ſtatus conſiderandus eſt: vt tradit Celſus, Hugo. conſi.91. num.7. Nec obſtat, quòd



quod tradit idem Staphyleus, in 10. forma expecta. n.2 fol.80 vbi inquit quòd in gratiis, expectatiuis, ꝑ pauperibus graduatis, clauſula, *Beneficiũ conſuetum clericis ſecularibus aßignari*, intelligitur, tale beneficium ſeculare, ſeu clericis ſecularibus aſsignari conſuetum, quando per decem annos, ſeu decẽnium pacificè, & quietè fuit rectum, per clericos ſeculares, per ea quæ tradit Ioan. Andr. in cap. fin. de conſuet. lib. 6. vbi tenet ſufficere, decennalem pręſcriptionem in conſuetudine ſecundun ius commune introducta. Nam cum de iure cõmuni, omnia beneficia ſecularia eſſe cenſeantur, ex eo quòd primæuus beneficiorum ſtatus, ſecularis fuit; ideo ſufficit decennalis præſcriptio; ac proinde breuius tẽpus, ad hoc vt res, ad ſuam naturam reuertatur, cap. ab exordio. 35. diſt. Secus eſt è conuerſo, nam beneficiũ ſeculare non fit regulare, niſi legitima præſcriptio, quadragennaria ſcilicèt, ſit decurſa, iuxta prędictam reſolutionem, quod reſoluit Staphyleus vbi ſupra, n.3. forma. 10. expect.

22 Sed cùm in iure noſtro, nihil vſque adeò probatum ſit, & expeditum, quin cõtradictione careat, aduerſus omnia ſupra dicta, ſcilicèt, ꝙ in beneficiis eccleſiaſticis, titulus nõ præſummatur, ex temporis diuturnitate, nec in iis fictio, l. cum de in rẽ verſo, ff. de vſur. locũ habeat, ſecus rè tenuit Bal. ſibi cõtrarius in c. ex parte, in prin. de teſtib. quoniã fictio l. cũ de in rẽ verſo, non habet locũ in ſpiritualibus, nec tituli beneficiorũ eccleſiaſticorum acquiruntur præſcriptione, tex. in d. cap. ex parte, & ibi Bal. n.2. tex. in cap. ordinarii, de off. ordin. lib.6. & in c.1. de reg. iuris, lib.6. idem voluit Baldus, in l. male agitur, C. de pręſcr. 30. annorum, & in effectu videtur tenere, idem Bal. in l. non mutatur, C. de liber. cauſ. dũ ſubdit cõmunem errorẽ, de quo in l. Barbarius, de off. præto. operari tantùm in temporalibus, nõ etiam in ſpiritualibus, vt not. Innoc. in c. nihil, de electio. & eandem ſententiam tenuit idem Bald. in cap. illud, de præſump. nu.6. vbi expreſſè aſſerit, quòd etiam, ſiquis diu ſteterit, vt clericus in aliqua eccleſia, vel vt Rector, fama viciniæ non ſufficit, nec beneficium eccleſiaſticum, tempore præſcribitur, idem tenuit Bald. in cap. contingit, de dolo; & contum. num. 26. verſi. quæro nunquid titulus eccleſiæ; vbi firmat titulũ beneficiarium, etſi poſsideatur mille annis, nunquam præſcribi, ac proindè poſſeſſorem beneficii, ſemper debere oſtendere titulum, ſi ordinarius petat, idem Bald. in ſua Margar. verbo, matrimonium, & conſil.209. caſus talis eſt, vbi aſſerit, in beneficiis poſſeſſorem, ad pręſcribendum titulum, non iuuari temporis diuturnitate, Soccinus, conſi. 59. viſo elegantiſs. verſi. circa quartam dubitationem, vol.1. Iaſo, in l. ſi certis annis C. de pact. verſi. facit quod notatur, & verſi. ſeptimò limita, idem reſoluit Ioannes de Selua, in tract. de benef.3. par. q 11 qualit. 22. verſi. tamen non eſt intelligẽdum, fol.185. & rurſus, 3. par. q.21. verſi. ad pręmiſſa pro ornamento, fol. 223. vbi aſſerit beneficium eccleſiaſticum, quantùm ad titulũ eſſe impręſcriptibile, quantocunque tempore poſsideatur dd. & ibi Abb. in cap. cura, de iure patr. vbi tenent, quòd licèt eccleſia poſſit præſcribi per eccleſiam iure proprietatis, vt eam habeat ad proprios vſus, vel tanquàm ſubiectã, aut vnitam, vt not. in Clement.1. de exceſſ. prælato. & not. Ioan. Andr. in regu.

quæ

quæ contra iura,de regu.iur. in 6.in mercur.& Henricus,in c. ſicut vnire,de exceſſ.præl. & Abb. in cap. vt ſuper,de reb.eccleſ.non alien. tamē ſecus eſt,reſpectu tituli, nā præſcribere quis eccleſiā nō pōt, vt illā habeat tanquā Prælatus, vel rector,vt notant Hoſtienſ.& Henri.in c.dilecto,de præbend. & in cap. relatum, de iure patr. & Bal.in l.3.C.de eman cip.liberorum, facit cap.poſtulaſti, de iure patr. Ideò adeptus beneficiū ſimoniacè,vel per fraudem,aut ſubreptionem,vel aliàs minus canonicè, nunquam illud præſcribit,quantum ad ſe,cap.principatus.1.q.1. Ex quibus infero,in beneficialibus non habere locum miſsionem,in poſſeſſionem cauſa rei ſeruandę,ob contumaciam partis aduerſę,ne ad beneficia vitioſus pateat ingreſſus,cap. 1. de eo qui mitt.in poſſ.lib.6.

23 Ex ſuperioribus ſubit neceſſaria inueſtigatio,an hæc tēporis diuturnitas, ſicut ſolet in emphyteuſi, & in re beneficiaria titulū præſumptum inducere: ita & in colono titulum præſumptum gignat, ac conſtituat: vt proindè expelli nō poſsit, ſi probet longiſsimi temporis poſſeſsionem,& vnicam penſionis præſtationem. Et quoniam huiuſmodi hypotheſim in facto habuimus, ſubiiciā caſus ſpeciē,in qua olim fuimus aduocati. Didacus de Barros,vir nobilis,Bracaren. egit aduerſus Ioānē, Alphonſum rei vindicatione, vt ei vacuum, liberumq́; traderet, ac dimitteret prædium ruſticum; in quo reus degebat,tanquàm ſimplex colonus, & precarius poſſeſſor. Reus conuētus in iudicio,defendit ſe, aſſerendo proprietatem, & dominiū dicti fundi, pertinere ad hoſpitale Sancti Marci,& ſe poſsidere tanquā emphyteutam perpetuum,per ſe,& ſuos anteceſſores, à centum annis retrò, ſoluendo vnicam, & vniformem penſionem,prædicto hoſpitali,in pecunia numerata,centum regalium, & actori tantummodo viginti menſuras frumenti, & par gallinarū. Replicauit actor, adminiſtratores,dicti hoſpitalis ipſi conceſsiſſe in emphyteuſim, in tertiam generationem,dictum prædium, quocirca concludebat, ſimplicem colonum,reum fore cenſendum,nō emphyteutam. Fuitq́; productus, pro parte actoris titulus emphyteutic⁹, factus anno 1466. cuidam Didaco Aluřz,à quo actor cauſam habebat, & alter nouus titulus, idē actori factus per viā renouatiōis,in tertiā generationem. Probauit reus poſſeſſionem ſexagenariam,per ſe; & eius anteceſſores: nec non plura melioramēta,& ſolutionem vnicæ,& vniformis penſionis. Pro parte actoris fuit ſimpliciter allegata l. malè agitur.C.de præſcript.30.annorum, & penes reum,nullam exiſtere poſſeſſionem,quia directus dominus ciuiliter,& actor emphyteuta naturaliter poſsidebant: colonus verò, minimè per l.quod meo. ff.de acq.poſſ. quoniam duo in ſolidum poſsidere non poſſunt,l.3.§.ex contrario.ff.de acq.poſſ.nihil aliud adduxit actoris patronus.

24 Ex aduerſo rei aduocatus,propter ſexagēnariam fundi poſſeſsionem, cum vniformi penſione; ſine vlla viciſsitudine, reum emphyteutam perpetuum, cenſendum dixit; ex auctoritate gloſſæ receptæ,l.2.C. de iure emphyt.verbo,repellere; & ibi Iaſo.num.32.& Balbi, de præſcri. 3.par.q.11.num.55. Aſſerebat etiam, ob melioramenta facta,repelli colonum non poſſe,ex Bartolo,in l. quicunque,num.4.C. de omni agro deſerto.lib.11.aſſerebat vlteri⁹ actorem,vtile dn̄ium ceſsiſſe in quēdam Petrū Aluarez, ac proindè audiendum nō eſſe,tanquàm iure,& actione carentem. Fuit pro actore lata ſententia in prima inſtantia, à qua fuit appellatum. Quarè in ea conſultatione interrogati ita reſpōdimus. Rem nō nouam aggredimur, ſed vtilem ſanè,& frequētem in foro quæſtionem, quam non ita perfunctoriè,aut negligenter aduocati pertractare debuiſſent, ſed diligentius rei difficultatem attingere.

25 Actor fundat intentionem ſuā in conceſsione dominica, per quā cōſtabat olim anno 1566.fundū, de quo eſt quæſtio,cuidam Didaco in emphyteuſim fuiſſe cōceſſum, pro pro trium perſonarum vitis, ſeu in tertiā generationem, à quo cauſam habere actorē ꝓbatur, ex inſtrumēto emptiōis ꝓducto,itē ex noua cōceſsione ſibi à domino directo facta,per quam quoad vtile dominiū, actorem, intentionem ſuam fundatam habere,indubitati iuris eſt,quoniam ex conceſsione emphyteutica,vtile dominium emphyteutę acquiritur,l.1.ff.ſi ager vectig.vbi gloſ. cōmuniter recepta,hoc ita adnotauit, & Baldus,in 1.& 2.lectu. qui allegat bonum tex.in l. poſſeſſores. C. de fund.patr.lib.10.

Quod in caſu ꝓpoſito,dubio caret, quoniam liquet actorem,in poſſeſſione eſſe percipiendi à reo, annuā frumenti penſionem, per quam receptionem probatur poſſeſsio, ſecundum adnot. in l. quamuis.§. 1.ff. de acq.poſſeſſ.habetur in l. à Titia, ff.de ſolutio.& in terminis probat Gamma,q. 297. num.1.verſi.de poſſeſsione,Valaſcus,de iure emphyt. q.9.num.13.

Quod cum ita ſit,& liquidò conſtet, vtile dominū, penes actorem manere, nulla iuris ratio patitur,poſſe rerum, ſimile ius emphyteuticum prętendere,niſi dixeris,plures poſſe eſſe dominos vtiles contra id q̀ I.C. placuit,in l. ſi vt certo, §. ſi duobus vehiculum.ff. cōmodati,tradit Iſer. in c.1.§.prętereà,col.2.de cap.Corr. & Bald.in cap.ſanè,col.fin.verſi. ſed mirum videtur,de renunciatio.qui vtiliter firmat, quòd quemadmodū nulla ſeruitus,ſeruitutis dari poteſt. l.1.ff.de vſufr. lega.ita neq; vtile dominium,vtilis conſiderari poteſt.

26 Quo fit,vt ſi quando cōtingat, mihi prædium in emphyteuſim cōcedi, quod tibi prius fuerat cōceſsū quanuis dici ſoleat poſteriorem, in mei fauorem, conceſsionem fa factam,inutilem eſſe,ſitamen tu per annum taceas,in mei fauorem,facta conceſsio conualeſcit, tuaq́; inutilis redditur,Valaſ.de iure emph.q. 14.n.7.Alex.de Neuo.cōſ.29 idq́; ne quodāmodo duo reperiantur, eiuſdem rei vtiles domini. Quamobrē, neſcio quo ſpiritu ductus aduocatus, intellexit eum, vtilem dominū dici poſſe, eundemq́; perpetuū, ex regula à glo.tradita,in l.2.C.de iure emphy. quæ eo tantùm caſu loquitur,& procedit, quo nullus eſt alius emphyteuta cōſtitutus, debuiſſetq́; aduertere eccleſiam, vltra tertiam generationem emphyteuſim, cōcedere nō cōſueuiſſe.§. emphyteuſim in auth:de non alien.Baldus,Roma. & alij,quorū pro hac parte arguens, meminit ſacri palacii Senator,Gamma,deciſio.297.num.3.

27 Verùm,his non obſtantibus, ſæpius cōtrarium obtinuiſſe, firmat idē Gāma d.q.297. & ꝓ nobili conciue meo Petro de Brito,me patrocināte, anno 1577. in ſenatu regio Supplicatiōis,ita vidi iudicatū. Quæ ſanè,

ſanè Regii Senatus auctoritas, magnifacienda eſt. Nam etſi verum ſit, exemplis iudicandum non eſſe, vt l. nemo, C de ſent. & interlocu. omn. iudi. nihilominus tamen, vt ibi gloſ. cõiter recepta, obſeruauit, ſi pluries res eſt deciſa, tanquàm conſuetudo, difficultatẽ, de qua agitur, interpretans, eſt diligenter obſeruanda, ex not. in l. de quibus, ff. de legib. vt nominatim aduertit doctiſſ. Gamma, d.q.297. nu.3. verſi. in cauſa, hoc modò arguens aduerſus alterum conciuem noſtrum Pau. Mach. qui cum emphyteuta eſſet, velletq; agricolã, poſſeſſorem, quem ſimplicem colonum eſſe dicebat, remouere, obtinere nonpotuit.

28 Deductnm fuit in illa cauſa, reũ & prędeceſſores ſuos, plurima feciſſe melioramẽta, propter quæ amoueri à poſſeſsione nõ debuit, ſecundum ea, quæ notantur in l. fin. C. de alluuionibus, & palud. ibi: *Similiter, nec ea quidem, quæ paludibus, anteà, vel paſcuis, videbantur adſcripta, ſi ſumptibus poßeſſorum, nunc ad frugum fertilitatem, tranſlata ſunt; vel vendi, vel peti, vel quaſi fertilia, ſeparatim cenſeri, vel functiones, exigi concedimus, ne doleant diligẽtes operam ſuam, agri dediſſe culturæ, nec diligẽtiam ſuam, ſibi damnoſam iudicantes, intelligant.* Ex quibus, manifeſtè docet Imperator, iniquum eſſe prædia ab eo, cuius opera, aut impenſa, aut maiorum ſuorum, ea ad frugem, & culturã ſunt redacta, auferri, vt nominatim firmauit Bar. in l. quicunq;, C. de omni agro deſerto, & Roma. in l. etiam, ff. ſoluto matri. Ripa, lib. de peſte, fol. 81. de remed. præſerua. num. 255. cum ſeq. Boerius, q.50. nu. 8. & in ſpecie tradit doctiſſ. Gamma nunc ſacri palacii Cæſareæ Maieſtatis Regius Senator, d.q.297. num. 3. verſi. his tamen non obſtantibus. Quæ ratio, in caſu, quem tractamus, viget, quoniam probatum eſt, plura melioramenta, à reo, ſuiſq; maioribus fuiſſe facta.

29 Allegabatur etiam, emphyteuſim eſſe eccleſiaſticam, à qua remoueri antiquus colonus non poteſt, per emphyteutam, ſecundum notabilem Bartoli doctrinã, in l. 3. C. de mancipiis, & colo. lib. 10. quem refert Alex. in l. ſi filio. §. ſi vir, num. 5. ff. ſoluto matrim. & Roman. in l. fin. C. de ſacroſan. eccleſ.

Cui tamen doctrinæ Gamma, d. q. 297. num. 1. verſi. aduocati, non aſsiſtit ex auctoritate Alexandri, d. loco, negantis eſſe Bart. & quia obſtat regula, l. emptorem, C. locati, quam intelligit procedere, etiam in colono eccleſiæ, cui ſtare particularis ſucceſſor non tenetur, ad quod inducit rationem, l. fi. ff. de iure fiſci.

Allegabatur etiam, in dicta cauſa notabilis Baldi ſententia, in l. malò agitur, col. 2. C. de præſcriptio. 30. annorum, & in l. omnes, nu. 4. eod. titulo, Florianus, in l. quod autem, ff. de ſerui. vrba. præd. Licèt contradicat Balbus, de præſcriptio. 4. par. 4. p. q. 11. Ex quibus hæc obtinuit ſententia, vt d. loco doctiſſ. Gamma cõprobat, num. 4. in contrarium pro dicto Paulo Mach. adductis reſpõdens modo ſeq.

30 Nõ obſtat (inquit) eiuſdem rei non poſſe exiſtere plures emphyteutas, quia id non procedit, quãdo diuerſis reſpectibus, plures dantur emphytentæ, vt in caſu iſto contingit, in quo actor vtile habet dominium conſiſtens, ſeu reſpiciens, penſionis receptionem, reus verò rem ipſam, ex quorum fructibus illa ſoluitur, vt ea quæſtione. 297. Gamma explicat, num. 4. verſiculo, non obſtat.

Non etiam obſtat, quod diximus vltra tertiam generationem, minimè poſſe bona eccleſiaſtica concedi, quoniã vt propè finem, d.q. Gamma obſeruauit, ea exceptio ad eccleſiam, pertinet, non emphyteutam, de cuius præiudicio, principaliter non agitur; ceſſat etiam, vt ille ait, quãdo reus probat rem, ad frugem reduxiſſe, ex not. in cap. ad aures, de rebus eccleſiæ.

31 Hæc quæſtio, vt ex præmiſsis conſtat, quanuis à doctiſſ. Gama. d. q. 297. eleganter pertractetur, vt nihil ſupra, in duas tamen partes diuidenda eſt.

Quarum altera colonum, ſeu reũ poſſeſſorem, cõuentum ab emphyteuta, & allegantem ſuis maioribus rem olim fuiſſe conceſſam, in emphyteuſim perpetuam, ab eccleſia ſterilem, exiguoſq; fructus producentem, & ab eis ad vberrimam frugem redactã (quod vulgò appellant noſtri, *Leuantada de fogo morto*) reſpicit: ad quam conceſsionem, inducẽdam, afferunt longiſsimum temporis curſum, cum ſolutione certæ, & vniformis penſionis, nunquam variatæ.

Altera verò reum, allegãtem ſuis maioribus, rem fuiſſe, iure coloniæ, perpetuę cõceſsã intuetur, & pindè remoueri neutiquam poſſe, qui articuli, & ſectiones, longè inter ſe differunt, & peculiariter à nobis examinandi.

32 Quoad primum igitur articulum, quando reus conuentus proponit ſuis maioribus, rem fuiſſe, de qua agitur, conceſſam, in emphyteuſim perpetuã, pro certa, & determinata penſione ſoluenda, in recognitionẽ directi dominii, vtiq; intelligo oportere, reum proponere, & probare antiquiorem eſſe, ſuorum maiorũ poſſeſsionem, quàm actoris, ſeu maiorum ſuorum, à quibus ille cauſam habuit. Imò, arbitror non ſufficere antiquiorem poſſeſsionem, probare, niſi etiã proponatur, tantum tẽporis pręceſsiſſe quòd ſecundũ iuris præcepta, poteſt ex dicto temporis curſu, induci titulus emphyteuticus præſumptus, coniuncta penſionis, vniformis præſtatione, vt ſuperiùs latiſsimè diximus.

33 Debet etiam allegari rem, de qua agitur, ſterilem, & incultam fuiſſe à principio cõceſſam, & à ſe, ſuiſq; maioribus, ad fertilitatem fuiſſe redactam: aliter enim, in perpetuã emphyteuſim, concedi illa non potuit, vt habetur in cap. ad aures, de rebus eccl. Cœtera enim bona, quæ ſterilia nõ ſunt, vltra tertiam generationem, in emphyteuſim concedi, nec poſſunt, nec conſueuerunt, vt alibi obſeruauimus. Quocirca, niſi hoc ita proponatur, & in articulis deducatur, non video qualiter aduocatus reum, perpetuo titulo emphyteutico tueri poſsit, quoniã niſi hęc concurrant, poſſeſſor expreſſum, titulũ habere non poteſt, & conſequenter nec tacitum, ſeu præſumptum, qui ſtare non poteſt, vbi nequit expreſſus haberi. Ad quam quidem ſpeciẽ & terminos, ego reducendam cenſeo deciſionem D. Gammę, d.q.297. In eo enim proceſſu, Barcellis agitato in prima inſtantia, quem ego præuidere curaui diligenter, reus propoſuit & allegauit, immemorialem eſſe ſuam, ac maiorum ſuorum poſſeſsionem, ab antiquo tempore, vniformi penſione confirmatam, & roboratã, quã poſſeſſores eccleſię, tanquàm perpetui emphyteutę ſoluebant, & multò poſt tempore, quo vxoris dicti Pauli actoris, fuiſſe ab eccleſia factam conceſsionem: ſub

ſub alia longè minore penſione ſoluenda, qua ratione, quod ipſius Rei maiores, eccleſiæ ſoluere ſolebant, dicto actoris auo, cœperūt ſoluere: quia ſua non intererat, magis huic quàm illi ſoluere. Qua ratione non incongruè, potuit ille reus, titulum emphyteuticum prętendere perpetuum, quoniam ſterilem à principio fuiſſe, rem allegauit, & ex ſterili ad frugem reductā, cum maximis ſuis & maiorum ſuorum expenſis, quāobrem, iuſtè debuit ab actoris petitione abſolui: conueniunt etiam huic ſpeciei, argumenta, quibus aduerſus d. Paulum Mach. grauiſsimi Senatores Regii, moti fuerunt, vt inferius demonſtrabimus.

34 Adduxerunt integerrimi patres, ad quæſtionis deciſionem, l. fi. C. de alluuio. cū ſimil. quibus coloni ne proprios, aut maiorum ſuorum labores, deplorent, qui rem ad culturam reduxerunt, remoueri, à re, ſic meliorata prohibentur, quæ ſanè ratiò, propriè conuenit, & adaptatur hic caſui, quando rei poſſeſſores nomine proprio, non alterius, ſcilicèt emphyteutæ, nomine poſsidebant. Expendebant etiam, rem ſterilem, ad frugem, & culturam, redactā. Quoties enim colonus, emphyteutam reſpicit immediatè, non eccleſiā, rem emphyteuticam meliorans, & expendēs, in vtilitatem emphyteutę, quē immediatè reſpicit, & ad quē ſpectabat emphyteuſis, melioratio ex natura cōtractus emphyteutici, negociū magis gerere vr̄, ei⁹ à quo ille immediatè, cauſam habet, q̃ꝫ ꝓpriū. Quæ eſt ratio, propter quā aliquando Senatus cēſuit, à colono expenſas factas, in emphyteuſi vxori prodeſſe, ad illius retentionem, iuxta formā l. Regiæ, lib. 4. tit. 7. §. 2. vt tradit Gāma, q. 4. Facere enim dicitur is cuius nomine fit. quāobrē, vt ab emphyteuta, melioramēta facta, proſunt plurimum, ad impetrandā, eiuſdem emphyteuſis renonationē, vt tradit Ripa, lib. de peſte, §. de remed. præſerua. ad fi. ita etiā prodeſſe debēt ab eiuſdem emphyteutę colono, facta emponemata. Diligens enim, cenſeri debet, & vtilis emphyteuta, qui vtilem colonum, & meliorantem, ſortitus eſt.

34 Induxerunt dicti patres, ſecundò (quod Bartolū aſſeruiſſe fertur) colonum eccleſię, à particulari ſucceſſore remoueri non poſſe, nō obſtante diſpoſitione l. emptorem, C. locati, quam Bar. reſtrinxit, nō procedere in colono eccleſiæ, cui argumento, etſi non aſſentiat doctiſ. Gāma, d. q. 297. intelligēs fortè verius eſſe, d. l. emptorem, etiā in colono eccleſiæ procedere, nihilominus rn̄, quoad caſum, quem tractam⁹, rectè eo argumēto inſtruimur, integerrimos Senatores, illam ſuam deciſionem, reſtrinxiſſe, ad ſpeciem, in qua reus ab emphyteuta conuentus, antiquiorem habebat poſſeſsionem, quàm emphyteuta: à qua non poſſe remoueri, contendebant, etſi colonus foret, per tx. d. l. emptorem, quā Bartolus ampliat etiam, in colono eccleſiæ, præſertim perpetuo, qualem ſe potuit reus dicere, à principio fuiſſe conſtitutum, ob rei ſterilitatem, ſecundum tradita in cap. ad aures, de rebus eccleſ. quò tendere videtur argumentum poſtremum, d. deciſionis, in qua eſt facta mētio, doctrinæ Baldi, in l. malè agitur, C. de præſcrip. 30. anno.

Ad hanc igitur ſpeciem, reſtringi commodè poteſt, memorabilis illa Regii Senatus deciſio, vt tantùm procedat, quādo reus ab emphyteuta conuentus, rē allegat ſuis maioribus



ribus fuiſſe ſterilem, in perpetuā emphyteuſim conceſſam, & ab eiſdem propterea melioratā, ꝓpriis expenſis, & ad frugem fuiſſe redactā, ꝙ verum eſſe, idq; egregios Senatores, vnicè intellexiſſe deduditur, ex ſolutione primi argumenti, quatenus diuerſis reſpectibus, poſſe dari plures eiuſdem rei vtiles dn̄os, viri illi cenſuerunt intelligentes, reum eſſe verum prædii, ſeu fundi vtilem dominium, & emphyteutā: actorem verò iuris percipiendi penſionem, quemadmodum foret, ſi illi ad emphyteuſim fuiſſent conceſsi, annui reditus, ad eccleſiam iure perpetui cenſus pertinentes.

36 Secundū quem ſenſum, quem ego veriſsimū intelligo, dn̄oſq; Senatores interrogatos, ita rn̄ſuros, (tāta eſt enim eorum patrum integritas, & in decidendis cauſis diligentia, & ſeueritas, vt à veritate, ne latum quidem vnguē audeāt recedere) rectè perpenſa, & intellecta d. deciſio à D. Gamma. d. q. 297. collecta, ſanè hunc caſum, quem tractamus, ꝓ actore aduerſus colonū determinat, quoniā vt ſupra, in facto propoſuimus, antiquior multò eſt actoris, quā rei poſſeſsio. quoniam cōſtat olim āno dn̄i, 1466. fuiſſe hoc prædium in emphyteuſim, ad tertiā generationem, Didaco aluarez cōceſſum, ꝓ certa annua penſione ſoluenda, à quo cauſam habere actorē, planè conſtat. Conſtat etiā, primum auctorē, à quo Rei poſſeſsio īcœpit, à 60. annis, retro poſsidere cœpiſſe. Quāobrem, minimè conueniunt, ſupra adducta argumenta, quib⁹ in fauorē poſſeſſoris, cōtra Paulū Mach. lata fuit ſn̄ia. Non eſt enim, hoc caſu, quæſtio inter emphyteutā, & eccleſiæ colonū, quoniā Reus ab actore, non ab eccleſia, fuit ad rei culturā vocatus, & in illius poſſeſsionem immiſſus. Ceſſat etiā difficultas, an plures poſsint cōcurrere vtiles dn̄i, deniq; ceſſat Rei allegatio, ꝙ res ſibi fuit à principio ſterilis conceſſa, in perpetuam emphyteuſim, quoniam conſtat multò ante tempore fertilē fuiſſe, & tanquā talem, in tertiā generationem Didaco, fuiſſe conceſſam. Porrò, ceſſat potiſsimum dictæ deciſiōis argumentū. Etenim, is colon⁹ recognoſcit actorē noīe eccleſiæ, reſpectu penſiōis exigendæ, quā ille erat eccleſię ſoluturus, ſiquidem cum ea, nihil vnquā egit, nec talem, penſionem eccleſię, vnquàm ſoluit: quarè, ceſſare ſine ſcrupulo debet, ꝙ d. q. deciſum reperitur, ſiquidem nec verba, d. deciſiōis, nec argumentum propoſitæ conſultationi accōmodari poſſunt.

37 Ego, nequid intactū relinquā cōſidero d. deciſionem, Senatus Regii defendi cōmodè poſſe, ab eorū morſu, qui adaucter cōtendunt etiā in ſpecie illa (qn̄ coloni poſſeſsio eſt antiquior, & ille pōt iure optimo cōtendere, & allegare ius perpetuū emphyteuticū) ꝓ emphyteuta ferendā eſſe ſn̄iam, colonūq; neceſſariò condemnandum, & à poſſeſsione refuſis expenſis remouendum: quoniā inquiunt, ſi contingat rem aliquā in emphyteuſim conceſſam, & à te poſſeſſam, mihi ſecundo loco, ſimiliter in emphyteuſim concedi, & tradi, tuq; per annum taceas in mei fauorem, facta conceſsio valet, & firma permanet, vt ſupra diximus.

Quocirca, in caſu propoſitę conſultationis, in fauorem Pauli Mach. potius erat iudicandum. Siquidem non annus, imò, plus 40. erant iam elapſi patiēte colono, & penſionem emphyteutæ ſoluente. Sed nō vidētur agnouiſſe, illa ꝓcedere qn̄ eiuſdē

rei mihi conceditur emphyteuſis, ſeu vtile dominium, quod tibi prius fuerat conceſſum: quo caſu, quia nõ poſſumus ambo eiuſdem rei dñi eſſe vtiles, ſecũdum adnot. in l. 3. & ex contrario. ff. de acq. poſſ. ſimulac tu conſentis, rẽ mihi tradi, nec per annum contradicis, conſentire meæ cõceſsioni videris, nec amplius audiri debes. Cœterùm, in caſu quem tractamus, ea ratio ceſſat, quoniam reus vtile dñiũ fũdi habet, & poſsidet, actor verò, ius percipiendi penſionem tantùm, quę ſimul ſtare poſſunt, quãobrèm, prædicta Senatus Regii deciſio, à nobis vtiliter defenditur, quanuis non deſint, qui cõtradicãt. Stat igitur ex præmiſsis neceſſaria reſolutio, reum ex pręd ícta deciſione Regia, ſe tueri non poſſe, ſed magis ex ea cõdemnandũ fore.

38 Defendi tñ poſſeſſor iuſtè põt, alia ab eodem doctiſſ. Gãma collecta deciſ. 329. ibi enim caſus, de quo præſens eſt quæſtio deducitur, ſi rectè perpendamus. Fuit enim aduerſus emphyteutæ colonum, oblatus, rei vindicationis libellus, ab emphyteuta aſſerente, colonum detentorẽ eſſe. Reus verò colonus, quadragennariã poſſeſsionem, cum aunua vniformis penſionis, præſtatione allegabat, ex qua ius emphyteuticum, ſibi fuiſſe quæſitum, cõtendebat, ex auctoritate Bartoli, in l. comperit. C. de præſcrip. 30. vel 40. anno. cum aliis traditis per Iaſonem, in l. 2. C. de iure emph. n. 155. probantem, de conſenſu directi dñi, poſſe emphyteutã, alium emphyteutã conſtituere: qua ratione, cum id conſenſu expreſſo fieri potuerit, idem quoq; ſimiliter, ex curſu tẽporis induci põt, iuxta ea quæ de emphyteuſi, pręſumpta, pluribus in locis tradunt DD. Quorũ argumẽto (vt Gãma, d. q. 329. in prin. & num. 1. teſtatur) aduerſus quandam Turybiam emphyteutam agentem, & rem vindicãtem, in fauorem rei, lata fuit ſententia, propter probationem poſſeſsionis quadragennariæ, cum vniformi præſtatione penſionis. Nõ obſtãte actricis obiectiõe dicentis eiuſdem rei, plures dños vtiles, dari non poſſe, quoniã diuerſis reſpectibus, id poſſe cõtingere, iam ſuperi⁹ oſtẽdimus. Manebit enim poſſeſſor, reſpectu pręd ii, vtilis dñs: alter verò, emphyteuta reſpectu iuris cõſiſtentis in penſiõis receptione: ꝙ ita neceſſariò contingit, quãdo emphyteuta de cõſenſu dñi, alii rem in emphyteuſim cõcedit, vt nos alibi obſeruauim⁹. Quã ſane cõceſsionem, & dñi directi cõſenſum, lõgiſsimi temporis ſpaciũ, inducit, & ſupplet, vt tradit Alex. lib. 1. conſi. 79. n. 13. reſoluens, quòd vbi emphyteuſis reperitur, ab epiſcopò conceſſa, nec conſtat de conſenſu capituli, longiſsimi temporis ſpacium, ſufficit ad illum inducendum, & præſummendũ, omnia fuiſſe ſolemniter acta, & aſſerit Gamma hãc fuiſſe omnium ſcribentium intentionem, quos refert Iaſo. in l. 2. C. de iure emph. n. 155. tradunt Bart. & alii, in l. ſi filius, C. de petit. hæred. Alex. lib. 4 conſi. 113. n. 8. Iaſo. in l. qui in aliena, n. 49. ff. de acq. hęred. habetur, in l. cum de in rem verſo, ff. de vſuris, & in l. ſi certis annis, C. de pact. vbi Iaſo. n. 14.

39 Verùm hæc reſolutio caſui noſtro adaptari nõ poteſt, quia ſolùm procedit, vbi conſtat, de ſcientia dñi & patientia, quo caſu dici poteſt conſenſiſſe, aliter minimè, vt docet Alexand. conſi. 9. num. 8. vol. 3. tradit Aymon, de antiqui. temporum, fol. 94. nu. 18. cum ſeq. limitans, in poſſeſſione immemoriali, quæ non exi-





git ſcientiam, neque patientiam, inferior verò ſic. Ignorans enim conſentire, neutiquam dici poteſt. Vndè, in caſu præmiſſo, huius dominicę ſcientiæ, & patientiæ, mentio nulla fit, ideo ceſſat prædicta Gãmę reſolutio, quæ caſui præſenti, minimè poteſt accommodari.

40 Cum igitur, ex prædictis conſtet, colonum, ineptè excuſari, allegantem ſe habere ius emphyteuticum perpetuũ, examinare oportet, an ſaltem iure coloniæ defendi poſſit? Et videtur prima facie, aſſerẽdũ ꝙ ſic ex auctoritate Baldi, in l. malè agitur, C. de præſcr. 30. annorũ, col. 2. reſoluẽtis ſpacio 30. annorum, acquiri colono, ius quoddã perpetuæ coloniæ, qua ſe tueri poteſt, ne quo modo à poſſeſsiõe, ſeu detentatione, quã habet, remoueri valeat, ſequũtur Saly. ibi: & alii paſsim, & Aymon, conſ. 107. in fi. & vti verum, & extra omnem difficultatem, tradit Gãma, q. 26. num. 3.

Sed nec hæc reſolutio, caſui præſenti conuenit, laborat nanq; eodẽ morbo, quo & pręcedẽs, ſi cõſideres, emphyteuſim locari in perpetuum, imò, neq; vltra decem annos, dño inconſulto, non poſſe iuxta cõem ſcribentium reſolutionem.

Quãobrèm oportuit, colonum allegare ſibi, aut maioribus ſuis, locatã fuiſſe emphyteuſim, in perpetuũ, accedente, dñi directi conſenſu, vel ſaltem, eo ſciente, & patiente, quod minimè fuit: quarè nec hac colonię, exceptione, ſe tueri reus põt. Vt interim omittamus, ꝙ Gãma, d. q. 26. num. 5. ſcripſit præſcriptionem, decurſam, cõtra emphyteutã, filio nominato, & ſic ſucceſſori nocere nõ poſſe, quemadmodum neq; nocet, fideicõmiſſario decurſa pręſcriptio aduerſus eum, qui grauatus eſt reſtituere, vt ibi per eum.

Quæ ſanè comparatio, fideicõmiſſi, & emphyteuſis, mihi ſuſpecta ſemper viſa eſt, ſiquidem in emphyteuſi concurrere neceſſariò, debet dñi directi conſenſus, ſaltem tacitus, ſeu præſumptus: quem poſſe nominando filio nocere probabile eſt, vt nos latè libro noſtro qq. Forenſ. & contr. ciuilium, diſputauimus, in ea quæſtione, an & qñ pater in emphyteuſi poſsit filio nocere. Quæ ratio, in fideicõmiſſo ceſſat. In quo repugnat concedentis voluntas.

41 Porrò, ne vtilem hunc articulum, & in praxi frequentem, videamur, illotis quòd aiunt, manib⁹ pertractaſſe, obſeruãdum cenſeo, contra Baldum, d. l. malè agitur, quamplures tenuiſſe iuris noſtri auctores, reſoluentes colonum, nullo vnquã tempore, quãuis longiſsimo iuuari: quam ſentẽtiam melius cœteris, ex nouioribus adſtruit Aymon, de antiquit. temp. fol. 172. à nu. 100. & probant alii nouiores, quorũ opinionẽ ego magis probo, ꝑ tex. ibi, Malè agitur, cum dominis prædiorum, ſi tanta precariò poſsidentibus, prerogatiua defertur, vt eos poſt 40. annorũ ſpacia, qualibet ratione decurſa, inquietare nõ liceat, cum lex Conſtantiniana iubebat, ab his initium non requiri, qui potius ſibi, quã alii poſsiderent, & ibi gloſſ. & DD. not. malè quidem dici, cum dominis actum, ſi precariò poſsidentes, quales ſunt coloni, commodatarii, & depoſitarii, qui ſibi non poſsidẽt, ſed magis eis, quorum nomine rẽ detinent, concederetur, quadraginta annorum præſcriptio. quam conſtantiniana lex, ſolùm concedebat, poſſeſſoribus, qui ſibi, & non aliis poſsidebãt. Hi enim, qui alieno nomine poſsident, vtique detentores

ſunt, nõ poſſeſſores, vt habetur in l. quod meo. ff. de acq. poſſ. & habetur in l. fin. C. eod. & in l. peregrè, §. quibus explicitis, ff. eod. cũ alijs adductis per Valaſcum, lib. 1. de iure emphy, q. 20. num. 10.

Qua ratione, colonus quia non poſsidet, præſcriptionem allegare non põt, quoniã ſine poſſeſsiõe pręſcriptio, nulla procedit, l ſine poſſeſsione, C. de vſucapio. & in regula ſine poſſeſsione, de regul. iuris. in 6. Quo ſane argumẽto, & ratione, omni ſolutione maiore, niti mihi viſus eſt imperator Valẽt. in d. l. malè agitur, cum precariò poſsidenti, ideſt colono, & ſimilibus, qui ſibi nõ poſsident, 40. annorum præſcriptionẽ, negat, vt ex verbis ſupra relatis conſtat, & planiùs ibi. *Eos autem, poſſeſſores non conuenit, appellari, qui ita tenent, vt ob hoc ipſum, ſolitã debeãt præſtare mercedẽ.* Quæ verba, ſine difficultate, coloni perſonã reſpiciunt, domini nomine poſsidentis, & illi penſionem ſoluẽtis, vt ibi obſeruauit Glo. Idque euidẽtiùs deprehẽditur, ibi. *Nemo igitur qui ad poſſeſsionem conductor accedit, diu alienas res retinendo, ius ſibi proprietatis vſurpet.* Non potuiſſet ſanè legiſlator planiùs loqui, & ꝓbare, colonũ præſcribere etiam longiſsimo tempore, nõ poſſe. Aliter enim teneretur dominus, qui rem locauit, ſingulis annis, de iure ſuo proteſtari, & præſcriptionem interrũpere, quod graue eſſet, vt colligitur ex d. l. malè agitur, ibi: *Ne cogantur domini, aut amittere, quæ locauerunt, aut conductores vtiles, ſibi fortaſsis excludere, aut annis omnibus ſuper dominio ſuo publicè proteſtari.* Quocirca, iuſtè quidem, ex litera illius tx. glo. Bar. & DD. cõiter deducunt, alieno nomine poſsidentem, nullo vnquã tp̃re præſcribere, nec mirũ, quoniã & fructuariũ, vſucapere nõ poſſe placuit, imꝑatori, in §. fructuarius, inſtit. per quas perſo. nob. acq. imò, & emphyteutam, etſi poſſeſſor ſit, ſecũdum adnot. in l. ſciendum, §. 1. ff. qui ſatiſd. cogan. nõ poſſe pręſcribere directum dominium, ꝙ reſpicit, clarè ſcriptũ eſt in l. cum notiſsimi, §. fin. C. de præſcrip. 30. annorum, ibi: *Nulla ſcilicèt, dãda licentia, vel ei, qui iure emphyteutico, rem aliquam, per 40. vel per quoſcunque alios annos detinuerit, dicendi ex tranſacto tẽpore, dominium ſibi in his rebus quæſitum eſſe: cum in eodem ſtatu, ſemper manere, datas iure emphyteutico, res oporteat.* Sic ergo, in caſu quem tractamus, reſpondendum eſt, oportere rem colono datam, manere in eodẽ ſtatu, quod ſatis apertè, innuit Imperator, dum ſubdit, *Vel conductori, ſeu procuratori rerum alienarum, dicendi ex quocunque temporum curriculo non debere, ſe domino volenti, poſt completa conductionis tempora, poſſeſsionẽ recipere, eandem reddere.* Ex quibus colligitur, colonum, & ſimiles, alieno nomine poſsidẽtes, nulla tẽporis præſcriptione iuuari poſſe. Hi enim, vel viuo, vel mortuo domino, nullam poſſeſsionem retinẽt. l. non ſolùm, §. 1. in fi. ff. de vſucapio. Quãobrèm, omnis præſcriptio ceſſat, l. 1. §. 1. C. commun. de vſucapio. l. Pomponius, §. 1. ff. de acq. poſſ. vbi enim ceſſat poſſeſsio, incipere vſucapio non poteſt, l. ſine poſſeſsione, C. de vſucapio. Colonus igitur, licèt in prædio ſit, & illud detineat, quia non poſsidet, l. certè. §. is qui, ff. de precario, (penes enim dominũ poſſeſsio manet, l. & habet, §. cum qui, ff. de precario) præſcribere nullo modo poteſt. Et hoc eſt ſanè, quod in d. l. malè agitur, imperator tam ſedulò ratiocinando tractauit, & docuit, malè actum fore, cum dominis terrarum, ſi liceret, eorum colonis





allegare præſcriptionẽ, ex eo quòd vel ſingulis annis, de iure ſuo non fuerunt poteſtati, vel quia eos remouere, à re conducta non curarunt, quod cum ex gratia dominorum, in colonos profectum ſit, hoc illis adeò noxium eſſe non debet, vt ampliùs coloni, remoueri non valeant.

42 Iure enim cõpertum eſt, quòd ea quæ pendent à gratia, & facultate noſtra, pręſcribi non valent, quia in actibus pendentibus, à mera, & libera voluntate, nulla poteſt aduerſario acquiri poſſeſsio, l. Proculus, ff. de dam. infecto, l. 1. §. deniq;, & l. ſi in meo, ff. de aqua pluu. arcen. l. 2. ff. de via publ. Innocentius, in c. cum eccleſia Sutrina, de cauſa poſſeſſo. vbi agit de amico ſolito vicinum ſuum, ſeu amicum hoſpitari, liberaliter, ex mera facultate, & gratia, quem dicit non obligari in futurum, quia ex tali actu, & tractatu, nullum ius, nullaq; poſſeſsio, acquiritur aduerſario, Cynus, in l. 1. & 2. C. de ſeruit. & aqua. & in l. 2. C. quæ ſit longa conſuetudo, Panormitan. Corn. & Decius, quorum meminit Aymon, lib. de antiq. tempo. 4. par. fol. 172. num. 98.

Inferens num. ſeq. proindè beneficiũ manuale, nõ effici irreuocabile, ex eo quòd Prælatus diu permiſit, illud penes me manere. Nam cum id conſiſtat in facultate, & in ipſius prælati voluntate, & gratia, impedire reuocationem non valet, ita Panormita. in cap. Ioannes, in fi. de clerico coniuga. & in cap. ad noſtrã, vbi etiam Decius, col. 3. de confirmatio. vtili.

43 Sic etiam beneficiarius ſolitus habere certos coadiutores, eos remouere poteſt, licèt per tempus lõgiſsimum illos habuerit, & paſſus fuerit, quia id ab eius voluntate pendet, nec aduerſariis ius aliquod etiam poſſeſsionis tribuit, Butrius, conſil. 3. col. 2. in fi. Aymon, d. loco, ante num. 99. Sic igitur in propoſito, nocere nõ debet locatori, quòd per longiſsimum tempus, permiſit rem penes colonum manere, quem potuit quandocunque remouere.

Et hoc eſt profectò eſt, ꝙ Imperator, in d. l. malè agitur, ait malè actũ fore cum dominis, ſi eorum colonis concedatur poteſtas, allegandi pręſcriptionem. Abuti enim dominica gratia, & patientia dicetur colonus, qui ex eo quòd dominus illum paſſus eſt, rem retinere, pręſcriptionis exceptione vellet iuuari. Non enim decet, indè iniuriam naſci, vndè iura naſcuntur, nec ex bono opere iuxta, euangelium eloquium, cõuenit dominum à colono dilapidari: & ſic ſanè, rectè procedunt, cœtera ſupra relata, quibus, colonis negandam fore præſcriptionis exceptionem probauimus. Quod profectò probare videtur Iureconſ. in l. in rebus, §. finali. ff. de precario, vbi ego tibi rem meam, ad certum tempus precariò conceſsi, & finito termino, penes te rem ipſam manere, permiſsi, quæſitum fuit, quo iure teneas? & reſpondet Iureconſul. iure primæuo precarii, & conſequenter me poſſe, quandocunque reuocare. Et obſeruandum eſt ibi Iureconſultum, ſimpliciter hoc ita reſpondiſſe, oĩmodo poſtpoſita diſtinctione, an poſt lapſum primum terminum, ego rem permiſerim, penes te manere, breui, aut longo tempore. Quo argumento, idem eſt neceſſariò reſpondendum in colono, ad certum tempus conſtituto, quem ſi dominus permiſit, rem finito illo tempore retinere, audiendus non

eſt, ſi alio quàm primæuo locationis titulo, & cauſa detinere, alleget: vndè, poterit, quandocunque à domino remoueri.

44 Nec mirum, quia finito primo termino, eandem rem vlteriùs detinens colonus, videtur tacitè reconducere, ſecundum formam, & modum primi contractus, & cum ſuis qualitatibus, & pactionibus, vt habetur in l. legem, C. locati, vbi Bald. & Alexand. conſi. 28. in fin. lib. 4. Iaſo. conſil. 3. lib. 3. col. 2. & Aymon de antiquit. tempo. 4. par. num. 106. fol. 173. Qui hinc eleganter infert, poſſe dñum, quãdocunq; voluerit, colonũ repellere: quemadmodum ſtante prima locatione, illa finita potuiſſet: ſubditq;, quòd quanuis prima locatio facta ſit ad decem, aut plures annos, ſecunda tacita recõductio, quæ fit prima finita, ſolùm dicitur facta, ad vnum annum non plures, tradit Gomez. tit. de locato, n. 15. & conſequenter, ſi per plures annos, colonus rem locatam retineat, toties videtur reconduxiſſe, quot ſũt anni, vt habetur in d. l. legẽ, C. locati, & in l. item quæritur, §. qui impleto ff. eodem tit. Alexand. lib. 4. conſil. 28. in fi. Soccinus, lib. 3. conſil. 17. in princ. Qua ratione cum in fine cuiuſlibet anni, dicatur finita tacita reconductio, neceſſariò fatendum eſt, poſſe colonum quandocunque remoueri.

45 Quæ ſanè reſolutio amplianda eſt, vt procedat etiam in hærede coloni, qui dicitur rem eadem cauſa, modo, & forma, qua defunctus, detinere, vt obſeruauit Baldus, per textum ibi, in l. nec, C. de vſufruct. & ibi etiam Paul. & Balbus, de præſcriptio. 4. parte, 4. partis, quæſtio. 11. num. 4. & 5. Barbatia, lib. 2. conſi. 18. num. 13. Alexand. lib. 1. conſi. 84. Carolus Molyn. in conſuetudi. Pariſienſ. §. 7. num. 9. Quod ſanè limitandum eſt, niſi probetur interuerſa poſſeſsio: quæ ſanè interuerſio, ceſſat in caſu præſenti, quoniam ex actis cõſtabat, & reus ingenuè fatebatur, penſionẽ actori, quam eius ſocer viuens ſoluebat, præſtitiſſe, vſque in hodiernam diem, in quo planè fatetur, eodẽ modò ſe poſsidere, quo & eius ſocer poſsidebat, quod ita præſummitur, niſi controuerſio, probetur Carolus Molyn. in conſuet. Pariſ. §. 46. nu. 23. Præſũmitur enim poſſeſsio continuata, in qualitate tituli, & cõformiter ad titulum gloſſ. in l. 2. & ibi Bartolus, C. de acquirenda poſſeſsio. gloſ. fin. in l. quædam mulier, ff. de rei vindicat. Bart. in l. cum ſolus, ad finem, ff. de vſucapio. Angelus, conſil. 161. Romanus, conſi. 228. verſi. 11. Soccinus, lib. 4. conſil. 15. ex quibus, clariſſimè quidem conſtat, negandam fore colono præſcriptionẽ, quicquid Baldus, & ſequaces, velint, nullo iure, aut iuſta ratione nixi, vt ex ſupra ſcriptis apparet.

46 Verùm, ſi rectè conſideres, iſtæc tantùm videntur procedere, quando conſtat de initio tituli, ideſt ꝙ titulo coloniæ, poſſeſſor, vel eius auctor, incœperunt rem poſsidere: quo caſu, quia ex primordio tituli poſterior formari, ſolet euentus, l. 1. ad finem, C. de imponen. lucrat. deſcriptio. lib. 10. non eſt mirum, ſi ſecundum illum, poſſeſsio cõtinuata dicatur, & facta tacita recõductio, l. quædam mulier, ff. de rei vindi. l. 2. C. de acquirenda poſſeſsio. Omnia enim, ad originem vnde fluunt, reducuntur l. in ratione, §. ſi filio, ff. ad legem Falcidiam. Prima nanq; cauſa, ſemper intuenda eſt, quia ſecunda, ab ea influitur, l. ſiquis domum, ff. locati, l. peto, §. prædium. ff. de legat. 2. ad quem caſum, & ſenſum non poſſe referri, dictum Baldi, in d. l. malè agitur, contendit Aymon, de antiquit. temp. 4. parte, fol. 173 nu. 108. cum ſequent. & doctiſs. Gamma. quæſt. 297. num. 4. verſic. nec obſtat, intelligentes Baldũ defendi poſſe, vbi non conſtat de initio tituli, in qua ſpecie, videntur omnia ſupra ſcripta ceſſare. Nam cum res mihi, pro certa mercede, ſimpliciter colenda conceditur, non expreſſo locationis titulo, ad certum tempus præfinito, facile eſt inducere, quòd vel emphyteutico titulo, vel coloniæ perpetuæ, fuerit res conceſſa. Siquidem non adeſt, cauſa primæua, ſeu origo, à qua poſterior formetur euentus: quæ ſanè ſententia colorem habet, & aduerſus dominum liberum, ideſt, qui rem liberam colendam conceſsit, facilè defendi poteſt, quoniam nihil adeſt, quòd huic coloniæ perpetuæ nocere poſsit, quemadmodum obſtat emphyteutæ, qui rem emphyteuticam, vltra tempus decem annorum, locare citra domini conſenſum non poteſt, vt eſt communiter receptum. Qua ratione, ſimplex emphyteuſis locatio, ſeu traditio colono facta, pro certa mercede, ſingulis annis, ſoluenda, interpretanda eſt, non excedere terminos licitæ, & validæ locationis, quæ ad modicum tempus, tantùm fieri poteſt liberè, & citra cõmiſsi pœnam. Actus enim agentium, ad caſum, licitum, & validum, reſtringi ſolent, ne delictum inducatur, cõtra l. mericò. ff. pro ſocio. Præſertim, in his regnis, in quibus hic contractus coloniæ perpetuæ, in vſu non eſt. Nuſquam enim vidi, aut audiui huiuſmodi contractum coloniæ, perpetuæ celebratum fuiſſe, aut vſu receptum, quamuis me non lateat illius mentionem feciſſe Baldum, in cap. 1. §. aut ſi, col. 1. quibus modis feud. amitt. & Iaſo. in l. 1. C. de iure emphyt. num. 40.

47 Habito igitur pro conſtanti, hunc cõtractum coloniæ perpetuę, ſeu colonarium, non eſſe in vſu in his regnis, nec alibi quemadmodũ obſeruauit Aymon, de Antiquita. tempo. 4. parte, num. 118. fol. 175. nihil facilius eſt (imò ſatis probabile) quàm ſimplicem locationem, ſine termini præfinitione, celebratam, reſtringere ad locationem nouem annorum, vſu receptam, & quam emphyteuta liberè facere poteſt. Ab vſu enim, & cõſuetudine, patriæ ſolent contractus noſtri interpretationem accipere, l. quod ſi nolit, §. qui aſsidua, ff. de edili. ædicto. l. ſi prius. §. penulti. & ibi Bartol. ff. de aqua pluui. arcenda, cum aliis quæ adducit, ita declarans Aymon, d. fol. 175 num. 19. cum ſequent. Quæ fortè eſt ratio, propter quam Valaſ. lib. 1. de iure emphyt. quæſtio. 20. n. 12. verſic. nec ſequerer, negat adhęrendum Baldo, etiã vbi non conſtat de primæuo titulo locationis. Quæ reſolutio in emphyteuta, neceſſaria eſt, niſi colonus contendat dominum directum, ſaltem tacitum, per ſcientiam, & patientiã, præſtitiſſe conſenſum, ſine quo, nec ad vitam defendi, poteſt colonus emphyteutæ, quanuis quidam aliud crediderint aliquando, ex Gamma, quæſtio. 297. col. pen. in fine, ſiquidem, nec ad vitam locari emphyteuſis domino inconſulto poteſt, vt alibi reſoluimus, in tractatu de interitu, & reſol. emphyt. quæſtio. 1. n. 24. & eſt communiter receptum.

48 Verùm, quia noſtri paſsim in-

terpretes, intelligentes Baldũ, in d. l. malè agitur, conſtanter aſſeruiſſe, coloniam perpetuã prȩſcribi poſſe, vt poſt alios tradit Afflict. q. 290. n. 6. qui huic videtur accedere ſentẽtiæ, ideo aliquãtulum, hoc maturius cõſyderandum, operepretium fore arbitror. Bald. enim, in d. l. malè agitur, contendit explicare gloſſ. 2. ibi reſoluentem colonum, rem ad certum tempus conducentem, triginta ãnorum ſpacio, præſcribere locati actionẽ, ſi per tantum tempus dominus illũ poſsidere permiſit, & cõſequenter agentẽ dominũ, poſt ãnos triginta, actione locati audiendum, non eſſe, quia annis triginta omnis actio præſcribitur, l. ſicuti, illo tit. quoniã (vt ait gloſ.) debet dominus, agere aduerſus colonũ, directa rei vindicatione, nõ locati actione, ſequuntur gloſſ. Bart. Bald. & Salycet. num. fin. firmãs cõĩter receptam.

49 Baldus igitur, cæteris latius agens, ſubdit colonum volentẽ præſcribere rem ipſam locatã; audiendum non eſſe, tanquam poſſeſsione carentem, ſine qua ceſſat præſcriptio. Aut vult prȩſcribere actionem, perſonalem locati, ne ex illa cõpelli poſsit, rem dimittere, & verũ dicit, gloſſ. triginta annis, extinctam eſſe dictam locati actionem, per d. l. ſicuti: poteſt tamen rei vindicatiõe cõueniri, ſecundũ gl. & dd. quod etiã Bald. placuit, intelligenti, hoc verũ eſſe, quando colonus ſimpliciter excipit lapſos eſſe triginta annos, infra quos debuit conueniri, nõ ſic ſi cautius agẽs excipiat, & proponat, poſt primã locationem ad tempus factã, perpetuã aliã factam fuiſſe, idq; ex vniformi pẽſionis præſtatione, curſuque tẽporis triginta, vel quadraginta annorũ, probare cõtendat, adinſtar & ſimilitudinem, emphyteutæ, qui conceſſam emphyteuſim, allegat, & probat ex curſu triginta, & quadraginta annorũ, adiuncta vniformi penſionis ſolutione, ſecundũ ea, quæ habentur in l. 2. C. de iure emph. ſuper glo. verbo. repellere, in fi. & ibi Iaſo. n. 155. Balb. 1. p. de præſcriptio. 3. p. q. 10. n. 35. Quo caſu, Bal. intellexit gloſſ. nõ benedicere, quatenus voluit poſſe colonum, rei vindicatione conueniri: obſtat enim titulus ille coloniæ, perpetuus, & præſumptus ex curſu tẽporis, cum vniformi penſione inductus. Quapropter, remoueri à detentatione, colonus nequit: quemadmodum, nec emphyteuta præſumptus, ſecundũ quem ſenſum, Baldus manifeſtè loquitur, eo caſu, quo à principio fuit res locata, ad modicum tempus, & illo finito, ex tacita reconductione, colonus vniformi mercede ſoluta, rẽ per triginta annos retinuit. Vndè, deducitur Baldũ, directò repugnare Aymoni volenti, in loco iam citato, Baldi ſententiam defendi poſſe, quando non conſtat, quòd à principio fuit res, ad certum tempus locata, & ſic meritò ab eo receſsit Valaſcus, de iure emphyt. quæſtio. 20. poſt n. 12.

# Quæſt. XVI.

## SVMMARIVM.

1 *Renouatio bonorũ Maioratus, ſeu capellæ, an peti poſsit? q. 18. per tot.*

*Maioratus bona, ſeu capellæ, an in emphyteuſim concedi poſsint?*

*Maioratus bona etſi alienari probibeãtur; poterunt tamen ad longum, ſiue longiſsimum tempus, etiam centum annorum locari.*

2 *Si in maioratus inſtitutiõe, ſeu capellæ extet clauſula probibitionis, de non alienãdo, tunc maioratus poſſeſſor, minimè poteſt, eiuſdem bona in emphyteuſim perpetuam, vel in certam generationem concedere. Licèt in bis regnis contrariũ obſeruetur.*

3 *Alienationis verbo emphyteutica conceſſio continetur.*

4 *Venditionis interdictio, ſufficiens eſt ad emphyteuticã cõceſsionem impediendã, et multo magis alienatiõis probibitio, cuius ſignificatio latius patet, quæ & emphyteuticã cõceſsionem comprehendit.*

5 *Eccleſiæ bona iure, tam ciuili, quã canonico, in emphyteuſim concedi nõ poſſunt, abſque debita ſolemnitate, quæ facilius permittitur quàm vniuerſi iuris, eccleſiaſticæ rei diſtractio.*

9 *Per emphyteuticã conceſsionẽ alienatur vtile dominium, quod in emphyteutam tranſit, & emphyteutæ cõcedũtur vtiles actiones.*

7 *Poſſeſſor maioratus, in ſucceſſoris præiudicium bona maioratus, in emphyteuſim concedere non poteſt, nec locare ad longum tẽpus, quoniam per eam acquiritur ius in re.*

8 *Locatio ad longum tempus, cõtractui emphyteutico omnino comparatur, & in ea datur cõmiſſum, propter non ſolutam penſionem.*

9 *Locatio ad longum tempus, alienationem continet.*

10 *Emphyteuta, vt incidit in cõmiſſum, per alienationẽ irrequiſito domino, ita etiam ſi locet ad longũ tẽpus, vel aliũ cõſtituat emphyteutã. Sed contra verius. n. 16.*

11 *Emphyteuticus contractus, & locatio ad longum tempus æquiparãtur. Patri bona aduentitia filij adminiſtrãti, tutori bona pupilli, marito bona dotalia, ac prælato bona eccleſiæ, in emphyteuſim concedere, vel locare ad longũ tempus, probibitum eſt.*

12 *Extante legis, & bõis probibitione, omnis alienationis ſpecies probibetur.*

*Eccleſiæ res donata, cum clauſula quòd non poſsit alienari, nequit etiam in caſu permiſſo alienari.*

13 *Emphyteutica cõceſsio ceſſat, quoties defunctus nominatim interdixit, ne maioratus bona poſsint permutari.*

14 *Interpret. Ordin. Regiæ, lib. 4. tit. 66. & lib. 2. tit. 35. § 42.*

*Maioratuũ poſſeſſores, bona maiorat⁹ poſſunt concedere in emphyteuſim, ſi facultatem concedendi babeant à teſtatore.*

15 *Præceptores, ſeu commendatores, bona ſuarum commendarum, in emphyteuſim concedendi, facultatem non babent, niſi eis ſit indulta à Magno magiſtro.*

16 *Priuatio quia odioſa eſt, & pœnalis, ſemper reſtrĩgitur ad caſus in iure expreſſos.*

*Emphyteuta, locans ad longum tempus, non incidit in cõmiſſum.*

*Emphyteuta, poteſt vſumfructum liberè ſuper re emphyteutica conſtituere.*

17 *In pœnalibus, nedũ in alijs, dicitur ineſſe ille caſus, in quo omnino viget eadem ratio.*

18 *Stare colono ad longum tempus, ſucceſſor maioratus non tenetur.*

*Finito iure dantis, finitur ius accipiẽtis.*

19 *Poſſeſſor maioratus, põt conſtituere ſeruitutem, ſuo tantùm tempore duraturã.*

20 *Alienatio nõ excedit vitã alienantis.*

21 *Finita emphyteuſi, finitur ſeruitus impoſita, & res libera ad dominũ reuertitur, niſi emphyteuſim dominus, emptionis titulo, aut donationis, aut ſimili conſequatur.*

22 *Seruitus, non extinguitur impoſita ab emphyteuta, ſi dominus illam emat, vel quouis titulo conſequatur: ab emphyteuta enim boc caſu, dicitur magis cauſam habere, quàm à ſeipſo.*

23 *Filius à patre nominatus, tenetur ſerui-*

*tutem à patre conſtitutam pati: Sed verius contra.*

*Nominatus nõ dicitur à nominãte capere.*

24 *Fallit, ſi filius ſit hæres patris.*

25 *Fideicommiſſario obſtat, exceptio legis cum à matre. C. de rei vindi.*

26 *In contrarium, quòd aditio hæreditatis non noceat.*

27 *In feudis ex prouidentia lex Cum à matre, non procedit.*

28 *Fallit lex, Cum à matre, vbi filius fecit inuentarium.*

29 *Lex, Cum à matre, fallit vbi alienatio eſt facta in fraudem.*

30 *Fallit lex, Cum à matre, cum pater nulliter alienauit.*

31 *Alienatio bonorum maioratus, eſt nulla, adeò vt neque precium teneatur, venditor reſtituere.*

32 *Nulliter alienans dicit de nullitate.*

*Pater alienans põt de nullitate agere.*

*Poſſeſſor maioratus, alienans non poteſt reuocare, nec dicere de nullitate, in vita præterquàm ſi non habeat ſucceſſorem, qui reuocet, nã ſtatim reuocare poteſt.*

33 *Interpr. l. filiusfamilias. 117. §. cum pater, delegat. 2.*

*Regula l. cum à matre procedit etiam in fideicommiſsis.*

34 *Interpretata l. 2 C. ſi in fraudẽ patroni.*

*Liberto abinteſtato mortuo, hæreditas defertur patrono.*

*Clauſula, quòd in euentum alienationis, ſtatim Maioria, vel ſaltem, rei alienatæ dominium, & ius transferatur in proximiorem, aliàs ſucceſſurũ, vtiliſsima eſt.*

35 *Alienatio à poſſeſſore maioratus facta, eo viuẽte, duntaxat tenet, nec interim rem ipſam ab emente euincere poteſt.*

36 *Cedente die fideicommiſsi, ſeruitutes impoſitæ extingũtur, & idem in Maioratu.*

37 *Filius nõ põt in vita patris agere ad bona aduentitia, à patre alienata.*

38 *Pater vendens emphyteuſim, ſolùm videtur vẽdere, ius duraturum in vita ſua, Emphyteuſis plures cõtinet cõceſsiones, quarum alia cõcernit parentẽ, alia filios.*

39 *In contrariũ, quòd etiã in vita poſſeſſoris poteſt ſucceſſor agere.*

*Interpr. l. peto. 71. § prædium, ff. de leg. 2.*

40 *Alienatio neceſſaria, nunquã cenſetur interdicta: ſecus in voluntaria.*

*Probibitio expreſſa de nõ alienãdo, efficit ne alienatio teneat in vita alienantis, quod non efficit tacita.*

*Probibitio expreſſa de non alienando pendente conditione impedit dominij tranſlationem, & fideicõmiſſariũ, ſtatim admittit ad vindicandã rem alienatam.*

41 *Licèt exactu nullo non incurratur pœna, tamẽ alienatio facta cõtra probibitionẽ teſtatoris, facit alienantem in pœnam incidere.*

*Alienans contra probibitionem, reuocare alienationẽ non poteſt, ſed admittitur ſequens in gradu.*

42 *Probibitio expreſſa, plus operatur quã tacita.*

43 *Interpret. l. cum pater. 79. §. libertis. ff. de legat. 2.*

44 *Grauatus poſt mortẽ reſtituere põt pro tempore vitæ ſuæ, alienare.*

45 *Fallit, ſi adſit filij conſenſus, vel contractus ſubſcriptio.*

46 *Qui vt teſtis ſe ſubſcripſit, non obligatur.*

47 *Præſentia cum taciturnitate, non eſt ſufficiens ſecundum communem.*

48 *Diuiſio bonorum cõparatur emptioni.*

49 *Quando tacens aliquid egit.*

*Interpr. l. quidã. ff. de euictio.*

*Interpr. Ordin. lib. 3. tit. 32. & lib. 4. tit. fi.*

50 *Interpr. l. ſi ſeruus communis. 39. ff. de donatio. inter vir.*

*Sanguinis coniunctio inducit conſenſum, in præſente, & tacente.*

51 *Interp. l. ſi ſeruus cõis. ff. de don. inter vi.*

*Sola ſciẽtia non nocet, niſi ſit præſens.*

*Præſentia inducit ſcientiam.*

52 *Qui poteſt cõtradicẽdo impedire, tacendo conſentit.*

*Ius futurum renunciari non poteſt.*

Ius



53 *Ius futurum pacto renunciatur.*

54 *Præſens dicitur conſentire, & pactum inducitur.*

*In vtilibus præſens dicitur conſentire.*

55 *In fraudem qui tacet, ſibi nocet.*

56 *Abſens licèt taceat, non ſibi nocet.*

57 *Vxori præſenti, & tacenti, obſtat dos, à marito filiæ data.*

58 *Taciturnitas dotis fauore, vel piæ cauſæ inducit conſenſum, & animũ donãdi.*

*Dos ſoluenda eſt de bonis ſocietatis.*

*Frater præſens, & tacens, quando de ſuis bonis filiam, vel ſaltem, de cõmunibus dotauit, ſibi nocet, adeò, vt res donatas repetere minimè valeat.*

59 *Tacẽs qui debet reuerentiã nõ conſentit.*

60 *Filius tacẽs, ſibi nocet, ſi eſt emãcipatus.*

*Interpretata l. fideiuſſor. 26. §. 1. ff. de pignoribus.*

61 *Expreſſus conſenſus, ſine iuramento, filiofamilias non nocet.*

62 *Ordin. lib. 3. tit. 32. §. fin. interpr.*

63 *Nepoti patris, conſenſus non nocet.*

*Inuentarium, ſi fecit poteſt contrauenire nepos.*

64 *Filius conſentiens, ſi moritur ante patrem, nepos auditur mortuo auo.*

*Interpret. Ordin. lib. 4. tit. fin.*

65 *Nepoti non nocet, patris iuramentum de non ſuccedendo.*

66 *Idem è contra, ſi ſecundogenitus conſenſit, & illi deferatur ſucceſsio, per mortem primogeniti.*

67 *Ius ſuperueniens prodeſt.*

68 *Nominatio ad emphyteuſim, inutiliter facta, ab eo qui nominandi poteſtate carebat, conualidatur, ſi illi ius de nouo ſuperueniat, emphyteuſisq; ſua poſtea efficiatur.*

69 *Alienatio bona fide facta, eſt ꝑpetua, ſi vinculũ cõtrahẽtes ignorabãt, & vtriuſq; cõtrahẽtis requiritur ignorãtia.*

70 *Ignorantia præſummitur, ideo eſt probanda ſcientia.*

71 *Poſſeſſor, maioratus bona expreſsè alienari probibita, renouare nõ tenetur, deſcendentibus vltimi poſſeſſoris, niſi bona maioratus, in emphyteuſim dari eſſent conſueta, per multiplicatas ſucceſsiões, accedente longiſsimi temporis curſu.*

1 EST in praxi frequẽs quæſtio, eaq; vtiliſsima, an renouatio bonorum emphyteuticorum Maioratus, ſeu capellæ peti poſsit? Fingamus ſpeciem, maioratus poſſeſſorem Titio, & eius vxori, & filio ex vtróq;, in tertiam generationem, rem in emphyteuſim conceſsiſſe, finita tertia generatione ſupereſt vnus filius, vel deſcendens, qui renouationem dictæ emphyteuſis petit. Dubiũ eſt, an ei ſit concedenda, vel iuſtè denegetur?

Hæc quæſtio, videtur pendere ab altera queſtione, an bona maioratꝰ, ſeu capellæ, in emphyteuſim concedi poſsint? Remota enim hac difficultate, facilè propoſitæ hypotheſis modus diſſoluetur. Et hæc quæſtio, dubio carere videtur, inſpecta Regia ordin. lib. 2. tit. 35. §. 42. vbi capellarum bona in emphyteuſim, poſſe concedi diſpoſitũ eſt, & lib. 4. tit. 66. ibi: *Capellas, nem de Morgados*, prohibet enim lex illa, ne pro introitu, poſſeſſor capellæ, aut maioriæ, quicquã accipiat, ſi quando bona in emphyteuſim conceſſerit: quarè per locũ ab ſpeciali, vnicè probat liberè poſſe, abſque vllo munere accepto, pro introitu, bona capellæ, aut Maioriæ, in emphyteuſim concedere. Quod inſtitutoris conditioni, minimè refragari videtur, ſi conſideres, per emphyteuticam conceſsionem, rem ſic conceſſam, ad extraneos minimè tranſire: quoniam directum dominium, rei emphyteuticæ, penes poſſeſſorem Maioriç

ciuſq;

eiusq; ſucceſſores permanet: Qua ratione, bona maioratus, etſi alienari non poſsint, poterunt tamen ad longum, ſiue etiam longiſsimũ tempus, etiam centum annorum, locari, & in emphyteuſim concedi, vt eſt glo. ad hoc reputata ſingularis & vnica, in l. codicillis, ſ. inſtituto glo. fin. ff. delegat. 2. vbi Imola, & in cap. ad audientiam, de reb. eccleſ. n. 2. col. 2. Baldus, in cap. querellam, de electio. *in* fi. Angel. in l. ſiquis ante, in fi. ff. *de* acq. poſſ. & poſtremò hãc opinionem probat doctiſſ. Gãma, q. 16. in his regnis obſeruandam, ex Regni ſtilo. Qui tamen, q. 192. contrarium probat, quatenus emphyteuticam conceſsionem, reſtringit ad vitam concedentis tantùm, q. tamen. 222. ſub n. 4. regni conſuetudini adhæret, contrarium tamen dicit fuiſſe obtentum.

2 Sed in propoſita quæſtione, verior eſt cõtraria ſententia, maximè ſi in maioratus, ſeu capellæ cõſtitutione extet clauſula prohibitionis, de non alienando: tunc enim maioratus poſſeſſor minimè poteſt eiuſdem Maioratus, bona in emphyteuſim perpetuam, vel in certã generationem, duraturam concedere, quã opinionẽ ſimpliciter tenuit doctiſſ. Pelaez, in tract. de Maioratu. 4. p. q. 25. in prin. Moly. de Primog. Hiſpa. lib. 1. c. 21. n. 31. cum ſeq. & lib. 4. c. 1. n. 10. licèt Gamma contrarium aſſerat in his regnis obſeruari.

3 Etenim alienationis verbo, emphyteutica conceſsio continetur, vt docet imper. in l. fi. C. de reb. alie. nõ alie. ibi: *Similiq; modo ſeruitutes, minimè imponi, nec emphyteuſeos cõtractus*, & ibi not. đđ. & in l. filiusfamiliàs. §. Diui, ff. deleg. 1. & in c. nulli, de reb. eccleſ. non alien. & in Clem. 1. eod. tit. Fab. & Angel. in ſ. adeò, inſt. locati, Alex. Decius, & Couar. quorum meminit Pynel. in. 3. p. legis. 1. C. de bo. mat. n. 64. Quorum ſñia procedit ex ꝓpria verbi ſignificatione, teſte Baldo, in c. 1. §. aut liuellario. nu. 6. quib. mod. feu. amit. Caſſa. in conſue. Burg. rub. 3. §. 8. n. 3. Alcia. in l. alienationis verbo. ff. de verb. ſig. in prin. Qua ratione, extãte defuncti prohibitione, de non alienando, admitti põt non poſſe maioratus poſſeſſorẽ illius bona, in emphyteuſim concedere.

Clarum eſt enim, fauorabilẽ hanc eſſe prohibitionem, quæ familiæ honori, & ſplendori ſalubris eſt.

4 Quarè ſolius venditionis interdictio, ſufficiẽs foret ad huiuſmodi emphyteuticã, conceſsionem impediendã, ex gl. in l. quemadmodũ. C. de agric. & cenſit. lib. 10. & ibi Platea, n. 2. Multò ergo magis impedire valebit, alienationis prohibitio, cuius ſignificatum, multò latiùs patet, vt habetur in l. fin. C. de rebus alie. non alie. quã emphyteuticã conceſsionẽ cõprehendere ex eadem l. fin. liquidò conſtat, & ex Baldo, in c. 1. nu. 7. de proh. feud. alie. ꝑ Feder. Præpoſ. in c. 1. n. 2. ad fin. Per quos fiat inueſtit. Curt Sen. conſ. 63. col. fi. Aliter, facili quidem negocio, poterit Maiorię poſſeſſor bona, oĩa vel ſaltem, præſtantiora, in emphyteuſim concedẽs, ſucceſſoribus nocere, ꝙ vtiq; permitti non debet, ex regula l. oratio, ff. de ſponſalib. Actus enim voluntarii, à poſſeſſore maioratus geſti, nullum prorſus præiudicium inferunt ſucceſſoribus, vt adnotauit Pynellus, in l. 1. 3. parte, de bonis maternis, num. 49. col. 4. fol. 103.

5 Qua ratione, ne quod præiudicium patiatur eccleſia, iure tam ciuili, in authen. de non alienan. quã canonico ſtatutum eſt, in c. nulli, de reb. eccl. nõ alic. nequo modo eius bona



bona in emphyteuſim, concedãtur, prætermiſſa à iure inſtituta ſolemnitate, etſi verum ſit, multò facilius admitti poſſe huiuſmodi emphyteuticam conceſsionem, quàm vniuerſi iuris, eccleſiaſticæ rei diſtractionem, vt tradit Fely. in conſi. 42. poſt num. 6.

6 Explorati enim iuris eſt, per emphyteuticam conceſsionem, alienari vtile dominium, quod in emphyteutam tranſit, vt docet Iureconſultus, in l. 1. ibi: *Quanuis non efficiantur domini*, ff. ſi ager, vectig. & ibi glo. communiter recepta, notat Baldus, in 1. & 2. lect. citans tx. in l. poſſeſſores, C. de fund. patrimonia. lib. 10. qui benè probat in fi. idem Bald. in l. nam & nocere, ff. de pact. firmans vtile dominium concedendum eſſe illi, cui vtiles conceduntur actiones, quas emphyteutæ cõcedi, I. C. docet, d. l. 1. Signorol. conſi. 7. tradit Gozad. in l. traditiõibus, C. de pact. n. 7. doctiſs. Valaſ. de iure emph. q. 1. n. 2. quod in ſuperficiario probat Corraſ. in l. 3. ff. de ſeruit. num. 5. & 10.

7 Cum itaq; ex emphyteutica cõceſsione, in emphyteutã vtile tranſeat dñium, quo ſucceſſorẽ priuari oportet, ſi validã conceſsionem fateamur, vtiq; nequo modo contra fundatoris intentionem, huiuſmodi patiatur detrimentum, reſoluendũ eſt, id poſſeſſorem minimè efficere poſſe. Quã ſententiam, in locatione ad longum tempus, vti veram probat Anto. Gomez. in l. 40. Tauri, nu. 84. reſoluens longum tempus eſſe, ꝙ decem annorum, curriculo præcluditur, vt habetur in rubr. de longi tẽporis præſcriptio. & bona Maioriæ, ad longum tempus locari nõ poſſe, tradunt quos allegat Gãma, deciſ. 222. n. 3. Per huiuſmodi enim locationẽ, ius acquiritur cõductori, l. 1. §. qui in perpetuũ, ff. ſi ager vecti. & l. 1. §. ꝙ ait pretor, ff. de ſupficieb9.

Nã huiuſmodi locatio, alienationem continet, & conſequenter poſſeſſori maioriæ eſt prohibita, quemadmodum, & bonorum alienatio, vt in ſpecie reſoluunt Bart. poſt Dyn. Alberi. Bal. Pau. Imola, & alii đđ. cõiter, in l. codicillis, §. inſtituto. ff. de leg. 2. DD. in l. fi. C. de reb. alien. non alien. Licèt contradixerit glo. fi. d. §. inſtituto, contra quam, plurimos referens dicit cum Bartolo eſſe cõem Pynel. in l. 1. C de bon. mat. 3. p. n. 63. col. 5. in fi. verſic. hoc autem, Aluar. Valaſ. de iure. emph. q. 29. n. 7.

8 Nec hoc mirum, ſi cõſideras locationem, ad longum tempus contractui emphyteutico, oĩo comparari, & propterea in eo dari cõmiſſum, propter non ſolutã mercedẽ, vt tradit Fely. conſ. 25. n. 7. Brechei9, Aphoriſmo. 140. Ferrarien. in praxi, libello. de ficti. præſtatio. in prin. & verbo, inueſtiuit, Benincaſsius, in §. omnium, inſt. de actio. n. 42. Syluan. conſil. 47. nu. 4. Iaſo. in l. 1. C. de iure emphy. n. 34. Bertran. lib. 1. conſi. 311. n. 4. & lib. 2. conſi. 126. in prin. Iaſo. in auth. qui rem, C. de ſacroſ. eccle. col. 1. & Valaſ. de iure emph. q. 29. num. 19. Moly. de Primogen. Hiſp. cap. 21. num. 21.

9 Quoniam huiuſmodi ad lõgum tempus locatio, alienationem continet, gloſſ. & DD. in l. 3. §. ex contrario. ff. de acq. poſſ. & in l. ſiquis ante, vbi Alex. eod. tit. tradit Gutierrez, in l. nemo poteſt, n. 50. ff. de leg. 1. Afflict. in cap. 1. §. aut ſi, n. 31. quib. mod. feud. amit. Valaſ. q. 29. n. 2. & 22. verſic. quartò. Mench. de ſucceſſ. creat. §. 10. poſt nu. 78. Tiraq. de retra. §. 1. glo. 14. nu. 79. optimè, Decius, conſilio. 204.

10 Qua ratione, quod in l. fi. C. de iure

iure emphy. & in cap. potuit, de locato, ſcriptum eſt, emphyteutam alienātem, rem emphyteuticā, dño irrequiſito incidere incommiſſum, iuſq; ꝙ habet perdere, vtiq; procedit, & ampliatur ſi rem ipſam, ad longum tempus locauerit, vt probat Imola, in d.c. potuit, & illum ſecutus Alex. lib. 3. conſ. 104. num. 4. & conſi. fin. nu. 7. eod. lib. hoc idem referens tenuiſſe Speculatorem, concordat idem Alex. conſi. conſ. 165. n. 2. & lib. 4. conſi. 113. nu. 1. idem tenet Iaſo. d. l. fin. C. de iure emph. nu. 112. Fulgoſ. conſi. 140. cuius meminit Iaſ. d. l. fi. nu. 2. & 8. & Anto. Gomez. 2. tomo, tit. de locato, nu. 11. ad fin. Affl. in cap. imperialem, nu. 61. de prohib. feud. alien. per Federi. Tiraq. de retract. lig. §. 1. gloſ. 14. num. 82. firmās hoc idem tenuiſſe Baldum, & Areti. & Fulgoſ. concordāt Feli. & Boeri⁹, quorum meminit Pynellus, de bon. mater. l. 1. parte. 3. nu. 86. illat. 6. comprobat Decius, firmans hanc reſolutionem dubio carere, conſil. 204. & Curt. Iunio. lib. feudo. 4. par. num. 92. Valaſc. aſſerens communem, de iure emphyt. q. 38. num. 8.

Quam ſententiam iuuat, quod ſuperius reſoluimus, emphyteutā minimè poſſe alium emphyteutā, domino inconſulto conſtituere, quin cadat in cōmiſſum: quoniam, & hęc conſtitutio, alienatiōis ſpeciem cōtinet, vt ſupra obſeruauimus, per l. fi. C. de reb. alie. non alien. Alex. conſ. 113. col. 2. vol. 4. Pariſ. conſi. 85. num. 7. lib. 3. Valaſ. q. 13. nu. 11. & q. 38. num. 7. firmans hanc eſſe cōem.

11 Quo ſumpto argumento, idem reſoluendum eſt, in locatione ad longum tempus. Sunt enim hi caſus exæquati, propter identitatem rationis, per ſupra ſcripta, & per l. Regiam. lib. 4. tit. 64. in prin. ibi: *O foreiro que traz algũa poſsisão, aforada pera ſempre, ou em certas peſſoas, ou a tempo certo, que paſſe de dez annos.* Similis ordin. Regia, lib. 4. tit. 65. in prin. ibi: *Pera ſempre, ou pera certas peßoas, ou tẽpo certo, de dez annos pera cima.* Alia ſimilis, lib. 4. tit. 6. §. 9. ibi: *Auera lugar nos beẽs emprazados, ou arrendados, ſe o arrendamẽto for de dez annos, ou debi pera cima.* Similis lib. 3. tit. 32. in princ. Vides amantiſsimè lector, qualiter leges Regiæ, nullam prorſus conſtituant differentiā, inter conceſsionē emphyteuticā, & locationē, ad longum tp̃s. Per vtranq; enim ius in re transfertur, reſq; alienari dr̃. Quarè quemadmodū poſſeſſor Maioriæ, non pōt bona illius alienare, ita etiā nequibit in emphyteuſim, cōcedere, aut ad longū tp̃s locare, per ſupra dicta, & per ea quæ tradunt Mench. de ſucceſſ. creat. §. 10. poſt. n. 78. & Valaſ. de iure emph. q. 29. n. 7. vſq; ad n. 11. vbi nominatim, & in ſpecie poſſeſſori maioratus negāt, ad longū tp̃s, locandi poteſtatem, patri etiam bona aduentitia filii adminiſtranti, tutori bona pupilli: marito dotalia: ac Prælato bona eccleſiæ regentibus, tradit Pynel. in. 3. p. l. 1. C. de bo. mat. à n. 63. & Moly. lib. 1. c. 1. n. 15. & 23. & & rurſus, lib. 4. c. 1. num. 10. vbi refert Menchacam.

12 Quod autem diximus, emphyteuticam conceſsionem, de bonis Maioriæ, factam non tenere, magnam habet rationem, & æquitatem. Vndè mirum non eſt, ſi tam in ſcholis, quàm in praxi benignè recipiatur, ſtante maximè vinculo bonorum, & fideicommiſſo, in fauorem ſucceſſorum, adiecto, per quōd à iure in ipſorū fauorem dr̃ interdicta alienatio. Secundū ea quę adnotātur in auth. res quæ, C. cōm. deleg. & in l. finali. §. ſed quia, eodem, ſtante, ſeu concurrente, cum hac iuris prohibitione, expreſſa defuncti etiā prohibitiōe, nominatim interdicentis: *Ne quomodo bona Maioriæ alienari valeāt*: qua quidem legis, & hōis prohibitione coniuncta, neceſſariò reſpondendum eſt, omnem alienationis ſpeciē prohibitā eſſe, & omnino interdictā, licèt aliàs licita foret, & permiſſa, iuxta ea, quæ habetur in cap. 1. de treuga, & pace, tex. in l. 2. C. de vſucap. pro empt. ſecundū intellectum Bar. in l. filiusfa. §. diui. ff. de leg. 1. n. 22. melior tex. in §. ſanctiſſimas, in auth. de non alien. coll. 9. Vbi res eccleſiæ donata, cum clauſula ꝙ nō poſsit alienari, nequit etiā in caſu permiſſo diſtrahi, quia concurrit duplex illa prohibitio legis, ſcilicèt, & hominis, quod ita voluit Bar. in l. ea lege, n. 2. & ibi Bald. nu. 2. verſi. ſed ſexto ad idem, C. de cond. ob cau. & ibi glo. mag. ad med. & gl. 1. ad fi. in l. fi. C. de reb. alie. non alie. gl. fi. in c. verum, de cond. appoſ. Iaſ. d. §. diui, n. 22. & ibi Alex. in prin. & Pau. n. 7. Balbus, de præſcr. 5. par. 5. p. q. 4 n. 4. verſic. non obſtat, Decius, conſi. 403. ante n. 13. optimè Soccin. conſi. 49. n. 14. vol. 1. Pynellus, in l. 1. C. de bon. mat. n. 65. col. 3. poſt prin. verſi. idq; planius procedit.



13 Quibus accedere poteſt, ꝙ nōnulli ex noſtris auctoribus probant, huiuſmodi emphyteuticā cōceſsionem ceſſare, quoties defunctus nominatim interdixit, *Ne Maioratus bona poſſent permutari*, vt eſt videre ꝑ Pariſium, lib. 3. conſi. 85. n. 7. quā quidē prohibitionem plerunq;, omnes ferè Maioratuum inſtitutiōes habent, ergo res extra controuerſiā eſt.

14 Neq; quempiā mouere debet lex Regia, lib. 4. tit. 66. iuncto tit. 35. §. 42. lib. 2. quoniā ſi bene expendātur illę ordinationes, hāc magis quā contrariā adſtruunt ſñiam. Ibi enim clarè ſancitū eſt, poſſeſſores capellarum, & Maioratuū, poſſe bona in emphyteuſim concedere, ſi modò concedendi poteſtatem habeāt, ibi: *Que poder tenbão pera afforar os beẽs da capella, coroa, ou morgado.* Intelligenda ſunt illa verba, de poteſtate ab hōie cōceſſa, & ad eā referenda ſunt, hoc eſt, ad primum fūdatorem, ſeu inſtitutorem. plures enim, bona ſua maioratui, aut capellę annectunt, ac facultatem ſucceſſoribus tribuunt, illa in emphyteuſim, ad certam generationem concedendi.

15 Quòd ſi curioſus lector, refragetur, hūc ſenſum nō cōuenire literæ illarū ordinationū, quoniā idem oīo diſponūt obſeruādum in cōmēdarum pręceptoribus, qui poteſtatē habent à iure, niſi illis ſpecialiter aliqua de cauſa interdicatur. Reſpōdemus cōmendarum præceptores, liberā nō habere adminiſtratiōem, quoniam oēs præceptorię, earumq; bona ſunt ſupremo Magiſtratui applicata, vnita, & incorporata: qua ratione, ſine licentia, & auctoritate magni Magiſtri, præceptores bona aliqua alienare non pñt, aut in emphyteuſim concedere, ꝙ praxis, & vſus obſeruat, ac proindè, ſcitè quidē l. Regia ſubdit: *Que poder tenbão.*

16 Ruſus pręteremittendū nō cenſeo, verum oīo non eſſe ꝙ ſupra diximus, emphyteutā, qui rem locauit, ad longum tempus, domino inconſulto, incidere incōmiſſum. nam etſi verum ſit, prohibitum alienare non poſſe ad longum tempus locare, quemadmodum neq; ſecundum emphyteutā conſtituere: nihilominus tamē, hæc cōparatio locum ſibi non vindicat, quoad inducendam emphyteuſis, ſeu iuris emphyteutici priuationem.

Hæc

Hæc enim,quia odioſa eſt,& pœnalis, ſemper reſtringitur ad caſus, in iure expreſſos,Bal. in auth. ex teſtamento,col.pen. C. de collatio. l. at ſiquis.§.Diu'.ff.de relig. & ſump. funerum,gloſſ.in cap.fin. de iure patron.Alexan.in l.etiam,§.1.col.2. ff. ſolu.matri.Decius,in auth.qui rem, C.de ſacroſ.eccleſ.num.3. Iaſo. in l. cum quidam,num.16.ff.de liberis & poſth.Cotta, in ſuis memor. verbo, pœna,Moly.de Primogen. Hiſpan. lib.1.cap.9.num.10.

Cœterùm,nullibi ſcriptum eſt,locantem ad longum tempus,incidere in commiſſum , iureque ſuo priuari,ergo induci priuatio non debet. Nec argumentum, de emphyteuſi conuincit,quia pœnalis eſt lex, priuans emphyteutã,qui inconſulto domino,alium ſecundum cõſtituit. Quapropter, extendi ad locantem, ad longum tempus non debet , ex regula.c. odia.de reg.iur.in 6.ita argumentatur Beroius,in cap.nulli,n. 32.de reb.eccle.& Pynellus,in l.1.C. de bon.mater.nu.64. parte, 3. verſi. illa autem,fol.127.Couarr. lib.2. reſolutio.cap.16.poſt num.2. Vbi nu. 3. nominatim, loquitur in emphyteuta, locante ad longum tempus, & negat poſſe, propterea iure ſuo priuari:quod idem Pynellus,d. 3. p. nu.68.illatio.6. fol. 131. cum additio. ad Alex.conſi.119.lib.3.Couar. d. nu. 3. Gomez.tit.de locato,num. 11. cõtra plurimos ꝓbat, veriusq; firmat. Tùm,quia pœna ſcripta,hoc caſu nõ reperitur,nec illam,ad locationem extendere oportet,vt probauimus, quod tradit Valaſcus,de iure emph. q.29.nu.12.& 23. Corneus non citatus,conſi.193.litera,C.vol.1.& expreſſè eandem ſententiam tenuit Moly. de Primogen.Hiſp.lib.1.c.20.n.17. Tùm etiam quia(inquit Pynellus,d. fol.134.col.2.verſi.infertur.) emphyteuta vſumfructum ſi conſtituat, ſuper re emphyteutica,in commiſſum non incidit, argum.l.arboribus,13.§. vſufructuarius, ff. de vſufr. ergo inquit multò magis id concedendum eſt,in locatione ad longum tempus, quæ lõgè inferior eſt,vt patet, & licèt ipſe neminem citet,cuius auctoritate moueri poſsimus, addo Bald. in l.1.§.1.ff. quibus mod. vſufr. amit. per tex. ibi firmãtem, poſſe emphyteutam,vſumfructum liberè, ſuper re emphyteutica conſtituere : quod idem voluit Bald.in l.3.num.3. verſi. quæro hic,C.de ſeruit. & aqua, quẽ ſequitur Alex.conſi.120. in fi. vol. 1. & in l.3.§.ex cõtrariò.ff.de acq.poſſ. ante nu.37.Cotta,verbo,emphyteuta non poteſt,Iaſ.d.§ ex contrario, nu.23.& in l.fin.n.112.C. de iure emphyt.quod & in poſſeſſore Maioratus,tradit Molyn. de Primog. Hiſp. lib.1.cap.20.nu.5.& Soccinus.nepos lib.3.conſi.80.nu.48.

17 Sed quoniam prior communis eſt opinio,à qua iſti nouiores ſecuti, Molyneum in additionibus ad Alexandrum, receſſerunt,ſupra proximo moti principaliter fundamento, ꝙ priuationis pœna eſt reſtringenda,cùm Valaſco Luſitano,q. 29. ante num.24.dici poteſt in caſu noſtro,non dari extenſionem, ſed magis comprehenſionem. In l.enim fi. C.de iure emphyt.omnis alienatio, in extraneum,domino inconſulto, prohibetur. Qua ratione cõcurrente, quouismodo res emphyteutica alienetur, emphyteuta incidit in commiſſum.

In pœnalibus enim,nedum in aliis dicitur ineſſe ille caſus, in quo omnino viget eadem ratio prohibendi Bal.in l.data,C.qui accuſ. nõ poſ. per l.his ſolis,C.de reuoc. dona. ibi:





*Satis tacitè cautum putamus*, cum aliis, quę in dicto loco tradit Aluar.Valaſ. manifeſtè firmãs cõmunẽ, vſuq; & conſuetudine comprobari. Ego tamen cõperi Senatores noſtros nouiorum ſentẽtiam aliquando fuiſſe ſecutos.

18 Quicquid ſit, id vnũ neceſſariò fatendum eſt, ſucceſſorem minimè teneri,ſtare huiuſmodi conceſsioni emphyteuticæ,aut ad longum tempus locationi,à ſuo prædeceſſore factæ.Eſſet enim, perquàm iniuſtum, & iniquum poſſe,poſſeſſorẽ Maioratus,ſua emphyteutica conceſsiõe, aut ad lõgum tempus locatione facta,ſucceſſorem Maioratus, defraudare, libera, & integra bonorũ Maioriæ poſſeſsione:eaq; penes extraneos manere,contra præceptum,& voluntatem primi fundatoris, qui omnimodã alienationẽ interdixit, à quo ſucceſſor, non à prędeceſſore dicitur Maioriam capere,& habere: quare grauari,liberaq; rerum poſſeſſione priuari ab eo nõ poteſt, ſecundum adnot.in l. vnũ ex familia. §. 1. ff.de leg.2.l.3.& ibi Bar.ff.de interdict. & releg.tradit Curtius Iunior,conſi. 25.& quidam alii, quorum meminit Pynellus,in l.1.C.de Bon.mater.3. p. num.65.verſi.eſſet enim,fol.126. qui col. præced. hoc ita in ſpecie reſoluit,citans Gomez.in l.40.Tauri,nu. 84.ad fi. vbi hoc idem firmat, addit Pynellus Baldum,in l.fin.§.ſed quia, in fi.C.cõm.de leg.& in l.emptorem nu.5.& 6.C.locati, Iaſo. conſi.29. & 94.vol.1. quorum ſententiã ibidem ſequitur Pynellus,n.71.verſ.infertur etiam,fol.134.col.2.verſi.ex eiſdem, concordat Meneſius, in l. vnum ex familia.§.1.nu.12.ff.de leg.2.neminẽ citans,adducit tamen textum, quo Gomez.& Pynellus nituntur, in l. ſiquis domum.§.hic ſubiungi poteſt. ff.locati,vbi vſusfructuari', ad quinquẽnium rem locauit,& deceſsit, & & Vlpianus agenti aduerſus hæredẽ cõductori, ad intereſſe negat actionem,nõ magis quàm ſi inſula locata exuſta eſſet.Ticitã enim habet hmõi locatio cõditionẽ,*Niſi interim locãs moriatur.* Quoniã finito iure dantis finitur,& accipiẽtis,l.lex vectigali.ff.de pigno.c.nuper,de don.inter vir.Decius,in l.ſi ſocius.n.6.ff.ſi cer.pet.Gozad.conſi.75.n.3.Pynel.in l. 1. C. de bon.mat.3.p.nu.72.Qua ratione,iuri conſentaneũ eſt,morte locãtis,finiri ius conductoris, qui pro tẽpore vitæ ſuæ tantùm locare, remq; alienare potuit,nõ in præiudicium ſucceſſoris,cui nullatenus nocere põt.

19 Quẽadmodũ, nec nocet ſi ſeruitutem imponat,in rebus Maiorię, hãc enim licèt ille poſsit cõſtituere, quẽadmodũ emphyteuta, feudatarius,& ſimiles poſsũt, vt voluit gl. in l.1.§.fi.ff.de ſuperficieb',verbo, prætorio,Bal.in l.3.n.3. verſi. quæro hic, C.de ſeruit.& aq.& Pau.ibidẽ,n.3.& Meneſ.alios referens,n. 6. Moly. de Primog.Hiſp.lib.1.c 20.in prin.Non tñ eadẽ ab eo cõſtituta ſeruitus, ſucceſſori nocebit Pynell.3. p. l. 1. C. de bo.mat.n.71.verſi.ego quem vide, à n.69.Iaſo.in l.fi.C.de iure emph.q.8. n.117.Cœpola,de ſeruit.vrban.c.14. col.1.Dueñas,regu.40 fallent.10.Affli.q.380.licèt Gomez.in l.40.Tauri, n. 85. cõtrarium reſoluat,imò,quòd nec ad vitã poſſeſſoris, ſeruitus imponi poſsit,cuius ſentẽtiam probat Molyna,lib.1.c.20.nu. 4. vbi eſt nominatim prohibita alienatio.

20 Sic etiã alienatio, de hiſce bonis facta,vitam alienãtis non excedit,vt Imperatori placuit, in l.fin. §. ſin autem, C. communia. delegat. ibi: *Ad venditionem proſiluerit, ſciat quòd conditione impleta, cauſa in irritum*

*deuocetur*. Et ſic intelligenda, *eſt quaſi nec ſcripta, neq; penitus fuerit celebrata.)* & ibi notant DD. tradit Affli. in c.1. de alien.feud.pater.nu.64. cum ſeq. probat I.C. in l.peto.71.§.prædium. ff.de leg.2. ibi: *Tamdiu retinere emptor poteſt, quamdiu venditor habuerit, poſt mortem eius non habiturus*, tradit Alex. in l. ſi finita, §. ſi de vectigal. ff. de damno infecto. nu.14. & 17.

21 Quo argumento, idem oĩo eſt reſpondendum, in ſeruitute, quam finiri morte cõſtituentis, dicendum eſt, quia ius ſuum reſoluitur, Cœpola, d.c.14. de ſeruit. vrban. præd. & c. 24. col.1. in fi. Corraſius, in l.3. ff. de ſeruit. n.22. habetur in c.1. §. quid ergo, de inueſt. de re alen. fact. vbi ſcriptum eſt, finita emphyteuſi, extingui ſeruitutem ab emphyteuta, ſeu vaſallo feudatario impoſitã, remq́; liberè ad dñm directum reuerti, vt ibi notant Bal. Aluar. & alii, Bar. in l. 1.§.fi. ff. de ſuperficiebus, DD. in l. ſi cui. §.1. ff. quemadmod. ſerui. amitt. doctores cõiter, in l. vt in prouinciali, C. de ſeruit. & aq. & in d.l. lex vectigali. ff. de pigno.

22 Quod ſanè intelligendum eſt, qñ emphyteuſis ad dñm reuertitur, per generationẽ finitã, aut quia emphyteuta incidit in cõmiſſum: nõ ſic ſi illã dominus, titulo emptionis, donationis, aut ſimili conſequatur, vt explicat Corra. in l.3. ante n.27. cum ſeq. ff. de ſeruit. quem & alios plures ad idem ſequutus, refert Pynellus, in l.1. C. de bon. mater. 3.p. n.72. verſ. vtilior. Ab emphyteuta enim, hoc caſu cauſam magis dicitur habere: quàm à ſeipſo, qñ ſecundum pacta, & conuentiones emphyteuticas, ad eum non reuertitur emphyteuſis, ſed potius ex noua emphyteutæ cõceſſione: quarè extingui ſeruitus nõ debet ab emphyteuta ſemel conſtituta, quemadmodum nõ extingueretur in perſona eius, qui ſucceſſit illam conſtituenti, vt probat Imper. in l.3. in fi. C. de ſerui. & aq. ibi: *Quarè non ignorabis, ſuperiores poſſeſſores, aquam duci per prædia probibere, iure non potuerint, cum eodem onere perferendæ ſeruitutis, tranſire ad emptores, eadem prædia poſſe.* Guido papę, q.575. Guilel. in cap. Rainutius, verbo, & vxorem, deciſ. 4. n.160. Boerius, q.181. num.7.

23 Quo profectò argumento, videtur reſoluendum, filium à patre nominatum, ſeruitutem hanc pati debere, tãquàm patri ſucceſſorem, cuius tamen oppoſitum verius eſt, quoniã nominatus, nõ dicitur nominanti ſuccedere, aut ab eo capere, ſecundũ adnotata in l. vnum ex familia. §.1. ff. de leg.2. Bart. in l. mortis, cauſa capitur, ff. de dona. cauſ. mor. Iaſ. in l.2. n.210. C. de iure emph. quò argumẽto, hoc ita in ſpecie probat Grat. cõſ.24. n.pen. vol.1. Boer. q.95. in prin. & ſic cõueniunt, quæ ſupra adnotauimus, huiuſmodi ſeruitutẽ, tãdiu durare, quãdiu durabit conſtituentis ius, & poteſtas.

24 Quod ſanè intelligendum eſt, niſi is filius ad emphyteuſim nomiminatus, aut maioratum cõſequutꝰ, hæres ſit patris ſeruitutẽ cõſtituẽtis, quoniã cõtraire nõ poterit. ex regu. l. cũ à matre. C. de rei vindi. l. ex qua perſona, ff. de reg. iur. per quæ iura, hoc ita in ſpecie, ſecurè firmat Meneſ. d.l. vnum ex familia. §.1. poſt nu. 12. ff. de leg.2. citat tamen optimã l. Regiam, 9. tit.17. Par.1. Quæ ſententia, comprobari poteſt ex multis, quę in materia d.l. cum à matre, tradit Pynellus, in l.1. par.3. C. de bonis mat. à nu.79. negãs filio repetitionẽ bonorũ aduentitiorum, quæ pater viuẽs alienauit, quando illi filius eſt hęres, vbi plurima notabilia adducit in materia, & tandem nu.99. de ſucceſſore maioratus agit, & aduerſus filium, quòd contraire non poſsit inducit eorum ſententiam, qui negant filio fundũ, vel emphyteuſim, à patre venditã, vindicandi poteſtatẽ, ſi patri hæres exiſtat, quorũ ibi meminit, nu.81. verſi. amplia quintò, & 82. illatio.6. & nu.84. Peralta, in rub. ff. de hæred. inſtit. nu.100. verſi. præterea.



25 Sed multò rectius facit eorum argumentum, quod præſtat eorum opinio, qui putãt fideicommiſſario, obſtare exceptionem, d.l. cum à matre, C. de rei vind. vti voluerũt Crotus, n.146. & Loazes, n.191. in l. filiusfamilias. §. diui, ff. de leg.1. Gomez. in l. Tauri. 40. nu.84. verſi. iuxta quod tñ, Soarez, in l. quoniam in prioribꝰ, ampliat.7. C. de inoff. teſta. & plures alii relati à Pinello. d.l.1. C. de bonis mat. 3.p. poſt n.99. & nu.81. verſi. amplia.6. & nu.82. verſi. infertur.3. Molyna, lib.4. de Primog. Hiſp. c.1. n.17. negans proindè ſucceſſori maioratus, vindicãdi alienata poteſtatem, ſi patri hęres exiſtat. Pro quibus inducitur notabile I.C. Martiani reſponſum, in l. filiusfamilias.117. §. cũ pater, ff. de leg.1. vbi Iureconſ. docet, bona familiæ relicta, alienantis filiũ, eundemq́; illius hæredem vindicare non poſſe, quem tex. ad hoc propoſitum, vnicè obſeruarunt Soarez, & Tiraq. quorum meminit Pynel. d. 3.par. C. de bon. mat. l.1. poſt nu.99. & Peralta. in rubr. ff. de hęred. inſtit. num.94. cum ſeq.

26 Rurſus in contrarium, in fauorem ſucceſſoris, imò quòd non obſtante hæreditatis aditione, poteſt rem ipſam vindicare plurima adducit non pœnitenda, & quæ nimis vrgere videntur, nempè Maioriam in honorem, & gloriã familiæ, ac memoriam conditoris dici inſtitutam, vt in l. Regula. §. pen. ff. de iuris, & facti ign. ibi: *Gloriam repræſentet*, l. Quintus.7. §. ad auctoritatẽ, ff. de annuis legat. vbi Pomponius: *Ad auctoritatẽ* (inquit) *ſcribentis hoc quoque pertinet, cum quis iuſsit in municipio imagines poni.* Tradit Gamma, deciſ.222. nu.4. quẽ honorem, & gloriam magis augeri, quàm minui defunctus, maioriæ cõditor, ſeduiò procurãs, bona vinculauit, & nequo modo alienarentur, interdixit, quam ſanè volũtatem ad vnguem, obſeruari fauor. publicæ vtilitatis, (quę in his vltimis voluntatibus exequendis, verſatur) expoſcit, vt habetur, in l.1. C. de ſacroſ. eccleſ. gloſ. in l. Gallus. §. ſi eius, ff. de liber. & poſth. Quarè, vt ea conditoris, voluntas inuiolabiliter obſeruetur, concedenda eſt ſucceſſori, etiã hæredi, eiꝰ qui alienauit vindicãdi poteſtas, nõ obſtãte diſpoſitione d.l. cum à matre, C. de rei vindicatio. Quę ad hunc caſum trahi non debet, in quo niſi filius hæres poſsit, bona ſic alienata vindicare, exiguo quidem tempore, Maioratus corruet: quoniam ſecundùm ea, quæ frequenter vſu eueniunt, Maioratꝰ ſucceſſor, plerunq; filius poſſeſſoris eſt, qui alienauit, & hæres, qui ſi non eſt audiẽdus, vindicare alienata cõtendẽs, neq; eius filius, ſi cœtera ipſe bona alienauerit, vtiq́; per indirectũ Maioria ad nihil redigetur. Vt igitur hęc fraus, ꝓrſus amputetur, explodenda eſt, d.l. cũ à matre, diſpoſitio, vt in maioratus ſucceſſore, eodẽq́; alienãtis hęrede, non procedat Quod ſatis vr̃ innuere tex. notabilis, in ꝓpoſito, in c. cõſtitutus, de in int. reſti. vbi filius pr̃e mortuo auditur, volẽs retrahere à patre rẽ vẽditam, ſtãte ſtatuto, vel conſuetudine, ꝙ proximior præferatur. Quod ſi di-



xeris,

xeris, in eo caſu non conſtare, quòd
filius fuerit hęres, aduertendum eſt,
id neceſſariò, in eo tex. præſupponi
quando non exprimitur, quòd fue-
rit ab hæreditate excluſus. In dubio
enim filius, præſummitur hæres, ſe-
cundũ dictũ Apoſtoli. Quod ita pri-
mus obſeruauit Boic. & Ioã. Nicol.
in l. generaliter, n. 130. C. de ſecund.
nupt. Tiraq. de retr. lig. §. 1. glo. 9. n.
52. vbi alios refert & Afflict. de iure
prothomiſeos, Cyfuentes, in l. 70.
Tauri, q. 20. quorum ſententiam iu-
uat conſideratio Boic. d. c. conſtitu-
tus, dicentis paternã hæreditatem,
filio impedimento eſſe non poſſe,
quando admitti poſtulat tanquàm
proximior, quemadmodum in hoc
caſu maioratus fit, in quo non vt fi-
lius defuncti, eiusq; hæres, ſed vt de
familia proximior vocatur. l. cum
ita. §. in fideicõmiſſo. ff. de leg. 2.

27 Hãc eadem ſententiam, ſeduò
lò probant ex noſtris plurimi reſol-
uentes feuda, ex prouidentia pro fi-
liis conceſſa, à patre alienata, poſſe
filium, alienantis hæredem vindica-
re, non obſtante diſpoſitione d. l.
cum à matre, cuius ſententiæ eſt gl.
in cap. 1. §. hoc quoque, verbo, inue-
ſtire, de ſucceſſ. feudi, Iaſo. conſil. 56.
col. 4. vol. 3. Decius, conſi. 445. num.
55. cum ſeq. Rubeus, conſi. 84. nu. 6.
Thom. Gram. q. 93. nu. 8. cum ſeq. di-
cit cõem Pynellus, in l. 1. C. de bonis
mat. 3. par. n. 99. verſi. pro eodem, &
tradit Peralta, in rub. ff. de hæredib.
inſtit. n. 100. verſi. præterea.

28 In eodem tamen loco, verſi.
ſeq. Pynellus aſſerit, id maximè fo-
re admittendum, eo caſu, quo filius
cum beneficio inuentarii, ſe hære-
ditati paternæ immiſcuerit, ex au-
ctoritate eorum, quos ibidem retu-
lit, n. 93. & Affl. in c. 1. n. 4. de eo, qui
ſibi, & hæred. & Decii, conſi. 185. Go-
zad. conſi. 26. nu. 54. & aliis quorum
meminit Pynellus, d. nu. 99. verſi. id
magis, idem Pynellus, in conſi. 1. ꝑ
Sanctio. à Cardona, n. 51. Licèt con-
trariũ velit Moly. de Primog. Hiſp.
lib. 4. c. 1. nu. 24. Cœterùm, de feudo
ad Maioratum, vrgens argumentũ
eſt ex Baldo, in l. cum antiquioribꝰ,
C. de iure deliberan. imò, vt Pinell.
d. n. 99. p. 3. verſi. quod autem, elegã-
ter ſubdit, hæc ſententia per argu-
mentum à maiori, in maioratu re-
cipienda eſt, multòq; facilius, quã in
feudo. Certũ eſt enim maioriæ, ſuc-
ceſsionem, iure ſanguinis, & familiæ
non hæreditario deferri, l. peto. §.
fratre, ff. de leg. 2. ibi: *Proximus quiſq;*,
l. cum ita, §. in fideicommiſſo eod. ꝙ
ita abſolutè in feudis, non obtinet,
quoniam plerunq; hæreditario iu-
re obtinentur, pluraq; alia habent
ſpecialia, propter quæ in illis, multò
facilius, quàm in Maioriis admitti
debet, d. legis, cum à matre diſpoſi-
tio. Qua ratione, Pynellus, d. nu. 99.
verſi. quam ſententiã, hanc opinio-
nem, vt ęquiorem, & conditoris vo-
luntati magis conſentaneãample-
ctitur, & latè Peralta, in rub. de hæ-
red. inſtit. à num. 94. Rubeus, conſi.
54. n. 7. Thom. Gramm. q. 93. n. 8.

29 Nec mouere in cõtrarium de-
bet, d. l. cum à matre, quoniam pro-
cedit vbi bona fide, alienatio, à pa-
tre facta eſt, non ſic quoties in frau-
dem filii, ſeu legitimi ſucceſſoris fit,
per l. 2. C. ſiquid in fraudem patro.
vbi patronus hæres liberti, reuocat
alienata in fraudem ſui, per quam le-
gem, hoc ita reſoluũt plurimi, quo-
rum meminit Pynellus, d. l. 1. parte
3. de bon. mat. n. 83. limit. 12. fol. 146.
& nu. 99. col. 4. verſi. melius ergo.

30 Aliter etiã, & fortè melius reſ-
põderi põt, d. l. cũ à matre nõ ꝓcede-
re, quoties filius aduerſatur paternę
alie-



alienatiõi, ex capite nullitatis. nam
quemadmodum ipſemet pater, qui
alienauit, dicere nullum contractũ
potuit viuens, ſi vellet: ita & eius fi-
lius hæres, non obſtante diſpoſitio-
ne, d. l. cum à matre, quam ſic intelli-
gunt glo. Bal. & alii, ibi, per l. quẽad-
modum, C. de agricol. & cenſ. lib. 10.
Areti. conſi. 123. ad fi. n. 7. Soccinus,
Gratus, Curtius, Affli. & plures alii,
quorum meminit Pynellus, in l. 1. C.
de bo. mat. n. 83. limit. 10. p. 3. & n. 99.
ad fi. & hoc argumento nititur pro
hac parte, Peral. in rub. ff. de hæred.
inſtit. n. 94. cum ſeq. & Moly. de Pri-
mog. Hiſp. lib. 4. c. 1. num. 16. & 18. vbi
hoc intelligit, quãdo nullitas eſt in-
ducta, in fauorem ipſius alienantis,
non quando alterius, vt in caſu ma-
ioratus.

31 Eſſe autem huiuſmodi aliena-
tionem bonorũ maioriæ nullã, pro-
pter reſiſtentiã, & expreſſam prohi-
bitionẽ defuncti, incõfeſſo eſt, tx. in
l. filiusfamilias. §. Diui, ff. de leg. 1. glo.
& DD. in l. ea lege, C. de condi. ob
cauſam, quod tradit Gomez. in l. 40.
Tauri. n. 81. Moly. de Primog. Hiſpa.
lib. 1. cap. 3. n. 17. cum ſeq. & Pellaez,
de Maioratu, lib. 4. q. 1. n. 3. cum ſeq.
Sunt enim hæc bona inalienabilia,
propter vincula fideicõmiſsi, vt tra-
dit Pellaez, lib. 4. c. 1. n. 1. cum ſeq.
Quæ nullitas tanta eſt, vt neq; pre-
cium reſtituere, emptori vendens
teneatur, vt voluit Paulus, in l. fin. §.
ſed quia, nu. 2. C. cõmun. de leg. Tho.
Gramma. q. 93. nu. 3. Pynell. de bon.
mat. 3. par. l. 1. fol. 158. nu. 100. & nu. 96.
illat. 4. & eſt cõmunis ſcribentium
reſolutio, ſecundùm Couarru. lib. 3.
reſol. c. 17. verſi. ad eam quæſtionẽ,
col. 4. per l. ſi fundum, C. de euictio.
Cui reſolutioni obſtat tex. in l. fin. §.
fin. C. cõmun. de leg. vbi qui ſcienter
emit, rem ſubiectã reſtitutioni, pre-
cium repetit, quãuis ceſſet euictio:
tradũt Aymon. conſ. 211. n. 7. Crotus,
in l. qui Romę, §. duo fratres, nu. 78.
ff. de verb. obl. Sed ſolutio eſt, vt ibi
glo. aduertit, quòd ille tex. loquitur
quando res erat ſubiecta reſtitutio-
ni, non ſimpliciter, ſed ſub cõditio-
ne, cuius euentus erat dubius: qua-
propter, tã ex parte vendentis, quã
ementis actum fuit, quòd res, vti li-
bera diſtraheretur, & proindè, cum
ratione ad precium repetendũ da-
tur actio, nõ ad intereſſe, propter il-
lud dubium cõditionis futuræ. Quæ
gloſſæ interpretatio falſa eſt, quo-
niã tex. ille loquitur, & procedit, in
re ſimpliciter ſubiecta reſtitutioni,
ſine vlla die incerta, aut conditione
quæ poſsit deficere, quarè gloſſ. illa
cõmuniter damnatur, teſte Gomez.
c. 2. de contract. ante nu. 43. Quãob-
rem, cum Bartolo ibi aliter reſpon-
dendum eſt, illum tex. ſpecialiter,
procedere, in alienatione rei ſub-
iectę reſtitutioni, quod probant Sa-
lycetus, Paulus, & Cuman. Corn. &
Iaſo. ibi Gomez. d. loco. Qui tamen,
nullã ſpecialitatis rationem reddit,
quarè res in dubio adhuc eſt: quia in
caſu illius tex. magis videbatur ex-
cuſandus venditor à precii reſtitu-
tione: ſiquidem emptor ſciens, rem
poſt eius mortem, ad alium ſpecta-
re, ſolùm videtur emiſſe ius duratu-
rum in vita vendentis, ex Soccino,
vol. 1. conſi. 50. nu. 5.

Magis etiam ſtringit ille tx. qua-
tenus in fideicõmiſſo ſpecialiter ne-
gat agi poſſe, ex ſtipulatu ad duplã,
uel intereſſe, quo caſu DD. non ne-
gant euictionis remedium, ſi is qui
alienam rem, ſcienter vendidit, de
euictione promittat. Ergo, in caſu
d. §. fin. quando emitur res ſubiecta
reſtitutioni, magis prohibetur eui-
ctionis actio, quàm quando res alie-

 na,

na, omnino venditur. Quapropter, quemadmodum in d. §. fin. conceditur pretii repetitio, concedenda videtur, in qualibet alia alienatione, rei alienæ, in qua facilius conceditur euictionis actio, ſi promittatur, vt in d. l. ſi fundum probatur. Quarè nos aliter aliquando legem illam ſi. intelleximus, vt ſcilicèt tãtum procedat, quãdo fuit de euictione promiſſum. Quod diligenter nota.

32 Iam vero, vt eò reuertamur, vñ digreſsi ſumus, illud iam manifeſtũ eſt, poſſe etiã patrem, qui alienauit de nullitate agere: voluit Paul. in d. l. filiusfamilias. §. Diui, n. 3. ad fi. alios referens Tyraq. de retract. lig. §. 26. gloſſ. 2. nu. 6. probat tex. & gloſſ. fi. in c. ſiquis præsbyterorum, de reb. eccl. non alien. & in l. iubemus. §. ſanè, in 1. & vtrobiq; DD. C. de ſacroſ. eccle. Decius, conſi. 142. poſt nu. 4. & conſ. 174 in fine. Peralta, in rub. ff. de hæred. inſti. nu. 97. Pynellus, in l. 1. 3. par. C. de bon. mater. nu. 73. Igneus, in l. dudum. C. de contrahenda emptio. num. 40. Alciatus, in l. tranſactione finita, C. de tranſact. in princ. & ibi Curtius, nu. 5. Pariſius, lib. 4. conſi. 31. nu. 10. Baeça, de non melior. filiabus cap. 11. nu. 82. Menchaca, de Succeſſ. creatio. §. 10. poſt num. 248.

Cœterùm, in poſſeſſore Maioratus alienante, hanc opinionem non probat Molyna. de Primog. Hiſpa. lib. 4. c. 1. num. 16. & 18. cum ſeq. quia nullitas eſt inducta, in fauorem ſucceſſoris, non ipſius alienãtis. Ex quo inferas ad l. Regiã, lib. 4. tit. 6. §. 3. Caue tamen, quia vbi ille non habet ſucceſſorẽ, qui reuocet, ipſe ſtatim reuocare poteſt, l. quemadmodum, C. de agric. & cenſit. lib. 11. Paulus, in l. filiusfamilias. §. Diui. n. 3. ff. de leg. 1.

33 Obſtat tamen difficile Martiani reſponſum, ſupra relatum, in l. filius. 117. §. cum pater. ff. de legat. 1. cui⁹ meminit Pynel. in d. l. 1. C. de bo. mat. fol. 143. par. 3. n. 81. verſi. ampliatur. 6. & nu. 100. In ea enim lege, res fuit familiæ relicta, & alienari prohibita, & conſequenter, per ſupra ſcripta omnino nulla, & nihilominus, filio alienantis hæredi, negatur vindicandi poteſtas, licèt ſit de familia, & ad fideicõmiſſum vocatus, ad quẽ quidem tex. minimè videntur aduertiſſe, qui dictam l. cum à matre, limitant, quando pater nulliter, & cõtra legem, reſiſtentem alienauit. Pynellus trepidus quidem, d. n. 100. reſpondet ait in caſu illius tx. excludi filium hæredẽ, quia alii extabant fratres, qui fundum petebant: & rectè quoniam de familia erant. Quæ ſolutio, parum mihi apta viſa eſt, quoniam, per eam fatetur, ille vir, quòd alii fratres, quos ibi Iureconſ. dicit exhęredatos fuiſſe, perperàm & iniuſtè fuiſſe exhæredatos, quod vtique literæ illius tex. non conuenit, qui ſimpliciter, & abſolutè dicit alios fratres exhæredatos fuiſſe: hæredemq; vindicare fundum nõ poſſe, à patre in extraneum, & extra familiam alienatum, qui multò magis debuit audiri, quàm exhęredati fratres: ſiquidem à patre hæres inſtitutus, tanquàm vocatus, & magis dilectus, præualere debuiſſet, ſecundum adnot. in l. cum ita, in §. in fideicommiſſo. & in l. cum quidam: rurſus, & in l. vnum ex familia, §. ſed ſi vno. ff. de leg. 2. & ibi gloſſ. verbo, hæres, & in §. ſed ſi fundum.

Quapropter, etſi hæc videatur, æqua & probabilis opinio, verior tamen contraria eſt, quoniam pro ſe habet regulam l. cum à matre, C. de rei vindi. Cuius limitatio, iure non probatur, vt poſsimus iuſtè ab ea diſcedere.

Imò



Imò, in ſpecie ex Martiani reſponſo, in d. §. cũ pater, reſoluendũ eſt eã l. ampliandã, etiã in fideicõmiſsis, ad quę erat inuitatus filius. Hæc enim, à patre alienata, ille non vindicabit ſi patri hæres exiſtat: quod nominatim probat Moly. lib. 4. c. 1. n. 17. cum ſeq. Hãc, ſi placet, tueri ſententiã, facilè meo iudicio erit, in oppoſitum adductis reſpondere. Et primò, non obſtabit tx. in d. c. conſtitutus, de in int. reſt. quoniã procedit, quando filii non ſunt hæredes patris, ꝙ verum eſſe, ex litera illius tex. colligitur, ſi cõſideres, ꝙ in caſu illius tx. filii prętendebãt vindicare bona materna, à patre alienata, ꝙ minimè facere potuiſſent, ſi hæredes eſſent patris alienãtis, vt cum cõi reſoluit Pynel. in d. l. 1. C. de bo. mat. 3. par. n. 79.

34 Secundò, non obſtat l. 2. C. ſi in fraudẽ patroni, quia loquitur, qñ libertus deceſsit abinteſtato, in qua ſpecie, per legem oĩs eius hęreditas, defertur patrono, vt in prin. inſtit. de ſucceſſ. liberto. Nos verò loquimur, qñ teſtator reliquit propriam hæreditatem: quam ita videtur ille relinquere, vt hæres teneatur, damnum in ſe datũ cõpenſare: qua etiã ſolutione poſſumus refellere argumentum, de alienatione nulla: quoniã adeundo filius hæreditatem, illã videtur confirmare: ideoq; contradicens, nõ debet audiri, l. quoties. 11. C. de fideicõmiſſ. Sed hæ ſolutiones, minimè ſatisfaciunt.

Quãobrem, vt oĩs dubitatio ceſſet, vtiliſsimum eſt ſemper adiicere clauſulam, per quã, *In euentum alienationis ſtatim Maioria, vel ſaltem rei alienatæ dominium, & ius, transferatur in proximiorem, aliàs ſucceſſurum*, vt notabiliter aduertit Peralta, in rub. ff. de hæred. inſtit. n. 118. & Molyn. lib. 4. cap. 1. ante num. 23. & lib. 1. cap. 16. in fine.

35 Infertur etiam reſolutio ex ſupradictis, alienationem à poſſeſſore Maioratus factã, eo viuente dumtaxat, tenere, nec interim rem ipſam, ab emente euinci poſſe, ꝙ ꝓbat I.C. in l. vnum ex familia. 69. §. ſed ſi fundum, ad fi. ff. de leg. 2. ibi: *Petituris deinceps cœteris* (nempe ex familia) *ex primo teſtamento fideicõmiſſum, poſt mortem videlicèt, eius qui primo electus eſt*, & ibi obſeruauit glo. verbo, eius, Bart. & alii DD. cõiter, concordat Celſi reſponſum, in l. ſeruo legato. 72. §. 1. ff. de leg. 1. in hæc verba: *Si ſeruum ſub conditione legatum hæres alienauit, deindè conditio extiterit, nihilominus à legatario vindicari, neque legatum extingui.* Ecce igitur, qualiter I.C. probat, validam eſſe hæredis alienationem, pro eo nempe tempore, quo legati, ſeu fideicommiſsi, non cedit dies. Conuenit Imperator, in l. fi. §. ſin autem, C. communia, de leg. ibi: *Sin autẽ auaritiæ cupidine, propter ſpem conditionis, minimè implendæ, ad venditionem, vel hypothecam proſiluerit, ſciat quòd conditione impleta, ab initio cauſa ad irritum deuocetur, & ſic intelligenda eſt, quaſi neque ſcripta, neque penitus, fuerat celebrata*, & ibi notant glo. & DD. tenere fideicõmiſsi alienationem, quandiu durabit ius, & poteſtas, alienãtis, qua ceſſante vindicare, rem liberè fideicõmiſſarius poteſt, vt d. §. ſin autem, ad finem, imperator probat, ibi: *Sed in his omnibus caſibus, legatario quidem, vel fideicommiſſario, omnis licentia pateat, rem vindicare, & ſibi aſsignare nullo obſtaculo ei, à detentatoribus apponendo.* Illis enim nocere, aut impedimento eſſe poſſeſſoris alienatio nequit, vt iam ſu: ſupra obſeruauimus, & tradit Alex. lib. 5. conſi. 65. Decius, conſi. 208. col. 3. Corn. conſi. 120. n. 3. lib. 3. Afflict. in cap. 1. §. hoc quoque, num. 5. de ſucceſs. feudi, Pariſius lib. 2. conſi. 26. n.

 11. Ca-

1. Carol. Moly. in conſuc Pariſ. §. 8. gloſſ. 3. n. 24. Anto. Gomez. in l. 40. Tauri, num 54. Alex. conſi. 23. vol 1. Iaſo. in l. cum proponas. col. 2 C. de pact. Decius, cõſil 323. in prin. & cõſ. 155. col. 3. Soccin⁹, cõſil. 123. col. pen. vol. 3. Hyppoly. de Marſil. in l. fin ff. de iuriſd. om. iudi. n. 74. Quæ ſententia, in feudis obtinet, cuius quidem alienatio, ad vitã poſſeſſoris tenet, & non vltra in prȩiudicium ſucceſſoris, vt eſt tx. in cap. 1. ſ. Titius filios, ſi de feudo, cõtentio ſit inter dom. & agna. & in c. 1. ſ. hoc quoq; de ſucceſſ. feudi. & vtrobiq; DD. Decius, conſil. 208. col. 3. poſt medium, bon⁹ tx. & ibi DD. in c. nuper. C. de dona. inter vir. & vx. Hippol. alios referẽs, d. l. fin. ff. de iuriſd. om. iudi. num. 73. Quod autem ſupra diximus, alienationẽ tenere in vẽdentis vita: procedit etiã hodie de iure authenticorũ, non obſtante prohibitione auth. res quæ. C. cõm. de leg. ſecundũ cõmunem ſententiã cum Corneo, conſil. 234 n fin. vol. 3 & 294. n. 7.

36 Quo argumẽto, idem in maioria reſpondẽdum eſt, quemadmodũ & Martianus in fideicõmiſſo reſpõdet, in l. ſi is cui, §. 1. ff. quemadmod. ſeruit. amitt. extingui ſeruitutem, ab hȩrede impoſitam, adueniente fideicõmiſsi die ibi. *Seruitutes extinguẽtur, ſi legati conditio exiſtat*, & ibi gloſſa adnotauit verbo. extinguentur, huius rei rationẽ eſſe, quia conditio retro trahitur, eaq; adimpleta perinde habetur, ac ſi à principio fideicõmiſſarius domin⁹ eſſet, vt Paulus probat in l. neceſſariò, 8, ſ. quòd ſi pẽdente, ff. de peri. & cõmo. rei vẽdi. ibi. *Quaſi iam cõtracta emptione in præteritum*. Cõcordat Pomponius in l. ſi fundum, 104. ff. de cõd. & demõſtr. in hęc verba. *Si fundum à teſtatore ſub conditione legatum, hæres alii pendente conditione legauit, poſtea exiſtente conditione, quæ priore teſtamento propoſita fuerat, nec proprietas à priore legatario recedet, nec locũ religioſum, in eo fundo hæres facere, nec ſeruitutem imponere poterit: ſed etiam impoſita ſeruitus finietur, exiſtente conditione:* notabilia ſunt hæc Penponii verba, quȩ prædictam reſolutionem confirmant, quod etiam Vlpianus inſinuat, in l. generaleter. 24 §. cogetur, ff. de fideicõmiſſ. liber. ibi: *pendente cõditione alienatus ſit, cum ſua cauſa alienatur:* & Marcellus, in l. ſi fundum. 3. ff. de ſeruit. lega. ibi: *ſi pendente ea legati dies ceſsiſſet, interiturũ fore viæ legatũ* ſecundum quam interpretationem eſt explicanda lex, plerunque, ff. de reg. iuris, quatenus ſimpliciter concedit alienationem, ac ſeruitutis impoſitionem, quod ibi Decius, nu. 6. & alii probãt. Et ita in maioratu reſoluit Molyna, lib. 1. cap. 12. nu. 33. reſtringens tamen, ad maioratum inter viuos conſtitutum, niſi nominatim caueatur, quòd ſtatim admittatur ſucceſſor.

37 Iuuat hanc ſententiam, corũ traditio, qui in ſimili negant, filiofamilias, viuente patre legitimo adminiſtratore, poſſe ab eo alienata bona aduẽtitia, à poſſeſſoribus vindicare, vt in ſpecie voluerunt Bart. Bal. & alii, quorum meminit Pynellus, in auth. niſi, C. de bon. mat. n. 44. cum ſeq. quod ex tex. ibi deducunt, quatenus quandiu pater viuit, negat præſcriptionem nocere, quaſi impedito, & agere non valenti, aduerſus quẽ nulla currit præſcriptio. l. 1. C. de annali excep. Et eſt ratio, quia ante finitũ vſumfructum, & ſic quãdiu pater viuit, patri nõ filiò competit, ius agendi, & ſuper aduentitiis, ſtandi in iudicio poteſtas, vt probatur in l. 1. C. de bo. mat. vbi Pynel. 3. par. n. 74. fol. 135.





38 Iuuat & Soccinus, lib. 1. conſ. 50. n. 5. firmãs patrem vendentem emphyteuſim, ſibi, & filiis conceſſam, ſolùm dici vẽdere ius, ſua vita duraturum, Bal. in l. qui ſe patris. C. vndè liberi, reſoluens, quòd ex tali cõceſſione, acquiritur filiis ius emphyteuticum, ſegregatum à iure patris, in quo filius ſuccedit ex propria perſona. Quarè patris refutatio, ſeu emphyteuſis alienatio, reſtringi debet, ad ius ſuum, quod ipſe habet ſeparatum à iure filiorum: quȩ fuit ſententia Areti. & Decii, quos refert Aluarus Valaſcus, de iure emph. q. 49. num. 6. verſi. accedit, & q. 83. nu. 24. verſ. adde ſecundò, Ryminal. conſil. 42. nu. 17. vol. 1. Cuius etiam meminit idem Valaſ. d. q. 49. ante num. 5. Concordat Iacobi. in lib. feudo. verbo. vnus ex dictis, col. 3. rationẽ ſupra dictam probans, quòd emphyteuſis plures continet cõceſsiones, quarum alia concernit parentem, alia verò filios. Quarè vendens pater, ſolùm dicitur vendere propriã, non filiorum conceſsionem, Corn. lib. 1 conſi. 74. litera. *F.* & lib. 2. conſi. 84. litera. *B.* col. 2. concordat Boſsius, firmans cõmunem, in rub. de principe, num. 311. & cum hac ſententia, tranſit Fanus, lib. de ſtatu. excluden. fœm. 3. par. nu. 45. Tellus Fern. in l. 27. Tauri, n. 2. Ex quibus in caſu noſtro, hoc idem reſoluendum eſt, ꝙ poſſeſſor Maioriæ, ſi quæ bona vendat: pro tempore vitæ ſuæ, dũtaxat non ſucceſſorum ſuorum (quorum quidem ius, à iure poſſeſſoris alienantis, ſegregatum & ab eo omnino, ſeparatum eſt) vendere intelligatur.

39 Sed oppoſitum probat I. C. in l. peto. 71. §. prædium. ff. de leg. 2. vbi Papinianus, his verbis, propoſitæ quæſtioni, reſpondit. *Prædium, quod nomine familiæ relinquitur, ſi nõ voluntariæ facta ſit alienatio, ſed bona hæredis veneãt, tandiu retinere emptor poteſt, quandiu debitor haberet, bonis nõ venditis, poſt mortẽ eius non habiturus.* Ecce manifeſta Papiniani verba, expreſſè docẽtis, tũc demum tenere ad vitam poſſeſſoris alienationem fideicommiſsi, ſeu bonorum Maiorię, quando illa pro diſſoluendo ære alieno, & ſatisfaciẽdis creditoribus diſtrahuntur, non verò, quando voluntaria, & libera fit alienatio: quȩ optima videtur ad ſupra ſcripta reſtrictio. Vt tunc demũ procedant, quãdo alienatio eſt neceſſaria, quo caſu valebit ad vitam alienantis. Nam etſi verum ſit, alienationem bonorũ maioratus, prorſus nullam eſſe ab initio, tanquàm factam contra legem, ſecũdum adnot. in l. non dubium, C. de legibus, & in l. cum lex. ff. de fideiuſſor, adeò quòd ipſemet, qui alienauit, poſsit rem vindicare, vt ſupra diximus, nihilominus tamen, temperanda ea ſententia eſt, niſi alienatio ſit neceſſaria, quoniam hæc ſemper cẽſetur permiſſa, & nuſquam eſt interdicta, vt habetur in l. peto. §. prædium, ff. de leg. 2. & ibi Barto. & in l. pater filium, vbi etiam Barto. ff. de leg. 3. tradit Iaſo. in l. filiusfamilias. §. diui, lectura 1. nu. 12. & in 2. lectu. n. 12. cum ſeq. habetur in l. alienationis. ff. fam. herciſcundæ, tradit Crot⁹. d. § Diui, num. 45. Loazes. 83. cum ſeq. Ripa, nu. 25. Mencha. lib. qq. illuſtr. cap. 32. num. 13. cum ſeq. Tiraq. in ll. connub. gloſſ. 5. nu. 223. & lib. retract. §. 1. glo. 14. n. 11. Bar. in l. vnũ ex familia, §. ſed ſi fundũ, in fi. ff. de leg. 2. & ibi Peral. ante nu. 28. firmans cõem. Voluntaria itaq; alienatio ab initio nulla eſt, adeò vt neq; ad vitã alienãtis teneat: non neceſſaria, ſecundum cõem, quoniam durat ad vitam vendẽtis,

vt intellexit gloſſ. cõiter recepta, in d. §. prædium, licèt aliud, & perperã, fuerit opinatus Molyn. lib. 1. de Primogen. cap. 20. nu. 15. aſſerens tex. in d. §. prædium, non procedere in bonis Maioratus, propter expreſſam alienandi prohibitionem, cuius cõtrarium probat ille tex. Cauendum etiam eſt à Ruino, conſi. 89. lib. 2. n. 25. affirmante tex. in d. §. prædium, non procedere, quãdo teſtator expreſsit, quòd volebat, bona perpetuò eſſe penes ſucceſſores ſuos. Illud enim verbum, *Perpetuo*, cõtinuò (inquit) repugnat poſſe rem ad vitã alicuius, in alium extra familiã trãſire. Quod verum non eſt, ſiquidem neque expreſſa prohibitio, impedit hanc neceſſariã alienationem, idq́; planiùs ex ratione d. §. prædium, demonſtratur, ꝙ & obſeruat Paul. in l. filiusfamilias. §. Diui. ff. de leg. 1. nu. 11. aſſerens ex eo illum tex. procedere, quòd tantùm ius rei, & poteſtas, ad poſſeſſorem pertinens, dum viueret, alienatur, cõcordat Loazes, d. §. Diui, n. 125. Ripa. 57. Crottus. 36.

Ex his poteſt intelligi tex. in d. l. peto, §. fratre, quatenus ꝓbat proximiorẽ de familia, poſſe rem vindicare, in extraneum alienatam, contra defuncti voluntatem, qui maluit rem permanere, in familia, ibi: *Si non paruerit hæres voluntati, ſed domum alienauerit, vel extero hærede inſtituto, deceſſerit, omnes fideicommiſſum petent, qui in familia fuerint.* Si intelligas ibi I. C. voluiſſe, eos qui ſunt de familia ſtatim petere poſſe, in vita alienantis.

40 Quod vtique defendi poteſt, quoniam in eo ſ. fratre, teſtator non modò domum voluit in familia manere: verùmetiam nominatim illi' alienationem interdixit, vt ex prin. illius §. cõſtat, ibi: *Petijt ne domus alienaretur, ſed in familia relinqueretur.* In qua ſpecie non deſunt, qui intelligant ante mortem grauati, ſtatim poſſe ſequentem in gradu rem vindicare, vt teſtatur Paulus in l. filiusfamilias. §. Diui. n. 7. ff. de leg. 1. & ibi Ambroſ. de Opizonib. n. 24. Meneſius, in auth. res quæ. C. cõmu. de leg. nu. 2. Anto. Gomez. l. 40. Tauri, nu. 88. Hierony. Gabr. conſi. 184. Peralta in rubr. ff. de hæred. inſtit. num. 113. verſi. hinc tamen, Corn. conſi. 244. nu. 8. qui omnes reſoluũt expreſſam prohibitionem, de non alienando, efficere, ne alienatio teneat, in vita alienantis. Quod tamen non efficit tacita, inter quas eſt notabilis differentia conſtituenda, vt obſeruauit gloſ. 2. in l. cum pater. §. libertis. ff. de legat. 2. quæ firmat, quòd vbi fideicommiſſum, eſt conditionale, tacita prohibitio, alienationis non impedit dominii tranſlationem in emptorem, pendente conditione, neq; admittitur fideicommiſſarius, ante impletam conditionem, l. fin. §. ſin autem. C. commu. de leg. l. ſeruo, 72. de leg. 2. Cuius contrarium obtinet in prohibitiõe expreſſa, quia etiam pendente conditione impedit dominii translationem, & fideicõmiſſarium ſtatim admittit, ad vindicãdam rem alienatam, vt colligitur ex d. §. libertis, & ex l. peto. 71. ſ. fratre, eod. ſequitur Paul. d. ſ. libertis, n. 4. & in d. §. Diui. n. 7. & cõem dicit Gomez. l. 40. Tauri, num. 84. Peralta, in rub. ff. de hæred. inſtit. n. 114. Ex quibus tria notabilia inferuntur.

41 Primùm, quòd licèt ex actu nullo, pœna non incurratur, l. ea quidẽ, C. ſi mancipium, ita fuer. alie. tamen alienatio facta contra prohibitionẽ teſtatoris: facit alienantem in pœnã incidere, quia teſtator ſolùm factũ videtur voluiſſe punire Bartol. in l. continuus. §. cum quis. num. 3. ff. de verbo. obligat. notabiliter Corneus, conſi. 243. nu. 3. vol. 3. Secundum, ꝙ ille qui alienauit contra prohibitionem, reuocare alienationem nõ poteſt, quia venit contra voluntatem defuncti, ſed admittitur ſequens in gradu, vt ꝓbatur in d. §. libertis, tradit Iaſo. d. §. Diui. nu. 100. lectu. 2. notabiliter Moly. de Primogen. Hiſp. lib. 4. c. 1. à num. 20. vbi tamen, nõ eſt ſucceſſor, is qui nulliter alienauit reuocare poteſt, vt ſupra diximus.



42 Tertium, quòd plus operatur expreſſa, quàm tacita prohibitio, ꝙ etiam colligitur ex l. ſiquis inquilinos. 115. § 1. ff. de leg. 1. iuncta l. ſiquis, 9 §. 1. ff. de manumiſſ. teſtam. Nam cum ibi teſtator incœperit à conditione, & conditio diſpoſitionem nõ inducat. l. ſiquis ſub conditione. ff. ſiquis omiſſa, cauſ. non dicitur expreſſa prohibitio, ſed tacita. l. 3. §. ſiquis ita. ff. de adim. legat. Ergò non impedit dominii tranſlationem, vt nominatim firmat Bar. in d. §. Diui, nu. 6. Angel. 3. Iaſo. lectu. 1. n. 39. Crotus. 34. licèt Alciat. nu. 23. & ibi Æmilius. 82. non admittant, hanc differentiam, inter tacitam & expreſſam prohibitionẽ, ex regula. l. 3. ff. ſi cert. peta. quæ habet taciti, & expreſsi, idem eſſe ius. Sed reſpondeo, illam regulam non procedere, reſpectu nullitatis, ad quam plus operatur, expreſſum, quàm tacitum, vt ibi per Iaſon. in 2. lectu. n. 27. Syluanũ, conſil. 6. num. 27.

Aduerto tamen ex illo tx. in d. §. fratre, neutiquam deduci poſſe, ſtatim in vita alienantis, poſſe domum ab emptore repeti. Solum enim, ibi I. C. dicit, petere domũ, eos, qui ſunt de familia poſſe, quarè non improprium, nec abſonum erit intelligere, quòd poſſunt petere poſt mortẽ alienantis, per iura ſupra citata, arg' cap. cum expediat, de electio.

43 Quem etiam ſenſum patitur, idem Papinian', in l. cum pater. 79. §. libertis. ff. de leg. 2. vbi libertis, quidam prædium reliquit, ac petiit, ne alienaretur, vtq́; in familia libertorum maneret, qua diſpoſitione non obſtante, quidam ex libertis partem ſuam diſtraxerunt. Reſpondet I. C. eum, qui nõ vendidit, & patroni voluntati paruit, vendentium partes poſſe repetere, & ab emptorib' vindicare, non tamen negat, expectandam fore alienantium mortem, per ſupra ſcripta, & tradit glo. d. §. libertis, Paulus, & alii cõmuniter, relati per Pelaez, lib. 3. Maiorat. q. 9. col. 2. Niſi dixeris, id illum tex. ſignificare quatenus caſum ponit, & fingit facti ſpeciem, in qua defunctus expreſſè alienationem interdixit, quoniã tunc alienantis mors ſperanda non eſt, vt proximè diximus. Vel etiam, quando alienatio fuit voluntaria, vt per d. l. peto. ſ. prædium, ſupra probauimus, cum Bar. & aliis. Vnde, ꝙ ſupra diximus, alienationem fideicõmiſsi, validam eſſe, & obſeruandã quandiu vixerit vendens, reſtringẽdum eſt, ad caſum quo alienatio fuit neceſſaria, vt in d. ſ. prędium probatur. Vel etiam, quando ſimpliciter, fuit vocata familia, citra expreſſam alienãdi prohibitionem, in his enim ſpeciebus, ante mortem alienantis, rem vindicare non valet.

44 Sed inſtabit lector beneuolus, oppoſitum probare Iureconſultum in l. vnum ex familia. §. ſed ſi fundũ, ff. de leg. 2. vbi ante mortem alienãtis, negatur repetitio rei alienatæ: & tamen conſtat, quòd in eo caſu, non fuit expreſsè prohibita alienatio, neque, ea quæ facta fuit, erat neceſſaria, vt ibi Cumanus ad finem, notabiliter probat, contra Bar. & alios. Reſpõ-

Reſpondeo tamen in caſu illius tx. facta relatione ad principium legis, hæredem fuiſſe grauatum reſtituere cũ moreretur: qua de cauſa agere remq́; petere, quandiu vixerit grauatus, fideicõmiſſarius non poteſt, renitente defuncti voluntate, qui illum poſt mortem dumtaxat hæredis inuitauit. Quocirca, illo viuente res, poteſt in tertium, etiam extraneum tranſire, arg. l. Satius Florus. §. Cornelio Felici. ff. de iure fiſci, quod ita videtur intellexiſſe Cuma. ibi, ad fi. d. §. ſed ſi fundum. Quod diligenter obſeruandum eſt, quoniam hinc reſoluitur Maioriæ bona poſſe ad vitam poſſeſſoris, ſeu adminiſtratoris, alienari: ſiquidem poſt mortem tãtùm reperitur grauatus proximiori, in gradu reſtituere. Quapropter, quamdiu ille vixerit, vindicãdi rem ſic venditã, ſucceſſurus actiõe caret.

45 Quæ omnia, vt ceſſent vtilis erit filii conſenſus, paternæ alienationi adhibitus, qui filio nocebit, validamq́; reddet alienatiõem, nequo modo illi contraire filius valeat, vt notabiliter probat Modeſtinus Iureconſultus. in l. fideiuſſor. 26. §. 1. ff. de pign. vbi pater rem filii, pignori tradens, illius conſenſum adhibuit, quò poſſet hypotheca firma manere. Plura ad id, adducit Iaſo. in l. ſi fundum per fideicõmiſſum. ff. de legatis. 1. n. 32. & 35. & probat Tira. de retr. lig. §. 1. gl. 9. n. 119. & n. 131. Rolan. conſil. 2. num. 35. Decius, conſil. 323. n. 1. Et aduerto, quod in caſu illius tx. ex eo fuiſſe adhibitũ filii cõſenſum, quia ille Chyrographum pignoris, propria ſcripſit manu, vt liquet ex illis verbis, ibi: *Chyrographum perſcriberet ſua manu filius*, & in fi. ibi: *Modeſtinus reſpondet, cum ſua manu pignori domũ ſuã futuram, Seius ſcripſerat, cõſenſum ei obligationi dediſſe manifeſtũ eſt.* Et eo enim quòd filius ſcripſit dicitur conſenſiſſe, vt ibi I. C. probat, & in l. ex ſententia. 29. ff. de teſta. tutel. vbi eũ, qui ſe teſtamento pupillo tutorẽ ſcripſit, Papinianus reſpondet, excuſari minimè poſſe: quaſi ſe tutorẽ futurũ ꝓmiſerit, concordat l. vxori. 18. ff. de falſis, & l. ſi fundũ. 94. ff. de leg. 1. ibi: *Præſente, & aſsignãte.* Bonus tx. in l. nõ putauit. §. ſi quis ſua manu. ff. de contratabul. vbi ſimiliter teſtamẽtũ patris tenet, in quo filius ſe exhæredẽ ſcripſit, & ibi hoc notant DD. communiter, teſte Gutierrez, in l. nemo poteſt. ff. de legat. 1. nu. 142. cum ſeq. & Peralta, in l. cum patronus. ff. de legat. 2. nu. 11. Menchaca, de ſucceſſ. creatio. §. 10. à nu. 527. & 531. & lib. de ſucceſſ. reſolut. §. 8. num. 29. Nocet itaq́; filio, ab eo præſtitus conſenſus, vt adueniente fideicõmiſsi die, rem venditam à patre vindicare nõ poſſit, quemadmodum & Paulus, in l. Lutius. 11. quib. mod. pign. vel hypotheca ſoluit. reſpondet, vxoris conſenſum præſtitum, marito dotanti, rem ſibi hypothecatam, illi nocere circa hypothecam, ibi: *Paulus reſpõdet pignoris quidem obligationem, prædiorum Caiam Seiam, quæ viro pro filia communi, in dotem eadem danti conſenſit, cum cõmunis filiæ nomine daretur, remiſiſſe videri.* Conſenſiſſe autem dicitur, qui venditioni ſubſcripſit, vt iuribus ſupra citatis probatur, & in l. ſicut. 18. §. non videtur, eod. tit. quib. mod. pig. ſol. ibi: *Sed ſi ſubſcripſerit fortè in tabulis, emptionis, conſenſiſſe videbitur.* Nec obſtat tex. in l. Titia. 34. §. Lutia. de leg. 2. vbi Modeſtinus cõſultus, an fideicõmiſſarius qui fuit præſens, diuiſioni fideicommiſsi, & illi ſubſcribens ſibi nocuerit? Reſpondet quòd non. Quarè prædicta reſolutio, in periculum adduci videtur. Sed ſoluitur ea difficultas, ſi conſyderes, in caſu illiꝰ tex.



tex. illum, qui pręſens fuit, & ſubſcripſit, ignoraſſe fideicommiſſum ſibi relictum.

46 Sed contrariũ obtinet in ſciẽte, vt in ſpecie obſeruauit gl. verbo, manifeſtum, in l. fideiuſſor, §. 1. ff. de pignoribus.

At quia hic ſenſus, & interpretàtio diuinationem continet, glo. in d. §. Lutia, addit fideicõmiſſarium, tanquàm teſtem, non tanquàm principalem agentem ſubſcripſiſſe. Quarè nulla iuris ratio poſtulat, ex ea ſubſcriptione poſſe induci conſenſum, iuri ſuo noxium futurum: ſiquidem ceſſat animus, & intentio, præſtandi conſenſum, quem teſtis non habet. Limitata nanq; cauſa, limitatum ſolet producere effectum. l. in agris, ff. de acq. rer. dom. tradit Tiraq. de retract. lib. 1. §. 1. glo. 9. nu. 140. Hic ſanè ſenſus, literæ d. §. Lutia, magis conſentaneus eſt, ibi: *Quaſi teſtis adfuit:* Qui enim, vt teſtis ſubſcribit, non vt principalis, conſentire dici non poteſt, vt voluit imperator, in l. ſi pater 5. C. de fideiuſſorib. tradit Paulus, d. §. Lutia, & Iaſo. in l. ſi ita ſtipulatus, §. Griſogonus. ff. de verbo. oblig. nu. 11. Thom. Gramma. conſi. ciuili. 114. n. pen. & fin. & deciſ. 7. poſt nu. 12.

47 Quod ſi dixeris, ſolam pręſentiã cum taciturnitate, debuiſſe nocere, ex l. quidam. 12. ff. de euictio. vbi ex pluribus hæredibus, vnus in ſolidum rem vendidit, aliis præſentibus, & non contradicentibus, quibus poſtea partes ſuas vindicãtibus, Scæuola reſpondet, iniuſtè agere, *Quoniam* (inquit) *cum præſentes fuerunt, nec diſſenſerunt, viſi ſunt partes ſuas vendidiſſe.* Bonus etiam eſt caſus, in l. ſi ſeruus cõmunis. 39. ff. de donat. inter virum. Reſpondeo cõmunem ſcribentium ſententiam, cõtrarium nos docere, imò quòd ſola pręſentia cũ taciturnitate, quàm præſtitit fideicommiſſarius, in d. §. Lutia, non eſt potẽs, ſibi aliquod inferre pręiudicium, ex diſtinctio. gloſ. fin. in l. Caius. 39. ff. de pigno. actio. quàm ibi ſequuntur DD. quarè cõmuniter eſt recepta teſte Iaſone, in l. quæ dotis, ff. ſol. mat. n. 76. & in l. ſi fundũ, per fideicõmiſſum, nu. 7. & 8. ff. de leg. 1. Curtio, in l. cum proponas, in 1. n. 4. C. de pactis. Probant enim hi auctores, ex primo mẽbro diſtinctionis d. gloſſ. fin. præſentiam domini cum taciturnitate, dum ſua res diſtrahitur, illi nullatenꝰ nocere, ab emptore, cum rem ipſam vindicare cõtendit. Quarè in d. §. Lutia, idem reſpondetur, in diuiſione, cui ſi pręſens fuerit fideicommiſſarius, etſi vt teſtis ſubſcribat, ſibi minimè nocet.

48 Scimus enim, diuiſionem venditioni comparari, vt in l. 1. C. communia vtr. iudi. tradit Tiraq. de retr. lign. §. 1. glo. 14. nu. 77. Vndè, quemadmodum præſens alienationi, rei ſuæ non dicitur conſentire, vt cum d. glo. fi. cõmunis reſoluit, ita etiam, diuiſioni qui fuit præſens, quod ita voluit glo. in l. fideiuſſor. 26. §. 1. verbo. manifeſtum. ff. de pigno. Abbas, col. 2. d. l. Caius, ff. de pigno. actio. Iaſo. d. l. ſi fundum per fideicõmiſſum, ff. de leg. 1. num. 6. & Alexand. lib. 5. conſi. 5. n. 4. cum ſeq. firmãs gloſſam in d. l. cum proponas, in 1. C. de pact. oppoſitum reſoluentem, cõmuniter reprobari, quod ibidem teſtatur Curtius, n. 2. & Iaſo. n. 6. licèt eam ſequantur Romanus & alii, quos refert Tiraq. de retr. lign. §. 1. glo. 9. nu. 113. reprobatur tamen cõmuniter, vt ibi, num. 154.

49 Nec debet in cõtrarium, quẽpiam mouere. l. quidam. 12. ff. de euictio. ſupra ex aduerſo adducta, quoniam loquitur, quãdo dominus præ-

præſens fuit alienationi rei ſuę, preciumq; recepit, vt palàm ex litera illius tex. liquet, ibi: *Et cohæredes pretiũ acceperunt.* Quod ibi adnotauit gloſſ. verbo, affuerunt. Quoties enim, cũ præſentia, & taciturnitate concurrit aliquod factum, inducitur cõſenſus, vt habetur in Clem. 1. de procurat. & in l. filiusfamilias. ff. ad Macedon. tradit Bald. in l. ſi literas, C. Mandat. idem Bald. in l. fin. §. neceſsitate, C. de bon. quę lib. n. 19. Soarez, tit. *de las deudas*, nu. 29. ad fi. Palaçius, in rubri. de donat. inter vir. & vxorem. §. 68. nu. 27. Iaſo. in l. quæ dotis. ff. ſoluto mat. n. 90. Tiraq. de retr. lign. §. 1. glo. 9. à nu. 156. vbi ponit exempla. Quo argumento, & ratione, procedunt iura ſupra citata, probantia, ex ſubſcriptione induci conſenſum domini, quoniã non fuit ſimpliciter præſens. Quæ profectò vtilis eſt reſolutio, ad legem Regiam, lib. 3. tit. 32. & lib. 4. tit. fin. vt inducatur conſenſus, de quo ibi, ſi quod factum, vltra pręſentiam, cum taciturnitate concurrat. Non enim, in hac ſpecie dici poteſt, quòd præſens perſiſtit, in veris, puriſq; terminis taciturnitatis, quæ medium conſenſus & diſſenſus, obtinet, gloſſ. in Clem. ſæpe, verbo. nõ contradicentibus, in fi. de verb. ſig. Bart. in l. quæ dotis, num. 21. ff. ſoluto matr. Quapropter ex adiectis, modò conſentire: modò etiam diſſentire præſentem dicimus, vt explicat Areti. conſ. 160. nu. 3. Panorm. in cap. nonne, de præſumpt. col. 2. ad fin. & Felin. ibidem, num. 5. Iaſo. qui ponit exempla in l. ſi conſtante, à nu. 68. ff. ſolu. matr. Precii itaq; receptio, eſt quæ nocuit, in caſu d. l. quidam. 12. ff. de euictio. Non ſimplex præſentia cum taciturnitate, vt ibi adnotauit gloſſ. & in l. ſi ſeruus cõmunis. 39. verbo, ſciſſent, in fi. ff. de donatio. inter virum, & vxorem.

50 Non etiam obſtat tex. ille notabilis, in l. ſi ſeruus cõmunis. 39. ff. de donatio. inter vir. vbi Alphenus, Iureconſultus, egregiã definit quæſtionem. Maritus vxori donauit, rẽ ſibi, & fratri cõem, ſciente, neq; contradicente fratre, quo poſteà volente partem ſuam vindicare, donataria excipiebat, illum ſciiſſe, rem ſibi à marito donari, neque repugnaſſe, & reſpondet Iureconſ. vxorem iure excipere, & proindè reddere, eam minimè teneri. Quoquidem reſpõſo, omnia ſupra ſcripta labaſcunt, ſiquidem ibi eſt caſus, in quo nullum factum concurriſſe proponebatur, & ſola ſcientia, ſeu præſentia, cum taciturnitate cõſenſum induxit, ob quem vindicans, partem ſuam non auditur, quaſi & ipſe etiam illã donauerit, cognatæ, vxoriq; fratris, Barto. & DD. ibi intelligunt, eam legem ſpecialiter procedere, propter affinitatis neceſsitudinem, & ſanguinis coniunctionẽ, quæ inter eos erat. Hæc enim coniunctio efficit, vt de facili inducatur tacitus cõſenſus Bar. & Alberi. in l. in adoptiuis, ff. de adoptio. Iaſo. n. 72. & omnes alii, ibidem, in l. quæ dotis. ff. ſolu. matri. Rogerius, in l. 9. §. fin. ff. de donatio. Curtius, in l. cum proponas, in 1. C. de pact. num. 8. Neque abs re hoc dictum videbitur, ſi conſideres, inter coniunctos plerunq; præſummi donandi animum, & voluntatem Rogerius, in l. 2. ff. de donatio. nu. 36. Alciatus, in reg. 1. præſumptio. 32 quod etiam inter cõiunctos amicitia procedit Bald. in l. 2. col. 1. C. de iure dot. gloſſ. in l. eum qui. ff. ſi cer. petat. vbi Barto. & Rogerius, col 2. ff. de donatio. num. 37. et poſt num. 34. quam donandi præſumptionem, nobilitas ſummè iuuabit, vt habetur in cap. 1.

de



de dona. Romanus, ſingul. 644. Caſtaldus, de imperatore. q. 110. priuil. 214. Syluanus, conſi. 2. nu. 23. Iuuabũt etiam diuitiæ gloſſ. in l. vxori. §. fin. verbo, præſumptum, ff. de leg. 3. Palacius, in rubr. §. 9. nu. 6. & 18. Syluan. d. conſil. 2. nu. 21 cum ſeq.

51 At quia, in d. l. ſi ſeruus cõmunis, nulla harum qualitatũ, quæ donationem, poterant iuuare, fit mentio, illas miſſas facere ſtatuimus, ad caſum igitur, & literam illius reſpõſi. reſpiciamus.

Audiamus modò Iureconſultum Alphenum: *Si ſeruus cõmunis* (inquit) *viri, & fratris eius, puerũ donauerit, vxori fratris: pro qua parte is ſeruus, qui donaſſet viri eſſet, pro ea parte munus non eſſe factum mulieris, reſpondi. Idem iuris erit, ſi ex tribus fratribus, vnus vxorem haberet, & rem cõmunem vxori donaſſet. Nam ex tertia parte* (ſcilicèt, ad maritum pertinente) *mulieris res facta non eſt: ex duabus autem partibus reliquis* (ſcilicèt, ad fratres ſpectãtibus) *ſi id ſciſſent fratres, aut poſteaquam donata eſſet, ratum habuiſſent, non debere mulierem reddere.* Hactenus Iureconſultus, qui in eo reſponſo, ſolùm conſideraſſe, mihi viſus eſt, fratris ſcientiam, intelligens eam, à principio, non minus, quàm ex poſt facto ratihabitionem, donationẽ comprobare, vt colligitur ex illis verbis: *Idem iuris erit, &c.* Doctores tamen intelligunt, fratres præſentes fuiſſe, nec contradixiſſe, & propterea, conſentire viſos fuiſſe. Aderat enim ſanguinis neceſſitudo, quæ id ſolet operari, vt ſupra diximus, & habetur in l. Procula. ff. de probatio. Vndè autem, interpretes noſtri deduxerint, in caſu illius legis, præſentes fuiſſe fratres, ſatis ego percipere non poſſum. Nullum enim, in ea lege verbũ adeſt quo id Iureconſultus, ſignificare videatur: niſi contendas, præſentiam, Iureconſultum præſupponere, eo ipſo quòd in fratribus, ſcientiã tempore donationis requirit, quam ſola præſentia probat, ex his quæ ſcripſit Fely. in 1. gloſſ. procœmii Decretal. n. 21. Iaſo. in rub. C. de inius voc. n. 6. Mayner. in l. qui poteſt inuitis, ff. de reg. iur. nu. 5. Barbatia. conſi. 3. lib. 2. col. 6. verſ. præterea, habetur in l. coram. ff. de verbo. ſign. & in l. diẽ proferre. §. coram, ff. de arbitr. Alciatus. in l. 1. in prin. ff. de verbo. obl. tradit Exea, de pact. num. 35. At quia poſsibile erat, præſentes fuiſſe fratres corpore, & non animo, & conſequenter ignorantes, donationem rei cõmunis à fratre vxori fieri, quẽadmodum Barto. & alii omnes docent, in d. l. 1. de verbo. obl. & alii proximè relati, Iurecõſultus magis ſciẽtiæ, quã præſentię meminit, vt ſignificaret, oportere fratres conſcios eſſe, donationem rei cõmunis fieri, quò tacentes poſſent, videri conſentire, ſibiq; nocere. Nihil enim magis cõſenſui, quàm rei geſtæ, ſeu gerendæ ignorantia nocet. Perſuadetur hoc eſſe verùm, ſi conſideres in caſu illius l. Alphenum, in principio caſum figuraſſe, quo cõmunis ſeruus, rem dominis ſuis cõmunem, alteri⁹, vxori donauit, in qua ſpecie reſpondit reſpectu partis mariti mulierem dominã fieri nõ potuiſſe, ſocii verò ſic. Hoc reſponſum vt defendi poſſit, neceſſariò dicẽdum eſt, ſeruo donandi poteſtatem cõmiſſam fuiſſe: aliter is donare neutiquam poſſet, vt in l. filius. ff. de dona. ita ibi obſeruauit glo. 2. cõiter recepta. Hoc retento themate, Iureconſ. addit ſpeciem de re cõmuniter pertinente ad maritum, & plures fratres, idem omnino reſpondens fore obſeruãdum. Quare neceſſariò fatẽdum eſt,

in

in 2.ſpecie illius l.fratrum, pręceſsiſſe conſenſum,ſeu donandi commiſſionem tacitam , aut expreſſam,inductam ſaltem ex pręſentia,cum taciturnitate. Qua ratione, Iureconſ. exigit fratrum ſcientiam,vt illorum pars vxori donatariæ , liberè poſsit applicari,& acquiri.Iuxta hoc igitur ille tex.intellectus , probat quòd ex eo DD deducunt,pręſentem cōſanguineum,neque cōtradicentem donationi de re ſua factę, ſibi nocere, quaſi conſenſum præſtanti , vt per Menoch.lib.2.de arbitrar.caſu 88.n. 15.centu.1. Quo argumento,in caſu noſtro reſoluendum videtur, præſenciam filii,aut coniuncti ſucceſſoris cum taciturnitate,illi nocere , & conſequenter, adueniēte fideicommiſsi die , ſic alienatas res maioratꝰ vindicare non poſſe,quem tex.cum l.Procula,citant DD.in l. cum proponas,in 1.C.de pact.in fauorē gloſſæ ibi volētis,fideicōmiſſarium pręſentem alienationi,rei fideicōmiſſo ſubiectę,& tacentem ſibi nocere,nō minus quàm ſi conſenſum præſtitiſſet. In quo gloſſ. cōmuniter à DD. damnatur, vt ſupra diximus, & ibi teſtatur Iaſo.n.6. & Curt. 2. Alex.& alii, de quibus ſupra.Sed Bal. ibi cupiens vitare huius tx.nodum, & obiectionem, notabiliter cōſiderauit, in caſu d.l.ſi ſeruus cōmunis, fratres ſimpliciter nō tacuiſſe,quoniam inquit,ad rei donatæ,traditionem ꝓceſſerunt,quod placuit Iaſo. conſil. 3.lib.1.& Tiraq.lib.1.retract.§.1. gloſ. 9.nu.152.& Bacçę,de non melior.filiab.cap.10.nu.84. Fuiſſe autem , in ea lege vxori rem traditam,manifeſtè colligitur, ex illis verbis, *Pro ea parte munus non eſſe factum mulieris*, quibus Iureconſultus docet,pro parte ſocii,vxorem dominam factam fuiſſe,ergo,neceſſariò præſupponit , rē fuiſſe traditam,iuxta regulam l. traditionibus. C. de pact. quod etiā liquidò probant illius l. verba finalia, ibi:*Non debere mulierem reddere*. Quibus præſupponitur, rem donatā penes vxorem eſſe. Inſuper,niſi vxori res tradita fuiſſet,vtique donatio à marito facta , nulla prorſus foret , nec morte confirmaretur,l.Papinianus. 24.ff.de dona.inter vir. l. vbi ita donatur,in fi.ff.de donat.cauſ.mor.ibi: *Ideoq; inter viuos donatio,inter virum,& vxorem,non valet*.Cuius oppoſitū , Iurecōſultus, in d. l.ſi ſeruus cōmunis, præſupponit. Quamobrem, admitti poteſt,quod in d.l.cum proponas, Baldus adnotauit , donantis fratres, non ſimpliciter conſenſiſſe: ſiquidē per fratrem qui donauit,rem ipſam tradiderunt. In qua ſpecie, quia ſimul cum præſentia concurrit factū, nimirum non eſt,ſi conſenſus inducatur,ex his quæ ſuperius ſcripſimꝰ. Iuxta quem ſenſum,ille tex.filio,ſeu proximiori agnato,qui tantùm pręſens tacuit , obeſſe nequit. Nec dixeris Iureconſultum , in ea l. ſolam ſcientiam fratrum deſyderaſſe , non rei ipſius donatæ traditionem,cuius quidem fratres, nec meminerunt. Quoniam eo ipſo, quòd agnouerūt fratrem donaturum , vxori , neque contradixerunt, quemadmodū donationi conſenſum præſtitiſſe, viſi ſunt:ita etiam, & rei ipſius traditioni, ad quam debuiſſe animaduertere fratrem,prouiſurum,vt ſic donatio valeret,poſsetque morte confirmari,oportuit.Quapropter optimè inquit Baldus , fratres ibi per fratrē donātem,rem ipſam tradidiſſe. Sed vereor,an hic ſenſus conuenire poſſit, quoniam vt in ea l. proponitur, fratribus ſola ſcientia , & patientia nocet. Quāobrem , ſanguinis coniunctionem , neque quod ad traditionem



tionem pertinet, conſiderabile videtur , quoniam id per accidens , & & quandam conſequentiam, in mētem eorum potuit venire.

52 Quamobrem, DD.in d. l. cum proponas,in 1. C. de pactis , intelligunt eam legem,Si ſeruus, cōmodè applicari fideicommiſſario non poſſe : quoniam ibi Iureconſultus loquitur,in fratribus ius habētibus,de pręſenti , in reipſa donata : quarè, contradicentes poterant donationem,ſeu alienationem impedire. In qua ſpecie, tacendo dicitur conſentire , qui reluctando,actum , ne fieret,valuit impedire , gloſſ.eſt ſingularis,& paſsim recepta,in l.Caius.ff. de pignora.actio. Bartol.& alii, in l. quæ dotis,ff.ſoluto matrimonio,vbi Iaſo.num. 95. & in l. Titia. §. Lucia, ff.delegatis.2.Baeça,de non melior. filiabus,cap.10.num.79. Quæ ratio ceſſat,in fideicommiſſario. Is enim pendente adhuc die fideicommiſsi, impedire rei alienationem non poteſt : quoniam interim ea res diſtrahi , valet tx.in l.fi.§.ſin autem, C.cōmunia deleg.l.Marcellus,ſ. res quæ, & ibi DD.ff.ad Trebellia. quam ſententiam , nos ſupra reſoluimus , ad Maioratus ſucceſsionem trahendā, quoniam poſt mortem tantùm , dicitur poſſeſſor,proximiori grauatus reſtituere , interim fruiturus rebus Maiorię quaſi ſuis.Qua ratione,pro tempore vitæ ſuæ , alienare poterit, vt in l.vnum ex familia, §. ſed ſi fundum , iuncto principio. ff. delegat. 2. Cum igitur fideicommiſſarius nequeat , rei venditionem,die fideicommiſsi pendente, impedire, reſoluēdum neceſſariò eſt,eius præſentiam, cum taciturnitate,nullum prorſus, ſibi damnum afferre poſſe,vt in d.l.cum proponas,poſt alios obſeruauit Iaſo poſt num.6.& Curt. num.3.cum ſequentibus.

Vlterius,d.l.Si ſeruus communis,diſpoſitio , & ſpecies longè diſtat, ab hac quam tractamus. Ibi enim , vt Salycetus , in d.l.cum proponas,aduertit, agitur de remiſsione iuris de præſenti , quod fratres habebant, in re communi , quod quidem poſſe remitti, expreſsèque donari , iure conſtans reſolutio eſt, vt per totū de donatio. Quarè etiā, tacitè per præſentiā,cū taciturnitate,ius poſse remitti,& donari ſatis probabile eſt, ſiquidem taciti , & expreſsi , eadem ſolet eſſe iuris diſpoſitio , iuxta l. cū quid,ff.ſi certum petatur.Cuius contrarium obtinet , in fideicommiſſo , in quo agitur de remittendo iure , de futuro,quod quidem expreſſè remitti non pōt,tx.in l.ſi ita ſcriptum.46.§.ſi ſub conditione.ff. delegatis 2. vbi Pomponius , in hæc verba : *Si ſub conditione , vel ex die certa, nobis legatum ſit , ante conditionem , vel diem certum , repudiare non poſſumus : nam neque pertinet ad nos , antequàm dies veniat , vel conditio exiſtat.* Tradit Tiraquellus , de Retract. lignagier. §. 1.gloſſa.9. num.111.& num.121. Qua ratione, nec tacitè remitti fideicommiſſum poteſt , propter defectum poteſtatis , qua caret renuncians , ius,quod adhuc non habet : ita Salycetus,in d.l.cum proponas , & ante illum Cynus , & alii antiquiores, Quibus addendum cenſeo , admirabile videri , illud Papiniani reſponſum , in d. §. ſi ſub conditione, quatenus loquitur de legato, ex die certo,relicto. Hoc enim ad legatarium pertinere , noti iuris eſt , vt docet Vlpianus Iureconſult. in l. ſi poſt diem.5.ff. quādo dies legat.cedat , ibi: *Si verò , poſt diem legata re-*

*licta, ſimili modo; atque in puris dies cedit,* & ibi gloſſa, & DD. & in l. in diem, ff. de conditio. indebiti. Quapropter Angelus, in §. idem iuris, nu. 54. inſt. de exceptio. Vlpiani reſponſum, in d. §. ſi ſub conditione, terribile iudicat. Quapropter ille tex. varios patitur intellectus, quos recẽſet Coſta, lib. 1. Selecta. cap. 20.

Ego exiſtimo, Vlpianum, rectè, & ſine vlla terribilitate reſpondiſſe, repudiari non poſſe legatum, ante aduentum diei certi, à defuncto aſſignati: quo quidem tempore, quoad effectum repudiationis, minimè dici poteſt, ad legatarium rem legatam pertinere. Scire enim oportet repudiare nos tantùm ea poſſe, quæ ſi velimus, habere poſsimus. Non verò ea, quę ſperamus habere poſſe, vt nominatim docet Vlpianus, in l. qui poteſt, 135. ff. de regulis iuris, ibi: *Quod quis, ſi velit, habere non poteſt, id repudiare non poteſt.* Et ita procedit l. is qui. 13. ff. de acquirenda hæred. Non eſt igitur tuta argumentatio, de lege. Si ſeruus communis. ff. de donatio. inter virum, vbi agitur de remiſſione iuris de preſenti, ad caſum noſtrum, de fideicommiſſo, ante diem fideicommiſsi remittendo, quod, & ſi vellet, fideicõmiſſarius repudiare neutiquam poſſet.

53 Sed non videntur Salycetus, & reliqui, qui id obſeruarunt, hanc rem, vt decebat, expendiſſe. Debuerunt enim animaduertere, quod ſupra diximus, dumtaxat procedere in ſimplici repudiatione iuris de futuro, quæ facta nullius eſt penitus. roboris, & momenti: non ſic, ſi fiat, per viam pacti, inter repudiantem, & alium initi, vt habetur in l. 1. C. de pactis, vbi gloſſa, & Doctores, hoc ita communiter reſoluunt, & ſupra ſcripta limitant, tradit Tiraquel. lib. 1. retract. §. 1. gloſſ. 9. num. 122. Et eſt ratio in promptu, ſecundum gloſsã, in d. l. 1. C. de pact. quia pactum conſtat, ex duorum voluntate, quarè tanquàm fortius ſimplici repudiatione, tollit ius conditionale, quæ ratio communiter recepta eſt, ſecundùm Soccinum, ibi, nu. 3. & Decium, num. 19. Rectius tamen dici poteſt, quòd renuncians non intendit ſe obligare, ſed tantùm ſe priuare, iure illo repudiato, quarè ſuccedit ratio Iureconſulti, in d. §. ſi ſub conditione, quòd repudiare non licèt ius, & rem, quam de præſenti ſiquis habere velit, non põt. Vbi autem, interuenit pactum, ibi datur obligatio, ad non petendum, qua extante obligatione, excludit repudiãs ius, quod ſperabat habere, vt cum communi nouiorum reſoluit Cagnolus, in d. l. 1. C. de pactis, num. 57. & Vberti. num. 110.

54 Ex quibus profectò Iaſo, in d. l. cum proponas. in 1. C. de pact, poſt num. 6. verſi. ſecundò mouetur, iuſta cum ratione recedit ab argumento, Salyceti, intelligens non minus pacto, ius futurum repudiari poſſe, quàm præſens ſimplici repudiatione, concordat Curtius, num. 6. & 7. qui pro indubitato ponunt, tacitum pactum in hac re ſufficere, inductum ex præſentia eius, cuius intereſt, repudiatum eſſe ius illud futurum. Quæ fuit ſententia Bartoli, in d. l. 1. C. de pactis, col. 2. ad medium, & ibi Alexan. num. 5. Curtii, n. 38. qui firmãt communem, probat Panormitanus, in cap. ex multiplici, num. 7. de decimis. Sed oppoſitũ firmat Decius ibidem, in d. l. 1. nu. 26. Alciatus, n. 40. quorum ſentẽtia mihi ſemper verior viſa eſt, cũ





animaduerto, ex ſimplici præſentia eius, cuius intereſt, non induci pactũ (quod ſupra diximus, neceſſarium eſſe, ad validitatem repudiationis, iuris futuri) niſi ille expreſsè conſentiat, vt probat Iureconſultus, in l. 1. verſi. 1. ff. de pact. vbi Vlpianus dicit, quòd pactum à pactione dicitur, & quòd indè etiã pacis nomen appellatum eſt, & conſequenter definit, ꝙ pactũ eſt duorũ, pluriumuè in idẽ, placitũ & cõſenſus, niſi ergo duo aut plures in idem concordent, pactum dici nequibit, vt reſoluit Decius in rubr. C. de pactis, num. 3. firmans, donatarii præſentiam nõ ſufficere, vt pactum dicatur, licèt conſentire, vtiq; videatur, quia in vtilibus tacens conſentire videtur, iuxta notata, in l. qui patitur, ff. mandati, & in l. fideiuſſor. eodem tit. vbi Bald. & Bart. in l. quæ dotis, ff. ſolu. matri. in cuius rei fauorem arguit Galeaula, in rubr. ff. de verborum obligatio. nu. 61. Cuius tamen oppoſitum, noſtri paſsim reſoluunt auctores, imò quòd ſola præſentia, cum taciturnitate ſufficiat, ad inducendum pactũ, vt eſt videre per Exeam, de pactis, nu. 12. Alciatum, in rubr. ff. de verb. obligatio. Berengari. in l. pacta, ff. de contrahen. emptio. n. 11. Aliter pręſenti, & tacenti donatio facta non teneret, contra l. donationes. §. ſpecies, vbi gloſſ. ff. de donatio. & in l. illud, iuncta gloſ. C. de ſacroſan. eccl. tradit Vbertin. d. rubr. C. de pactis, à nu. 26. Couarruu. in 3. par. rubri. de teſtamen. n. 13. verſi. verùm, Galeaula, & cœteri, in d. rubr. ff. de verbo. obligatio. Ex quibus liquidò cõſtat hanc eſſe communem, & receptam ſcribentium ſententiam, contra quã difficilis eſt admodum victoria, licèt contradicat Decius, d. rubri. nu. 3. quem præ cœteris improbat Exea lib. de pactis, num. 18. ad fin. cum ſeq. omnino videndus, quia ante num. 66. nonnullos tenentes cum Decio refert. In ſpecie deniq; Barto. citat tex. notabilem, in l. tale pactum. 41. ff. de pactis, per quem dicit liberari hęredem à fideicõmiſsi pręſtatione, ſi illi præſenti, fideicommiſſum remittatur. Ibi enim Iurecõſultus probat ex his verbis, pactum de non petendo induci, ſi creditor dixerit: *Fateor te non teneri.* Cui quidẽ ſenſui ego nunquam adhærere potui, conſiderans in eo caſu Iureconſultum non dubitaſſe, an pactum fuiſſet initum, quod maximè præſupponit: ſed id tantùm, an tale pactum fuerit perſonale, vt doctè quidem conſiderauit Cumanus, conſi. 24. num. 2. & Alciatus, d. rub. ff. de verbo. obliga. nu. 7. licèt dubitet Andr. ab Exea, de pactis, n. 53. ad fi. cum ſeq.

Incautè igitur Salycetus, & ſequaces, arbitrati ſunt, ius de futuro, quale habet fideicommiſſarius, nõ poſſe, antequàm dies cedat, repudiari tacitè, quia neque expreſſè. Siquidem ex ſupra ſcriptis, ſatis clarè conſtat, pacto, & ſic tacitè remitti poſſe ius futurum, vt omnes communiter reſoluunt, in l. 1. C. de pactis, cum aliis ſupra citatis. Licèt cogitandum relinquat Iaſo. in d. l. cum proponas, C. de pactis, & ibi dubitet Curtius, num. 9. in fi. cum ſequentib. Ex eo, quia in hac renunciatione, videntur cõcedi duo ſpecialia, nempè, quòd teneat iuris futuri tacita renunciatio, inducta ex præſentia, cum taciturnitate, atque etiam tacitum pactum, quod contra communes noſtrorum traditiones eſt, & conſequenter abolendum. Sed non obſtat obiectio, quoniam ceſſat qñ plures fictiones, ex eodem fonte naſcuntur, altera in alterius conſe-

quentiã, vt tradit Iaſo.in l. ſi filium, ff.de liberis,& poſth.num.28. Quod huic caſui,rectè applicari poteſt. Siquidem certò ſcimus, ex præſentia, cum taciturnitate ſolùm induci pactum tacitum, quaſi præſens cõſenſerit, indè verò per conſequentiam, reſoluitur valere iuris futuri renunciationem,tanquàm ex pacto, licèt non valeat, ex renunciatione expreſſa.

55 Sed hęc omnia ſanè intelligenda ſunt,in præſente, & bonafide tacente,quoniam tunc niſi concurrat ſanguinis neceſsitudo,amicitiæ, aut quæuis alia ſimilis, in qua induci poſſit liberalitas,& aſſentiendi animus, reſoluendum eſt taciturnitatẽ, præſenti nocere non poſſe, ex gloſ. cõmuniter recepta,in l.Caius.ff. de pigno.actio. vbi verò contingeret tacenti in fraudem, ſubdole, factum fuiſſe mutuum, excuſari nullo modò poterit, vt in ſpecie voluit glo.in d.l.Caius.39.ff. de pigno.actio.in 2. membro.5.diſtinctio. idq; Alexand. in l. quæ dotis. ff. ſoluto matrim.nu. 28. teſtatur, communiter receptum eſſe,& fuit ſententia Baldi, & Salyc. & aliorum,in d.l.cum proponas.1.C. de pactis,vbi Iaſo.num.7.& Curtius nu.11.cum ſeq. Tiraquell. lib. 1. retr. §.1.gloſſ.9.num.154.cum ſeq. & tradit Baeça,de non melioran. filiabus, cap.10.nu.88. Allegant ad id tex. elegantem,in l. ſi ſine,C.ad Senatuscõſultus Vellean. Vbi poſtquàm imperator ſcripſit, vxori cõſentienti obligationi à marito factæ, ſucurrendũ fore auxilio Senatusconſulti,ſubdit: *Quòd ſi patientiam præſtitiſti, vt quaſi ſuas res maritus obligaret, decipere voluiſti, mutuam pecuniam dantem, & ideo tibi nõ ſuccurretur Senatusconſulto, quo infirmitati non calliditati, mulierum conſultum eſt.* habetur in l. 1. & 2.ff.eodem tit. bonus tx.in l.2.C.ſi alien.res pigno data ſit,ibi: *Si non ſciens hoc agi, in fraudem creditoris ignorantis, diſsimulaſti.* Ex quibus,hoc ſanè intelligendum eſt, verum eſſe quãdo conſtiterit fraudulentam fuiſſe taciturnitatem. Cœterùm, Neguſantius,de pignor. 2. par. 4.membro,num.152. indiſtinctè firmat gloſſam,in d.l.Caius,in 2.membro,communiter eſſe receptam, licèt aliter non probetur de fraude. Satis enim diſsimulare videtur, qui ſciens rem ſuam hypothecari, tacet neque contradicit, vt in ſpecie voluit gloſſ. d.l.2.C.ſi aliena res pigno. data ſit, & Panormitan.in cap nõne, de præſumptio.col. 3. & dicit communem Felyn.ibi, num.13. Sed hæc ſententia placere nõn poteſt, quoniã in dubio doli præſumptio abeſt, l.merito.ff.pro ſocio.l.quoties.§.qui dolo. ff.de probatio.Quarè(niſi fallor)illa Neguſantii opinio, indiſtinctè aſſerentis,gloſſæ ſententiam, in d.l.Caius.ff.de pignor. actio. obſeruandam fore, tenenda non eſt.Cui reſolutioni minimè obſtat lex.2. C. ſi alie.res pign.data ſit,cum l. ſi ſine, C.ad Vellea. Vbi exigitur machinatio,& dolus,vt taciturnitas noceat: quoniam ſi bene conſideres, loquũtur in muliere, quæ etſi conſentiat hypothecæ,rei proprię, iuuatur Velleano,quo vt careat,requiritur,ꝙ ſit in dolo,vt d.l.ſi ſine,liquidò ꝓbatur, & in l.mulier.11.C. de diſtract. pign. Bartolus, in l.quæ dotis, num. 23. ff. ſolu.matri. Vndè, maſculus, in quo dolus,nec fraus, requiritur, ſi præſens fuerit,& tacuerit,cum ipſe prohibere poteſt, quemadmodũ,quando res ſua donatur, aut hypothecatur, vtique quaſi cõſentiens ſibi nocet,vt voluit gloſſ.d.l.Caius, ſimpliciter loquuta,ſiue adſit calliditas & dolus,ſiue non.





56 Sunt etiã hęc ſanè intelligẽda, in præſente, & tacente, nõ in abſente,quãuis ſciat rem ſuã donari, aut hypothecari,quoniã etſi non reclamauerit, rem poterit liberè vindicare,vt reſoluit Alexan.in l. ſæpe. ff. de reiu.n.87.& 93. Feli.in c.nõne,de præſumpt.n.13. Licèt cõtradicat glo. fi. in l. certi iuris,C.locati. Cui non adſtipulatur,l.ſi ſeruus cõis.ff.de donatio.inter vir.& vxo.licèt id ꝙ glo. videatur manifeſtè probare, ibi: *Id ſi ſciſſent fratres*,iuxta intellectum à nobis ſuperius aſsignatum.

57 Quorum argumento,& præcipuè,d.l.ſi ſeruus cõis.ff.de don.inter vir.aliqñ doctiſsimos quidem viros infacto vidimus reſpondiſſe, dotem datã à marito filiæ prioris matrimonii,de bonis cõibus, ſeu de acquiſitis cum ſecunda vxore,illi pręſenti,nec cõtradicenti nocere,non minus,perindè ac ſi,expreſſè dotaſſet,& conſenſiſſet,ꝙ ex d.l.deduci facilè eſt, ſi cõſideres ſanguinis neceſsitudinem, in hac ſpecie etiã extare, præſentiã ſimul,& taciturnitatem vxoris, quæ contraire poterat. Conſenſiſſe ergo dicendum eſt,per d. l. ſi ſeruus cõis, quam ad hoc meliorem de iure dixit Palacius,in rub.de donatio.inter virum & vxorem,nu.2.§.44.& ſic intelligendus Iaſo.in l. ſi fundum per fideicõmiſſum,ff.de leg.1.nu.35.

58 Et in ſpecie,ꝙ frater pręſens,& tacens,qñ de ſuis bonis filiã,vel ſaltẽ de cõibus frater dotauit, ſibi noceat, adeò vt res donatas,repetere minimè valeat,poſt Imolã ita conſulentẽ per d.l.ſi ſeruus cõis,reſoluit Decius conſi.66.nu.4. verſi. ſecundò principaliter. Idq; cum Bar.in l.quæ dotis, ff.ſol.matr.dicit maximè procedere fauore dotis, quæ id ſpeciale habet, quòd in illius fauorem præſummitur donatio,ſeu animus donandi, in tacẽte. dicitur enim dotis cauſa pia, Baldus,in l. ſi conſtante.q. 9. ff. ſolu. matr.l.ſi ego.ff.de iure dotium.l.2. §. fin.ff.de don.Decius,d.cõſi.col.pen. ad fi. Taciturnitas verò in cauſa pia conſenſum ꝓducit,l. ſi ſeruus ſciente,& ibi Bald. C. de epiſco. & cleri. & habetur in c. ſi ſeruus ſciente.54. diſt.Iaſo.in l.quæ dotis.ff. ſol. matri. n. 84. concordat Decius,conſil.122. Cyfuentes,in l.Tauri.56.ad fi.reſoluens,quòd qñ pater dotauit filiam, de bonis maternis,pertinentibus,ad aliam filiam iam nuptam,ſimul cum marito præſentẽ,& nõ contradicentẽ:dotata ſic filia bona obtinet,abſq; vllo vindicationis timore:citat d.l.ſi ſeruus cõis, & notata in l. in adoptionibus.ff.de adoptio.Cynũ, in l.1. C.de bon.mater.col.2. gloſſ. Bartol. Salyc.& Alexan.in l. cum proponas 1. C.de pact.licèt contradicat Bald⁹, in d.l.1.C.de bon.mat.& fuit ſententia Fabri,cui⁹ meminit Baeça,de nõ melioran.filiab.cap.10.num.83.cum ſeq. Denique hæc ſententia probabilis redditur ex Anton. de Butrio. conſil.7.in dubio, reſoluente contracta ſocietate omnium bonorum filias ſociorũ,ex bonis communibus ſocietatis dotandas fore,& fuit ſententia Baldi,in l.ſi patruus, C.cõmu. vtriuſq; iudi.verſi.prædicta oĩa, tradũt Paul.& alii,quorũ meminit Decius,conſi.66. ante num.4. cum ſeq. vbi teſtatur hanc eſſe communem, quòd idem firmat,conſi.68. num. 2. & Alex.conſi.70.nu.2.lib.5. Baeça,d. cap.10.num.82.& videtur de hoc bonus caſus, in l.ſi ſocietatem, ad fin. ff.pro ſocio.vbi ſcribitur, quòd impenſæ factæ propter filios vnius ſocii,adſcribi ſocietati debent. quem enim ſequuntur commoda,ſequi & onera neceſſe eſt, l. cum duobus.§. per cõtrariũ.ff.pro ſocio.cũ aliis latè

adductis à Decio, conſi.66.n.3.verſi. his tamen.

59 Quibus tamen argumētis, ego fidem adhibere nō ſum ſolitus: animaduerto enim Regulā d.l. ſi ſeru⁹ cōmunis.ff.de dona.inter vir. ſolùm procedere in præſente, & tacente, qui liberè potuit proteſtari, & cōtradicere: non verò in eo, quem reuerentia alienāti debita, retrahere iure potuit: quemadmodū ea, quā marito vxor debet, & parēti filius, filiaue familias, iſtam limitationem probat Bar.in l.quæ dotis.ff.ſol matrimo.& ibi Iaſ.n.96.poſt Alex.& alios, Alex. in l.interpoſitas.C.de tranſact.nu.5. Angel.in §.pen.ad fi.inſt.quib.mod. ius pat.poteſt ſol.Deci⁹, in c.cauſam matrimonii, de off.deleg.à n.5. Huic reuerētiæ, ſubiectā eſſe vxorem certi iuris eſt, ex his quæ ſcribuntur in l. alia.§.elegāter.ff.ſol.mat.Bal in l.ſi vxor.C.de cōd.inſer. Quarè taciturnitas vxoris loqui, & marito contradicere erubeſcentis, conſenſum minimè præſtare pōt: vt obſeruauit gl. ſingularis, in l.filius.8.§.inuitus.ff.de procurat.citat bonum tx.in l.pen.ff. de furt.ibi: *Et is cuius magna verecundia, eiq; in præſentia pudor ad reſiſtendum impedit*: concordat gl.ſimilis, in c. vnuſquiſque.22.q.4.eandem l.pen.citās, & in c.plerunq; 2.q.7.habetur in l.1. §. quæ onerandę.ff. quarum rerum actio.non datur, ibi: *Vel nimia patroni reuerētia ita ſe ſubieciſſe.* Licèt enim verum ſit, magiſq; receptum, metum reuerentialem non vitiare, contractum geſtum, niſi præcedāt minæ, & verbera, vt eſt videre per Soccinum conſi.263.n.3.lib.2.Felin.poſt Panor. ibi, in c.cauſam matrimonii, de off. deleg.à n.2.Decius, conſi.232. nu. 6. & Couarr.de ſponſal fol.34.n.4. Nihilominus tn̄, vbi cōtractus pendet, à tacito conſenſu inducēdo ex præſentia cum taciturnitate, ſola reuerentia illum impedit, adeò vt magis diſſentire tacens dici debeat, vt explicat Bal.in l.1.C.de bon.mat.col 2. in fi.& ibi Cynus.& Cyfuentes l. 56. Tauri ad fi.Felin d.c. cauſam matrimonii, nu.4 de off. deleg. & ibidem Decius, nu.7. licèt repugnet Panor. in cap.nonne, de prẹſumpt.cui Alex. in l.quę dotis.ff.ſol.matr. reſpōdere conatur, atq; Fely.vbi ſupra. Sed rectius id efficit Decius, d.n.7. Ex quibus profectò non video, qualiter ex taciturnitate vxoris induci conſenſus poſsit, nec etiam filii familias, de quo Cynus, & Cyfuentes iam relati loquuntur. Imò, & ſi ſit emācipatus, ſeu in his Regnis coniugatus, dummodò tamen, adhuc ſub patre degat, vt reſoluit Roderic. Soarez in allegation. fol. 85.fac.1.ad fi.

60 Ex quibus conſtat cautè quidē, fuiſſe loquutum I. C. in l.fideiuſſor. 26.§.1.ff.de pignor. dum caſum proponit in filio emancipato, & ſic iam à patria poteſtate liberato, ibi: *Pater emancipato filio, facilè perſuaſit.* Aliter enim, ex taciturnitate induci cōſenſus, per ſupra ſcripta, minimè potuiſſet, in caſu illius tex. vbi DD. intelligunt eā, conſenſum induxiſſe. Quod verū eſſe, ego minimè reor. Aduerto enim, eum cōſenſum magis fuiſſe inductum, ex eo q̄ filius chyrographum, obligationis paternæ, quo res ipſa filii obligabatur, manu perſcripſit ſua, quemadmodum, & in l. ex ſententia 29.ff.de teſtamen.tutel. Papinianus probat tutorem, qui ſe ſcripſit, excuſari non poſſe, qui eo ſe munere functurum, viſus eſt promiſiſſe, non p̄ ſtipulationem, vt incautè voluit Ripa, in l.1.col.2.ad finem.n.26.ff. de verbo. obliga. & ibi Lancelotus, n.11.ſed ex tacito pacto. Nō aduertētes, in ea lege tacitu dari

pactum



pactum de munere ſuſcipiendo, ex eo q̄ ſe teſtamēto tutorem ſcripſit: ex quo tacito pacto, quaſi promiſiſſet, iure publico, ad tutelæ mun⁹ cōpellitur, nō ex ſtipulatione, quę nulla interuenit, excuſans ſe verò, nudi pacti exceptiōe repellitur: quia etſi actionem nudum pactum non præſtet, exceptionem tamen parit, l. iurisgentium. §. igitur nuda. & ibi dd. ff.de pactis.

61 Aliter verò reſpondendum eſt, in filiofamilias, cui expreſſus cōſenſus, vt nocere poſsit, iam puberi facto, adhiberi iuramentū debet, iuxta not. in auth ſacramenta puberum, C. ſi aduerſus vend. de qua re nos latius in relectione, l. ſi curatorem habens, C.de in integ.reſti.min.egim⁹. Impubes autem filius etiā auctorante patre obligari nō poteſt. §. pupillus inſt.de inutilib.ſtipul. quarè nec iuri ſuo renunciare, aut hypothecā ſoluere. l.ſi cōſenſit.7.ff.quib. mod. pig. vel hypothe.ſol ibi: *Sed in his pupilli cōſenſus, non debet aliter ratus haberi quàm ſi præſente tutore auctore cōſenſerit, aut etiā ipſe tutor cōſenſerit, ſcilicèt, ſi commodi aliquid, vel ſatis ei fieri ex eo iudex exiſtimauerit.* Quarè, q̄ in d.§. pupillus, ſcriptū eſt, impuberē obligari nō poſſe: p̄cedit etiā, q̄n ius ſuū remittit, aut hypothecam ſoluit, quoniam hoc modo ſuam facit conditionem deteriorem. Quæ eſt ratio, propter quam illi ſoluens debitor non liberatur, §. nunc admonendi, & §. ſin autem, inſti. quibus alie. licèt, vel nō. Cum igitur, filiusfamilias, impubes tutore careat, qui huiuſmodi cōſenſui poſsit auctor eſſe, & aduerſus quē poſsit, ſi res malè ſit geſta, agere: reſoluendum eſt, patri alienanti conſenſum ab eo præſtitum, nullius momenti eſſe. Notiſsimi enim iuris eſt, inter patrem, & filium, nullam dari poſſe obligationem, aut litem, l. lis nulla.ff.de iudi. habetur, in l. frater à fratre.ff. de cond.indeb.& in l.1.& 2. tit 2.Par.3. tradit ibi gl.& Rogerius, in l.2.ff.de donatio.nu. 10. Menoch. lib.de recup.poſſ. remedio.15 n.280. Quemadmodum igitur fili⁹ nequit, patre auctore obligari, dum eſt impubes, ita nequit iuri ſuo renūciare, eius enim eſt nolle, qui poteſt & velle. l.eius.ff.de regu. iuris, habetur in l is poteſt.ff.de acquir.hæred. iſthæc perſentit gloſſ. verbo, coniuncta, in auth. de nuptiis. §. ſi verò expectet. Obſtare tamen prima facie, videtur caſus ille notabilis, in l.fin. §. vbi autem.C.de bonis quæ liberis, vbi cum pater agit, aut conuenitur, ſuper bonis filii aduentitiis imperator pręcipit, vt etiam filii adhibeatur conſenſus, niſi ille adhuc in prima ætate ſit conſtitutus, quam infantilem, & ſeptennium non excedentem, omnes indifferenter intelligunt, primamq; ætatem appellant, vt ibi omnes interpretes docēt, gl. celebris reputata in proœmio Decretalium, lib.6. verbo, perfectus. Probat igitur imperator, impuberē filium, & infante maiorem, cōſentire patri agenti poſſe: ergo & contrahenti. Sed ad rem nō facit: quoniā illud pertinet, ad actionem intentandam, pro iure ſuo recuperando, aut defendendo: non ſic ad pupillum obligandum, remq; gerendam ſua natura noxiam.

62 Quo argumento, nos aliq̄n reſpōdimus, vtiliter lege Reg.lib.3. tit. 32.§.fi. præſidi dari poteſtate ſupplēdi vxoris cōſenſum, marito ad agendū negātis, quò rē poſsit vindicare, in iudicio, aut defendere, licèt nequeat, eundem cōſenſum ſupplere, quo res cōmunes, & immobiles, inconſulta, ſeu inuita vxore maritus alienare valeat, contra diſpoſitio-

 nem

nem l.Regiæ,lib. 4. tit. 6. quod nos latius,lib.Qnęſtionum Forenſ.&cōtrouerſ.ciuil.ſumus proſecuti.

63 Sed an hæc renunciatio,ſeu cōſenſus alienationi pręſtitus noceat nepoti alienantis, filio, nempe eius qui conſenſit, ita quòd mortuo patre neqeat rem ipſam vindicare, ab emptore? vtilis eſt quæſtio & neceſſaria, cuius deciſio, à ſupra ſcriptis pendet. Nam quemadmodum reſpōdimus, poſſeſſoris alienationem, filio non nocere, quominus patre mortuo, & ſic cedente fideicommiſſi die, rem alienatā poſsit ab emptore vindicare, per tex. ad id expreſſum, in l.fin.§.ſin autem,C. cōmunia delegat.cum aliis ſupra adductis. Ita etiam in nepote filii conſentientis, reſpondere tenemur, quòd non obſtante patris conſenſu, valeat eandē rem, patre decedēte vindicare, probatur in l.peto.§.fi.ff.deleg. 2. tradit Ana.conſi. 47.Tiraq.de.1.retract.lignag.§.1.glo.9.nu.86.Pellaez, lib. 4. Maior.q.1.n.25.Greg. Lop.in l.5.tit. 5.Par.2.verbo, *Que nunca*, & intellige ꝙ non nocet, nepoti etiā naſcituro, vt ibidem tradit Pellaez, n. 26. ad fi. Quod ita in feudo alienato, de conſenſu filii, reſoluunt ſcribentes, in c. 1.§.hoc quoque, de ſucceſſ.feudi, Iacoby.de Feud. verbo, & cum pacto, ad fi.verſi.ſed quæro, & verſi.ſed dubitatur. Zaſius, de Feudis.9.par.n. 32. Curtius, in 4.par.n.150 cum ſeq.Boerius, q.12.nu. 4. Pariſ.lib.1.conſi.5. nu. 23. Curtius Iunior, conſi. 138. col. 1. ſcribentes, in c.1.de alie.feudi pater. & ibi Afflictus, vbi eſt bonus tex. & voluere Bald.& Angel.in l.apud Iulianum.§.ſiquis alicui, ff.deleg. 1. vbi Iaſo.num.14.dicit eſſe receptū, probat Roma.conſi. 35. nu. 4. Alexand. conſi.8.lib.3.n.16.& ibi additio.Roll. conſ.2.n.141.vol.1.Tiraq.lib.1.retr.§. 1.glo.9.num.142.Et poteſt comprobari ex multis, quæ tradit Barbatia, conſil.18.vol.2.

Quorum ſententia, in ſimplici cōſenſu præſtito expreſſè, vel tacitè, vt ſupra reſoluimus, vtiq; procedit, ſiue nepos hæres ſit patris, ſiue nō: quoniam, vt iam diximus, ille conſenſus tantùm producit ſperati iuris repudiationem reſtringendā, ad ius cōpetiturū, ipſimet filio repudianti, qui ſibi dūtaxat non filio, cœteriſq; ſucceſſoribus intellexit nocere, vt notabiliter reſoluit Baldus, in d.cap.1.§. hoc quoque, nu.fin.de ſucceſ. feudi. & Iacoby.qui illum ſequitur, vbi ſup. verſi.ſed dubitatur. Contrarium reſoluentes, quando filius conſenſum præſtans, promiſit emptori, per ſe nec per alium contrauenturum, in qua ſpecie, propter huiuſmodi obligatorium conſenſum, ſi filius illi hæres exiſtat, contraire non poteſt, l. quæ à patre, C.de re milit. Nō enim poteſt hæres inſtitutus filius, factum patris contradicere, & impugnare, ex reg.l.cum à matre.C.de rei vend. & l.ex qua perſona.ff.de regul.iuris, cum vulga. Concordat Afflictus, d. §.hoc quoque, nu.58.& 79.Zaſius, in tract.feudo.9.parte, q.32. & 33. notabiliter limitans, niſi is nepos hæres ſit, cum beneficio inuentarii, quoniā tunc liberè poteſt, rem venditam, vindicare, factoq; patris, contradicere, ex regula.l. fin.C.de iure delib. per quam omnia iura hæredis, firma & illibata, manent Baldus, Imola, & alii, de quibus ibi, & ſupra diximus. Aliter enim, facilè erit perpetuam bonorū Maioriæ alienationem inducere, de hærede in hæredem, excluſione extenſa, cōtra iuris prohibitionem, ac fundatoris voluntatē, qui tam ſeriò, id poſſe fieri interdixit.





64 Quæ omnia maximè ſunt admittenda, & obſeruanda, quoties primogenitus, ſeu agnatus proximus, qui conſenſit alienationi, prius quā ipſe alienans, deceſsit, mortemque obiit, ex his quæ notant poſt Andr. de Iſern. Tiraq. de Primogenitura, q.95.& Coſta, de regni ſucceſs. pag. 57.qui tamen ſi bene conſideras, loquuntur in filio ſecundogenito, cui fratris primogeniti renūciatio, nocere non poteſt, niſi patri ſuperuiuat. à morte enim patris, incipit primogeniti renunciatio effectum ſortiri, ſiquidem tunc dies fideicōmiſsi cedit, eoq; interim decedente caducitati eſt locus.l.1.§.ſin autem. C. de cadu.tollend.vbi DD. & tradit Peralta, in l.1.ff.deleg.2.nu.16.Alciatus, in l.cedere diem.ff. de verbo. ſignif. Iaſo.in l.eum qui ita.§.qui ita, in 1. ff. de verbo. oblig. Habet enim, hæc primogeniti renunciatio, ſeu conſenſus, tacitā cōditionem, *Si ille patri ſuperuiuat*, vt poſt Paul.in l.fi.nu.5.C. de bon.quæ libe.probat Tellius Fernandez, in l.6.Tauri, n.55.quod & in donatione inter virum, & vxorem, obſeruat Decius, conſ.240. ſecundū quod nos aliquando reſpondimus, fore intelligendam.l.Regiam, lib. 4. tit.fin.quatenus de filiorum conſenſu loquitur, in alienatione bonorū patris adhibendo, quod nos ibidem obſeruauimus, vt videre eſt in libro noſtro qq.Forenſ.fol.195. Ex quibus quod Tiraquello, & Coſtę, ſupra relatis placuit, primogeniti renunciationem, ſecūdogenito minimè nocere, quando illi, mortuo patre, præmortuo nempe primogenito, qui conſenſit, ſucceſsio defertur, intelligendum eſt, ſiquidem illius cōſenſus, & renunciatio, tacitā habet conditionem, *Si ille patri ſuperuiuat*, & cōſequēter ei deferatur ſucceſsio, qua deficiente conditione, prò non facta renunciatio haberi debet, ſecundum vulgata iuris principia, quæ ꝑfectò idem conuincunt, reſpondendum fore in nepote, cui patris renūciatio, ſeu conſenſus, ſimiliter nocere non debet.

65 Quemadmodum, nec nocet in caſu cap.quāuis pactum, de pact. lib. 6. vbi iuramentū de non ſuccedendo, nepotibus non nocet: quando prius auo deceſsit pater, qui ſacramento ſucceſsioni renunciauit Bal. in l.pactum.C.de collatio.q.2.quem ſequuntur plurimi, quorum meminit Tiraq.de primogen.q.40.n. 120. Couarru. in cap. quanuis.3.par. §.2. nu. 4. quibus addendus Caſſaneus, conſ.fin.Soarez, in l.quoniā in prioribus, fol.68.col.3. Ripa, lib.1.reſponſo.cap.6. Pariſ.lib.2.conſi.16. nu. 75. Bertrandus, lib.2.conſil. 136. & 226. latè Gomez in l.22. Tauri, num. 10. Rogerius, lib.de interpretatio.iuris, pag.299.nu.23.Crottus, in l. ſtipulatio, hoc modo.ff.de verbo.oblig.à n. 54.Berengarius, in l. in quartam.ff. ad legem Falcid.à nu.62. Viuius, lib. opin.cōmun. verbo legitimæ, Tellius Fernandez, in l.6.Tauri, nu. 61. latè Roll.à Valle, cōſi.11. vol.1.& Rubeus 42.Quarè multò minus debet nepoti nocere conſenſus, de quo agimus, alienationi pręſtitus, quam ille iure ſuo proprio, quaſi à primo fundatore vocatus, ſeu nominatus, reuocare poteſt, per iura ſupra citata, & per not.in l.vnum ex familia. §. 1. ff. delegatis 2.

66 Econuerſo idem, omnino erit reſpondendum, quādo ſecundogenitus, nolente primogenito, cōſentire, alienationi conſenſit Mortuo nanque alienante gradu proximiore, per cuius mortem maioratus, debet venire ad iſtum agnatū, qui conſenſit.

ſenſit, & ſic remotior conſentiens, cui ſucceſsio defertur, contraire nequibit, vt tradit Affl. in cap. 1. de alienatio. feudi paterni, nu. 3. Nam ille conſenſus inducit alienationem, vt in l. alienationis verbum. ff. de verb. ſignifi. Nec eſt verum, quòd nódum competebat ius, illi remotiori agnato, quoniam ſibi competebat in ſpe, & ſic ratione illius ſpei, valet renunciatio, quia & ſpes eſt in conſideratione. Facit lex. Idem Neratius. ff. ad leg. Aquil. Vndè, cum nunc illa ſpes, deducta eſt ad effectum, confirmatur ius emptoris, ex iure ſuperueniente, illi conſentienti, iuxta notata per Bald. in cap. ſi verò, qui ſucceſſ. teneantur. & Andr. in cap. 1. de nat. ſucceſſ. feudi. Nec debet audiri, volens impugnare contractum, cui aſſenſum prçſtitit, l. venditioni. C. de vſucap. & l. generaliter, in fi C. de nõ num. pecu. Vndè, non refert, an cõſenſus illius remotioris agnati, ante, vel poſt, quoad eius præiudiciũ fuerit præſtitus, vt ait Bart. in l. ſi mater, §. hoc iure. ff. de exceptio. rei iudi. & not. And. in cap. 1. poſt prin. de proh. feudi alien. per Federi. Quæ tamen reſolutio, dubio non caret, ſi conſideres, ſecundogenitum, viuente primogenito, ſeu agnato proximiore, nullum ius habere, quo eius poſsit renunciatio, & conſenſus fundari: quarè nihil egiſſe, videtur reſpondendum, ex adnotatis, in l. fin. C. de pact. Imò etſi concedamus, validum fuiſſe cõſenſum, remotioris agnati, ſub ea ſpe, & conditione, ſi quomodo illi deferatur ſucceſsio, vtiq; reuocari poſſe, conſtat ex Baldo, in l. poſtquàm liti. C. de pact. oppoſ. fin. reſoluente eũ, qui pacto ius, ſibi cõpetiturũ repudiauit, anteq̃; realiter, & cũ effectu excludatur, poſſe variãdo pactũ, ſeu renũciationẽ, reuocare l. 1. reſpon. 1 ff. de collatio. bono. At in caſu propoſito renuncians, nunquã fuit realiter, & cum effectu excluſus: quia nunquam ius habuit, à quo poſsit excludi, ergo variare poſſe videtur.

67 Sed nihilominus, oppoſitum verius eſt, magisq; tenendum, quoniam, & ſi verum ſit, ius non habere gradu remotiorem, tempore prçſtiti cõſenſus, nihilominus tamẽ morte proximioris adueniente, cum ad illum tranſeat ſucceſsio, reſoluendũ eſt, rem perueniſſe ad caſum, à quo incipere potuit. Ius enim, ſuperueniens prodeſſe ſolet, & actum geſtũ ab eo cõfirmare, qui cum fecit, iure carebat, l. vindicãtem. ff. de rei vind. l. ſiquis alienam. ff. de actio. empti. vbi ſcriptum eſt, alienationem rei alienæ conualeſcere, ſi is qui alienauit, ex poſt facto, rei alienatæ dominus fiat: & eſt bonus tex. in l. filiam. 56. ff. ad Trebell. ibi: *Conſtitit ex eo facto venditiones, item & pignora cõfirmari.* Ibi enim fideicõmiſſarius, intempeſtiuè bona hæreditaria alienare non dubitauit, in pignusq; conſtituere: & tandem ſubſecuta reſtitutione reſpondet Iureconſultus, omnia ſic geſta conualeſcere, firmaq; manere: tradit Corneus, conſi. 51. lib. 3. ante num. 2. & Menchaca, lib. Quæſtionũ forenſ. q. 57. nu. 9. & fol. ſeq. Ex quibus, in ſpecie, quam tractamus, reſpondendum eſt, cõualeſcere ſecundogeniti conſenſum, per mortem primogeniti, ſiquidem ad eum caſum deuentũ eſt, à quo incipere res potuit, quod ſatis in ſimili probat Alexan. lib. 5 conſi. 1. num. 38. reſoluens inueſtituram, à nõ domino factam conualidari, ſi illi ius de nouo ſuperueniat, dominusq; fiat, & iuuat, bonus tx. in l. 1. ff de excep. rei vend. vbi ſi tu fundum alienum vendideris,



ris, & tuum poſteà factum petas, doli mali exceptione repellêris.

68 Ex quibus nos aliquãdo reſpõdimus, nominationẽ ad emphyteuſim, inutiliter factã, ab eo qui nominãdi poteſtate carebat, cõualidari, ſi illi ius, de nouo ſuperueniat, emphyteuſisque ſua, poſtea efficiatur, quòd nos latius proſecuti ſumus, in cõmẽtariis ad Ordinationẽ Regiã, lib. 4 tit. 63. fol. 89. licèt igitur cõcedamus ſecundogenitum ius vllum, non habere, qñ cõſenſit, nihilomin⁹ ex iure ſuperueniente, reſpondẽdũ eſt, eius factũ, & cõſenſum conualeſcere, quẽadmodũ, & quancunq; aliã alienationẽ per ſupra ſcripta. Cuius quidem naturã ſortitur conſenſus, de quo agimus. Is enim alienationẽ continet, per quã ad vitam præſtãtis conſenſum, res penes emptorẽ eſt manſura, vt habetur in l. alienationis verbum, ff. de verbo. ſign. & in cap. Titius, ſi de feudo fuer. controuer. & tradit Aflictus, in cap. 1. de alie. feudi pater. n. 3. vbi non verum eſſe credit, ſecundogenitum, prorſus nullum ius habere, quoniam ſpe carere, nullo modo poteſt, quem vnus tantũ in ſucceſsione præcedit, vbi citat per ipſum notata, in cap. 1. §. 1. de alie. feudi.

69 Vlterius, quòd ſupra diximus alienationem bonorũ Maioriæ, excedere non poſſe vitam alienãtis, quoniam ſucceſſoribus nocere non poteſt, quominus adueniente die fideicõmiſsi poſsit ſucceſſor, ab emptore rem vindicare, vtiliter intelligendum eſt, quando bona fide res minimè fuit alienata, ſcientibus, ſcilicèt contrahentibus, rem fideicõmiſſo ſubiectã eſſe: in qua ſpecie ad vitam dumtaxat poſſeſſoris, rem vendẽtis alienatio tenet, & nõ vltra, & ſic procedit tx. in l. fin. §. ſin autẽ, C. cõmu. de leg. cum aliis ſupra citatis. Vbi verò bona fide emptor, & venditor contraxerint, ignorantes fideicõmimiſsi vinculum, & obligationem, perpetua alienatio erit, resq; ab emptore euinci, nullo modo poterit. vt docet I. C. in l. fin. §. fin. ff. delegat. 2. vbi vxor hæres relicta, codicillis poſt illius mortẽ aperiendis, fuit grauata, Titio poſt mortem hçreditatem reſtituere, quod ignorãs vxor, ignorãti Sempronio agrũ vendidit, poſt mortem verò vxoris, fideicõmiſſarius, vindicare fundum volebat, & reſpondet Scæuola, propter iuſtam ignorantiam, tam mulieris, quàm emptoris, hæredẽ mulieris, vt fundus apud emptorem remaneat, fideicõmiſſario preciũ dare debere: ad quod illum tx. magnifaciunt ſcribentes paſsim, vt eſt videre per Corſettum, ſingul. verbo alienatio. Iaſo in l. fin. §. ſed quia noſtra, C. cõm. delegat. n. 3. fall. 4. & in authen. res quç, n. 2. vbi Meneſ. n. 3. & 4. Corneus, aſſerens cõmun. lib. 3. cõſil. 394. n. 8. Tiraq. lib. 2. retract. §. 1. gloſſ. 7. num. 10. Decius, cõſil. 236. n. 7. Ripa. in l. filius familias, §. Diui ff. delegat 1. num. 11. Alex. in l. Marcellus. §. res quæ, ff. ad Trebel. n. 4. Barbatia, in c. Raynal. de teſtam. n.

Ex quibus neceſſaria eſt bonafides, & iuſta ignorantia, in vtroque cõtrahente, vt in d. §. fin. manifeſtiſſimè, iure conſult⁹ probat, ibi: *Propter iuſtam ignorantiam, tã mulieris quàm emptoris*, veraque ſententia eſt, licèt Bartolus, illum tx. ſummans intelligere vedeatur, ſolã vendentis, ignorantiam ſufficere, quẽ cum iudicio notat Pau. ibi, & Alex. in l. Marcell⁹ §. res quæ ff. ad Trebell. n. 4. firmat Corneus, lib. 3. cõſil. 294. num 5. col. 2. Soccinus lib. 1. conſil. 75. num fin.

70 Aduerto etiã, fideicõmiſſario in-

incumbere ſcientiam, contrahentium probare: quoniã in dubio præſummitur ignorãtia, donec probetur ſcientia, ex regul. l. verius. ff. de probatio. Iaſo. in d. §. ſed quia noſtra nu. 3. fallent. 4. C cõmun. deleg. & in auth res quæ, C eod. nu. 2. A quo ſanè cauendum eſt, & à Meneſio ibidẽ nu. 4. & à Corneo aſſerente cõem, conſi. 234. n. 3. vol. 3. & conſ. 294. poſt nu. 1. eod. lib. quatenus docent oportere, quòd fideicõmiſſarius probet, vtriuſque ſcientiam. Cuius oppoſitum verius eſt, imò ſufficit alterius tantùm ſcientiam probare, ꝗ ex verbis I. C. in d. §. fin. liquet, vbi copulatiuè exigit, quòd vterq; ignoret rei vinculum, & ſit in bona fide, vt res perpetuò alienata, manere poſſit, ita reſoluit Curtius, d. authen. res quæ, num. 53.

71 Ex ſuperioribus igitur, vt eò reuertamur, vndè digreſsi ſumus, reſolutio ſit, bonorum Maioratus, quę in emphyteuſim conceſſa fuerant, renouationem peti non poſſe, præſertim, quando adeſt expreſſa alienationis prohibitio, quoniam cum illorum alienatio, ſeu emphyteuticatio, niſi ad vitam poſſeſſoris tantùm, ſit ꝑmiſſa poſſeſſori Maioratus, quam ſucceſſor infringit, ſanè duriſſima lege adſtringeretur ſucceſſor, ſi ad renouationem compelleretur. Quod tamen ego limitandum cenſerem, quando huiuſmodi bona maioratus, in emphyteuſim dari eſſent conſueta, per multiplicatas ſucceſſiões, accedente longiſsimi temporis curſu, argumento tex. in authen. niſi tricennale. C. de bon. mater. ibi: *Niſi tricennale tempus tranſeat, quo poſſeſſor dominus fit, & detentatio accipientes dominos faciat, vel conſtituat.* Quarè quidam, duas conceſsiones neceſſarias eſſe, cum ſpacio quadraginta annorum, aſſerunt: quoniam ad inducendam conſuetudinem. 40. exiguntur anni, ſecundum gloſ. fi. receptã, in c. fin. de conſuet. & cõſuetudo ad minus binum poſtulat actum glo. 2. in §. ex non ſcripto. inſt. de iure natur. Conſueta autem, in emphyteuſim concedi res dicitur, quæ ſemel cum debita ſolemnitate, fuit alienata, aut in emphyteuſim conceſſa Bart. in l. 1. nu. 8. C. de impon. lucrat. deſcript. lib. 10. Ripa, in l. filiusfamilias. §. Diui, ff. deleg. 1. nu. 65. Curtius de feud. 2. par. q. 4. col. pen. & tradit Iulius Clarus, lib. 4. §. feudum. q. 13. n. 4. & Ant. Gabriel. lib. 3. opin. cõmu. tit. de locato. cõcl. 1. à n. 3. & nos inferius in tractatu de acquiſitiõe emphyteutica, ꝑtractabimus. Aliter, quemadmodũ in tertiã generationem emphyteuticatio, bonorũ Maioratus prohibetur, & ſemel facta cõceſsio, vltra vitam concedentis, à ſucceſſore reuocatur, ita & emphyteuſis renouatio, cuiꝰ cõceſsio vitã cõcedẽtis, egreſſa nõ eſt, fruſtrà petitur, & imploratur, cũ nulla renouãdi neceſsitas ſubſit, præter eam, quæ temporis longiſsimi diuturnitate ſuffulta, ad æquitatem renouationis inducendam ſatis eſt. Ac proindè, anterioris temporis conſuetudo attendenda eſt.

# Quęſt. XVII.

## SVMMARIVM.

1 *SI concurrat filia ſenior, & filius maſculus iunior, quis præferatur in renouatione emphyteuſis.*

2 *Filiæ ſuccedunt in emphyteuſi ſeculari, & eccleſiaſtica.*





3 *Proximior cum vocatur, intelligitur dè magis propinquo.*

4 *Qualitas primogenituræ, attenditur in filia, illaq; proximior dicitur, ac maſculos præcedit. Et in emphyteuſi præcedit nepotem maſculum ex filio. & n. 38.*

5 *Renouandi ius ſpecialiter, & in priuilegium omnibus liberis defuncti competit, liberis tamen concurrentibus primogenitus præferendus eſt. Et n. 39. & 42.*

*Si dubitetur, quid potius inſpiciendum, an ſexus, an primogenitura, potius attendendum eſt ius primogenituræ, etiã ſtante maſculo iuniori.*

*Vbi duo ſpecialiter ſunt diſpoſita, illud attendendum, quod eſt ſpecialius, quaſi illud deroget minus ſpeciali.*

6 *Ius renouandi emphyteuſim cõpetit proximiori.*

*Proximior, quando vocatus eſt, & plures ſunt eiuſdem gradus, præfertur primogenitus, quoniam is proximior eſt ordine naturæ.*

*Sicuti inter diſpares gradu, datur proximitatis ordo, ita inter eos, qui ſunt eiuſdem gradus, datur ordo prioritatis, & poſterioritatis.*

*Argumẽtum de proximitate graduum, ad primogenituram, valet, vt ſicut inter diſpares præfertur proximior in gradu, ita inter eos, qui ſunt eiuſdem gradus præfertur primogenitus.*

7 *Primogenitus ſemper vocatur ad rem indiuiduam, ad vnum ſolum ſpectantem.*

8 *Legatum factum de iure renouationis, eſt nullius momenti, tanquàm de iure extinguendo, per mortem nominantis.*

9 *Filius maſculus, in emphyteuſi nominationis, patre non nominante præfertur filiæ primogenitæ, vel etiã maiori natu.*

*In fœminam cadit ius primogenituræ, & qualiter id intelligatur.*

10 *Filia non ſuccedit in emphyteuſi eccleſiaſtica, quando ſimpliciter pro ſe, & filijs accepta eſt. & n. 40. Vbi contra.*

11 *In emphyteuſi ſeculari, pro ſe, & filio, vel filiis, de iure Regio filia ſuccedit, & poteſt nominari, ſecus in eccleſiaſtica.*

12 *Feudo accepto pro ſe, & ſuis deſcendentibus maſculis & fœmininis, ſemper maſculus præfertur, & eo extante, fœmina excluditur.*

13 *Maioratu inſtituto, ſub ea forma, vt veniat ad filios & filias maiores, fœmina non admittitur, niſi in defectum maſculorum.*

14 *Magis quis afficitur, ad maſculos, quã ad fœminas, quoniam inter eas cadit ordinata affectio.*

15 *Emphyteuſi accepta pro ſe & filijs maſculis & fœminis, fœminæ pariter admittuntur cum maſculis.*

16 *Maſculi iuniores, ſororibus ſenioribus in maioratibus, ex nouella ſanctione Luſitaniæ præferuntur.*

17 *Statutum, ſi excludat fœminas, exiſtentibus maſculis, licèt de maſculis, nihil expreßè diſponat, vocando maſculos, ad portiones fœminarum, tamen maſculus ſuccedet, & vocatus cenſetur, ex quo ipſius fauore fœminæ excluduntur. Et ipſe agit ex eo ſtatuto, ac ſi expreſsè de eo diſpoſitum eſſet.*

*Diſpoſitio, quando fit alicuius contemplatione, licèt expreſsè verba ad illum non dirigantur, tamen illi acquiritur emolumentum, & ei competit actio.*

18 *A lucro quoties quis remouetur contẽplatione alicuius, illi debet applicari, cuius contemplatione remouetur.*

19 *Diligentior, & vigilantior præferendus, & potius ius habet.*

*Dolum non committit, qui iure ſuo vtitur, & ius ſuum recipit.*

20 *Pater poteſt vnum ex filijs præeligere, in emphyteuſi, & cæteris præiudicare.*

*Areſtum Bracarenſis Senatus.*

21 *Dominus directus, finita emphyteuſi poteſt gratificare filiæ defuncti, & eã præferre cognatis in renouatione. & nu. 34.*

22 *Doctores de renouatione facienda, à domino directo loquentes emphyteuſi finita*

per generationem, nihil tamen explicãt, cui ex filiis inſolidum concedenda ſit, & quis illorũ in renouatiõe ſit præferẽdus.

23 Ius renouãdi eſt hæreditariũ, indiuiſibile, cuilibet hæredum inſolidum competens.

24 Licèt vbi lex certum tempus, vel terminum, non præfigit, ad aliquid agendũ illud expedire ſufficiat, quolibet tempore, vt nulla temporis obſit præſcriptio, tamen vbicunque lex, alicuius intuitu perſonæ, vel fauore ad aliquod lucrum, viam aperit, & admittit, intra certum tempus, eo elapſo remouet agentem, arcetq́ue.

Perpetua præſummũtur, quæ etſi temporalia ſint, non tamen habẽt tempus à iure præfixum.

25 Renouatio expeditur, officio iudicis nobili, quod habet pro fundamento æquitatem, quæ non eſt effuſè extendenda cõtra ius commune.

26 Emphyteuſi finita, non poteſt dominus ex honeſtate remotiorem, in renouatione præferre proximiori.

Emphyteuta, quemadmodum poteſt vnum quem voluerit eligere, durante emphyteuſi, ex domini conceſsione: ita & multo fortius finita emphyteuſi, & ad dominum deuoluta, id domino permittendum eſt, vt poſsit eligere, cui renouet, & de nouo concedat.

27 Dominus in renouatione emphyteuſis, poteſt vnum eiuſdẽ gradus, quem malit eligere, & præferre alijs etiam ſi ſit fœmina.

Dominus, poteſt feudum in præiudicium maſculorum, fœminæ renouare.

28 Feudum licèt ad fœminam nõ pertineat, feudo tamen aperto, & ad dominum reuerſo, dominus poteſt agnatis maſculis, in renouatione fœminam præferre.

29 In diuiduum pluribus competens præuenienti conferendum eſt.

Pluribus conſanguineis, eiuſdem gradus concurrentibus ad retractum, locus eſt præoccupationi.

30 Aequales in gradu cõcurrentes, admittũtur pro rata, nulla præoccupatiõis habita ratione.

Cum aliquid cõpetit pluribus nomine collectiuo cognationis, vel familiæ, tunc proximiores exiſtentes, in eodem gradu ſimul concurrunt.

13 In indiuiduis, pluribus concurrentibus, locus eſt præuentioni, & diligentior, præferendus eſt.

32 Dominus directus, ad quem finita generatione deuoluitur emphyteuſis, poterit gratificare, vni ex filijs vel deſcendentibus vltimi poſſeſſoris, cui magis voluerit, & ei emphyteuſim renouare: etiam filiæ, excluſis fratribus.

33 Gratificatiõi in plurib⁹ caſibus, locus eſt.

34 Poſſeſſor plus iuris habet.

35 Renouatio emphyteuſis licèt proximiori facienda ſit, non tamen neceſſariò, filio ſeniori facienda eſt.

Prioritas gradus probanda eſt, ad probãdã maiorẽ proximitatẽ & prærogatiuã.

36 Renouatio facienda eſt, deſcendentibus, ſeu proximioribus, abſq; differẽtia prioritatis conſiſtentium in eodem gradu.

In emphyteuſi ſimpliciter accepta, fœminæ admittuntur.

37 De iure feudorũ, eo modo defertur ſucceſsio, ſicuti defertur hæreditas, de iure ciuili, & Romano, vt prima cauſa ſucceſsionis ſit filiorum, ſecunda nepotum, & lineæ deſcendentis; & ea finita ad proximiores agnatos, deferatur.

In materia feudali, nõ datur ius primogenituræ, niſi in caſibus à iure expreſsis, vel ex cõſuetudine introductis, vt in regno, ducatu, & feudis dignitatũ, & alijs.

Feuda regulariter ſunt diuidua.

Proximiorum ſucceſsio, eſt introducta cõtra omnes regulas iuris cõmunis.

38 In fideicommiſſo, familiæ relicto, quando vnus eligendus eſt, vno electo, cæteri excluduntur.

39 Gratificandi ius, non competit, niſi in caſibus à iure expreſsis.

Hic



HIc opportunè incidit diſputãda quæſtio, & hypotheſis, ſup renouatione emphyteuſis, in q̃ deſudarunt, aliquando in Bracarenſi Curia, dum ibi aduocationis officio fungeremur, grauiſſimi cauſarum patroni, & aduocati, ac viri etiã togati. Fuitq; inter grauiſsimos Iureconſultos, & excellentiſsimos, ea tempeſtate Senatores, hoc dubium magnopere controuerſum. Deceſsit quidam Garſia Lopez oppidi de Pontedelima, vltimus emphyteuta, relictis tribus filiis, Iſabella Borges, filia ſeniore, (quæ ratione primogenituræ, in iure renouatiõis, ſe præferri contendebat) Catherina Borges, filia ſecundogenita, (cui pater in vita hanc emphyteuſim, in dotem dederat: & propterea ius in re habere dicebat) & Didaco Calheyros, filio iuniore (qui ratione & prærogatiua ſexus vtranq; ſororem excludere aſſerebat.) Filia iunior, cui pater emphyteuſim in dotem dederat, renouationẽ emphyteuſis finitę à capitulo Bracarẽſi, ad quod dñium directum ſpectabat, petiit. Cumq; præmiſsis ſolemnitatibus, iuxta ritũ illius Curiæ, inſtrumentum emphyteuticum, per chãcellariã expediretur, ſoror ſenior, & primogenita exceptiones, vulgò *Embargos* oppoſuit in chancellaria: & lite pendente ſuper iure vtriuſq; partis, frater iunior ſe liti oppoſuit, aſſerens ſe tanquàm maſculum propter ſexus pręrogatiuã vtriq; præferendum. Quæritur, quis iuſtius induat arma?

2 Et pro ſorore primogenita, vrget ea conſideratio, quoniam non tantùm iure cõmuni, ſed etiam conſuetudine, & iure regni exploratum eſt, filias fœminas, in emphyteuſi eccleſiaſtica & ſeculari ſuccedere, caſus eſt in §. emphyteuſim, in authen. de alie. & emph. tradit Iaſo. in l. 2. C. de iure emph. n. 168. Guillel. Bened. in cap. Rainut. verbo duas, nu. 125. Alex. conſ. 29. nu. 4. vol. 1. ad fi. & cõſ. 128. eõd. vol. col. fin. nu. 16. Ancharr. conſi. 406. circa primum, & conſil. 229. ex tenore, Dueñas, reg. 309. lim. 7. Couarru. lib. 2. variar. reſolu. c. 18. nu. 1. cõmunis ſecundùm Beroium, in cap. in præſentia, de probatio. nu. 40. & Cottã, in memorabilibus, verbo, emphyteuſis, 2. pro quo diligenter obſeruanda, ac conſiderãda ſunt verba, conceſsionis emphyteuticæ.

3 Facit etiam, quoniã cum ius renouatiõis, ad proximiorem ſpectet, vt in quęſtione. 13. ſuperiùs latè probauimus, videtur quòd filia primogenita proximior ſit. Nam quoties in iure agitur, de proximiori intelligitur de magis ꝓpinquo, adeò quòd remotior excluditur, ita Ancharra. cõſi. 49. in quæſtione, verſ. circa hoc, allegat Iacob. Butri. in l. vni. C. vnde vir. & vxor. refert & ſequitur Deci⁹, conſi. 322. in cauſa, col. 2. num. 5. Facit quòd tradit Baldus, in l. Gallus, §. nũc de lege, per gl. ibi: ff. de libe. & poſth. aſſerẽs in iure emphyteutico, filiam ſuccedere, quia dr̃ de deſcẽdentib⁹, Alexand. conſi. 43. col. 1. vol. 3. Cum igitur filia primogenita, ſit magis ꝓpinqua, ſine dubio remotiores excludit.

4 Secundò, quòd in hac materia qualitas primogenituræ attendatur in filia, illaq́; proximior dicatur, ac maſculos præcedat, tenet Alexand. conſi. 29. vol. 1. vſque ad num. 4. vbi allegat l. proximus. ff. de verbo. ſign. & in §. diſcipulus, in proœm. ff. Eſt etiam tex. in l. poſt conſanguineos, §. hæreditas. ff. de ſuis, & legi. hæred. Quòd autem iſta ratione in emphyteuſi, fœmina præcedat, nepotem

maſculum

maſculum,ex filio,tenet Alex conſ. 128.vol.1. col.fin.num.16.& Anchar. conſi.229.ex tenore priuilegii, pro filia concludit. Cum igitur iſtud ius renouationis,ad proximiorem ſpectet, vt cum cœteris tenet Bald. in c. Titii,ſi de feu.fuer.controuer.& Iaſ. in l.2.nu.23.C.de iure emphy. & primogenita proximior cenſeatur, nemo eam iure legitimo poteſt excludere.

5 Vndè licèt ius renouandi ſpecialiter, & in priuilegium omnibus liberis, defuncti competat, tamen liberis concurrentibus,primogenitus eſt præferendus,per tex. in c.quam periculoſum.7.q.1.cum ibi not.& in c. licèt,de voto. & in cap.1.§. prætereà,cum ibi not.de proh.feud. alien. per Federi. vndè, ſi dubitetur, quid potiùs inſpiciendum ſit,an ſexus,an ius primogenituræ,potiùs attendendum eſt, ius primogenituræ, etiam ſtante maſculo,fratre iuniori, quod probatur. Quia vbi duo ſpecialiter ſunt diſpoſita, nec apparet quid magis attendendum ſit,ſemper magis attendendum eſt,illud, quod eſt ſpecialius,quaſi illud deroget, minꝰ ſpeciali.l. ſi ſeruo manumiſſo. ff. de peculio legato l. vxorem.§. codicillis,deleg.3.& not. Dynus, in regula generi per ſpeciem,de reg.iur. in 6. & Barto.in l.1.C.de noui operis nũc. plura per Alex.conſi.29.nu.1.vol.1. Vndè,quanuis maſculus concurrens cum fœmina, aliàs præferatur, propter ſpecialem ſexus prærogatiuã, propter primogeniturã tamen,quę ſpecialior eſt, vr̃ fœmina ſenior admittenda, & maſculo præferenda, licèt in illo vigeat ſexus prærogatiua. Maximè, cum ius primogenituræ, ex natiuitatis tẽpore deferatur. quod quidem non à patre, aut lege cõmuni,ſed ex ſpeciali diſpoſitione, aut conſuetudine primogenitus cõſequitur,vt notat Barto.in l.vt iuriſiurandi,§.ſi liberi.ff.de oper.lib.Bal. in auth.ſi quas ruinas,col.2. C. de ſacroſan.eccleſ.& probatur in cap.1. de ſucceſſ.feud. & tradit nouiſsimè Michael de Aguirre,in Apologia ſuper ſucceſſ.regni Portug.4.p.n.32.

6 Facit etiam non leue argumentum,pręſuppoſito quòd emphyteuſis,de qua agimus ſit fœminea, ideſt ad quàm ex forma conceſsionis,fœmina poteſt admitti, iuxta formam, & tenorem inueſtituræ,conſequens eſt, pro fœmina fore iudicandum, quoniã ius renouandi emphyteuſim competit proximiori ex Decio,cõſ. 78.nu.3. Roma conſi.22.nu.6. Ripa, in l.1.ff.de priuil.credit.num.3.Alex. conſi.39.nu.6.vol.2. Ruin.conſi.47. nu.6.vol.3. At in iure noſtro,quãdo eſt vocatus ꝓximior, & ſunt plures eiuſdem gradus,præfertur primogenitus, quaſi is proximior ſit, ordine naturæ,hoc eſt quia primò natus, vt in l.Arethuſa.ff.de ſtatu homi.ſicuti enim, inter diſpares gradu, datur proximitatis ordo,ita etiã inter eos, qui ſunt eiuſdem gradus,datur ordo prioritatis,& poſterioritatis.Ex quo Ioan'n.Andr.in regula ſine culpa,de regu.iuris,in 6.& Præpoſ.in cap.per venerabilem.§.quid autem,num.33. qui filii ſint legit. arguunt de proximitate graduum,ad primogeniturã, vt ſicut inter diſpares,præfertur ꝓximior in gradu: ita inter eos, qui ſunt eiuſdem gradus, præferatur primogenitus. Arguit ita etiam Afflict. in cap.1.verſi.quartò nota, nu. 6. hic finitur lex Federici, dicens ꝙ ſecundò,vel tertiogenitus, eſt in ſuſpenſo, viuente primogenito,ſicut & exiſtẽs in ſecundo,vel tertio gradu,viuente illo,qui eſt in primo gradu.Et eſt ratio,quia primogenitus eſt magis dilectus,



lectꝰ,ex his quę tradit Tiraq.in pręf. de Primog.n.37.vbi num.ſeq. id iuri naturæ cõuenire ꝓbat. Vñ cum filia ſit prior natu oĩum fratrum exiſtentium in eodẽ gradu, aliis frĩbus ſine dubio vr̃ præferenda, in iure renouationis,tanquàm proximior argumento.l. cum pater, §. pater pluribus.ff. deleg.2. ibi: *Claues maiori natu, filiæ tradidit.*

7 Facit etiã efficax ratio, & argumentum pro filia primogenita, ex quo videtur habere fundatã intentionem ſuam, ſi conſideremus bona emphyteutica nominationis, ſiue pro filiis ex pacto, & prouidentia, in hoc Regno eſſe indiuidua, ex Ordinatione Regia,lib.4.tit.77.§.pen. quod aduertit Valaſcus,de iure emphyt.q.38. num.12. & 13. licèt, aliud ſit de iure communi,vt ibi per eum. Quamobrèm, cum emphyteuſis indiuidua ſit, ad plures pertinere nõ poteſt, nec penes plures eſſe, ſed penes vnum tantùm. Quocirca primogenitus præferendus eſt, qui ſemper ad rem indiuiduã, ad vnum ſolùm ſpectantem videtur vocatus, vt per Panormitanũ, conſ.3. vol. 2. Boeriũ, de cuſtod.clauium,num.62. Curtium, ſeniorem, conſ.67.col.2. verſi. & adduco, Couarruuias, lib.3. Variarum reſolutio. cap. 5. num. 3. vbi alios dd̃.refert, Soarez,in l.quoniã in prioribus,amplia.10.nu.26.& plures primogeniti prærogatiuas, deſcripſit Anto.Gom.l.40. Tauri.in prin. Qui rurſus,nu.59. idem quod Soarez tradit. Vñ,cum emphyteuſis ad vnum filiorum tãtùm pertineat, & non in plurium, ſed in vnius perſona dumtaxat exiſtere debeat, conſequens eſt, vt primogenitæ renouatio facienda ſit, & illa cœteris in eo iure præferenda videatur.

8 Satis probabile etiã videtur, patris nominationem, filiæ iuniori factã,nullius eſſe momenti, tanquàm factam de iure extinguendo, morte ipſius nominãtis,arg.tx.in l. quod in rerum.24.§.1.ff. deleg. 1.ibi: *Si vſumfructum habeam, eumq; legauerim, niſi poſtea proprietatẽ eius nactus ſim, inutile legatum eſt*, & l.5.ff.de vſufr. legato.vbi Paul.I.conſ. *Vſumfructum* (inquit) *cum moriar inutiliter ſtipulor, idẽ eſt in legato, quia & cõſtitutus vſusfructus morte intercidere ſolet*, & in l.Titio cũ morietur. ff.de vſufr. Vbi Modeſtinus, Titio cũ moreretur vſumfructum, inutiliter legari reſpondit,quoniã eſt, *In id tempus, videlicèt collatus, quo à perſona diſcedere incipit.* Eſt etiã tex.in l.libertas.ff. de manumiſ. teſta.& l.Iulianus ff.de iure dotium, & l.quod ſponſæ.C. de donatio. ante nuptias,& in l. hęres, §. quamuis. ff. de condition. & demonſtration. tradit Gomezius, tit. de legat. num. 15.& Philip. Decius, conſil.239.num.7. & nu.11. vbi probat,obligationem,ſeu donationem, ab emphyteuta factam expirare,per eius mortem, ſi per eum finitur inueſtitura, & voluit Afflictus, quęſt. 392. num.28. vbi inquit,quòd extincto titulo,extinguitur etiam poſſeſſio. Ex quo in propoſita ſpecie, filia ſecundogenita, à patre nominata, neque titulum, nec poſſeſsionẽ habet,& in terminis hoc firmat Afflictus,in cap.1.§.his conſequènter,hic finitur lex Feder.num.4.vbi inquit, quòd emphyteuta poteſt diſponere de re emphyteutica,niſi per eum finiatur,quia tũc,ſi diſponit nihil agit, Conſiderabã etiam legem Regiam, lib. 4. tit. 63. quatenus concedit patri electionem, ſolùm loqui, quando emphyteuſis nõ erat extinguenda per eius mortem. Quo caſu, & inter filios electionem tribuit, at in propoſita quæſtione, quando pater

eſt tertia, vel vltima perſona in emphyteuſi, caſus remanet in diſpoſitione iuris communis, per quam proximior, & per conſequens, primogenitus eſt præferendus, quod ſatis probabile videtur. Nam de iure communi forſan, ſcriptum non reperies in ea forma inueſtituræ, de qua in d. l. Regia, poſſe patrem eligere. Imò, ex conſuetudine quadam, ante illam legem, ſolus primogenitus, excluſa patris nominatione admittebatur. Quocirca extendi legem illam, ad hunc caſum non expreſſum non debere, exiſtimabat inſignis quidā ex Senatoribus. Vt ſic minus læderet, ius commune quàm fieri poſſet, per l. Præcipimus, C. de appellationibus, cum vulgari.

Facit etiam, nam cum ius renouandi non competat vltimo emphyteutæ, nec vlla ſibi pro eo, aduerſus dominum actio tribuatur, ſed tantùm ex æquitate deſcendentibus indulgeatur, nulla iuris ratio permittere vr̃, anteq̃; illud cedat, & veniat dies obligationis, & antequàm cōpetat, quēquā legare poſſe, nec relinquere, quod nō habet, cap. quod autem, in fine, de iure patronatus, vbi pro non dato, habetur quòd datur ab eo, qui donare non poteſt, & qui nihil habet, nihil dare poteſt. 1. q. 7. cap. Diabertum, & de conſecrat. diſt. 4. cap. quomodo, & in l. filius, C. de donatio. cum aliis allegatis per Deciū, in regula, nemo plus. 54. ff. de reg. iu. n. 1. & 2. Cum iudicio etiā conſiderabat virille, eas opiniōes, ſcilicèt dominum, ac patrē, ideſt, vltimum emphyteutā, poſſe gratificare, ſtare nō poſſe, tāq̃; inuicem pugnantia. Electio enim patris, tollit electionem dñi, quarè ſi ſimul concurrant, ſe impediēnt concurſu, ac proindè alteri id tātùm concedendum eſt, niſi cōcedamus electum à dño, tanquàm à digniore eſſe præferēdum, arg. præſentati à marito & vxore, à pupillo, & tutore, à quibus pręſentat' pręfertur ex Rocho, de iure patro. verbo, competens, nu. 15. Selua de Benef. 2. p. q. 6. Rebuff. de nomi. q. 17. n. 20.

9 Hactenus, de iure filię primogenitæ. Cœterùm pro filio maſculo iuniore, quem alii ex illis patribus, in iure renouatiōis præferendum exiſtimabāt, adducebatur in argumentum Ordinat. Reg. lib. 4. tit. 62. §. *E finandoſe*, vbi filius maſculus iunior, in emphyteuſi, patre non nominante, præfertur ſorori primogenitæ, vel ſeniori, & alias ſorores excludit, quę ordinatio iuri conſentanea eſt. Et enim eo caſu, quo à iure, vel conſuetudine vocatur primogenitus, maſculum etiā iuniorem, ſemper fœminæ præferri, veriſsimum eſt, vt tradunt Petrus, & Iacob. de Arena in l. pater, §. quindecim. ff. de leg. 3. & Bal. in l. in multis. ff. de ſtatu homi. & plures alii, relati per Couarru. lib. 3. var. c. 5. nu. 5. Tyraq. de Primoge. q. 11. & Guilel. Bened. in c. Raynut. verbo, in eodem teſtamento, in 1. n. 173. Quinimò, & ea ordinatio, videtur obſeruanda, etiā in contractibus eccleſiaſticis, prout concludit Alex. conſil. 10. incip. viſo. col. 2. lib. 5. Anchar. cōſ. 173. col. pen. incip. dñs Lazarus. Si igitur in emphyteuſi procedit, multò fortius in iure renouationis.

Nec obſtat, in fœminā cadere ius primogeniturę. Nā id verū eſſe fatebātur, qñ quæſtio inter fœminas verteretur, per tx. ſingul. in l. cum pr̃ §. pater pluribus. ff. de leg. 2. late firmat Cyrier, de Primog. lib. 1. q. 20. latè Tiraq. d. q. 10. Ex quibus cū in ꝓpoſita ſpecie, maſculus exiſtat, ceſſat ius primogeniturę in fœmina, ex his quæ tradit Cirier, d. lib. 1. q. 21. Quinimò, ꝙ magis



magis eſt contra filiā primogenitā, inter fœminas, non obſtante ordine primogenituræ, poteſt dñus eligere, & gratificare, vt voluit eleganter Baldus, in c. 1. §. & quia, n. 18. qui feu. dare poſſ. vbi in renouanda inueſtitura loquitur, & id firmat, ſequūtur ibi Præpoſ. & Affl. ad fi. Curt. de feu. 3. p. n. 20. pag. 227. & Baldū refert, & ſeqr̃ Iacob. de feu. verbo, & fœminis, col. 3. verſi. ſed iuxta. Vndè cum inter fœminas, in hac materia non detur primogenitura, non eſt admittenda, extante maſculo, ac proindè, ꝓ maſculo iudicādum fore videtur, quoniam is propter ſexus prærogatiuam fœminas præcedit, & proximior reputatur.

10 Secundò facit, quia emphyteuſis, de qua agitur eſt eccleſiaſtica: in qua fœminæ non ſuccedunt, quādo ſimpliciter ꝓ ſe, & filiis accepta eſt, neque ab inteſtato includuntur filiæ ſecundum Imolā, poſt Archidiaconum, in c. potuit, n. 66. de locato, cōmuniter receptum, ſecundū Detiū, in cap. in præſentia, de probatio. nu. 46. & Iaſ. in l. 2. n. 193. C de iure emph. Ripā, in l. ex facto. §. ſiquis rogatus, n. 59. ff. ad Trebel. quo fit vt Ordina. tit. 62. §. 4. lib. 4. quatenus admittit filias ab inteſtato, ad emphyteuſim, in defectum maſculorum, debeat intelligi, vbi accepta eſt ꝓ ſe, & aliis perſonis ab eo nominandis, non vbi accepta eſt ꝓ ſe & filiis. Tunc enim, non comprehenduntur filiæ: quod verum eſt attento iure cōmuni, niſi vt dixi, emphyteuſis eſſet accepta, ꝓ ſe, & aliquot perſonis, ab eo nominandis: in qua ſpecie, filiæ comprehenduntur, vt ſuperius comprobauimus.

11 At de iure Regio, ſub ea forma, pro ſe & filio, vel filiis, etiam filia poſſet nominari, iuxta Regiam Ordinationem, lib. 4. tit. 63. §. 6. Quæ cùm in hoc diſcrepet à iure communi, tantùm in emphyteuſi ſeculari, à priuato accepta, eſt intelligenda, ex eo, quia deficiente lege Canonica, non ad leges Regias, ſed ad leges Cæſareas eſt recurrendum, ſecundū Alexandrū. poſt gloſ. in cap. conſuetudo. 1. diſt. col. 3. & Rauenā, de conſuet. in Rubr. col. 5. Quamuis oppoſitum firmet Palac. Rubeus, in introductio. rubri. num. 4. Bernar. diaz de Luco, in praxi, verbo. canonis. c. 136.

Quinimò etiam, ſi huiuſmodi Ordinatio, in hac ſpecie fuiſſet ſolita, obſeruari in emphyteuſi eccleſiaſtica, tunc nō vti Ordinatio laica, ſed vti conſuetudo mixta laicorum, & clericorum, eſſet ſeruāda, iuxta ſingularem deciſionem Abbatis, per tex. ibi: in cap. cum cauſa, num. 4. de re iudi. cui ſubſcribit Felyn. in cap. eccleſia, num. 81. verſi. tertius caſus, de conſtit. Decius, qui in hoc inclinat, in cap. ad noſtrā, nu. 3. de probat.

12 Secundò facit tx. elegās in materia in c. 1. §. quin etiam, Epiſcopū vel abbatem, in feud. ibi: *Maſculi & fœminæ*, vbi probatur ꝙ ſiquis accepit feudum pro ſe, & ſuis deſcēdentibus maſculis, & fœminis, ſemper maſculus pręfertur, & eo ſtāte fœmina excluditur, qui tex. in materia eſt terribilis, cū iuſta ſit æquiparatio de feudo, ad emphyteuſim, vt latè per Euerardum, in locis legalibus.

13 Per quē tx. Gomez. in l. 40. Tau. n. 62. elegāter infert, quòd ſiquis cōſtituat maioratum, cum clauſula vt veniat ad filios, & filias, maiores, pręd icta clauſula interpretāda eſt, iuxta illum tx. vt ſcilicèt fœminæ non admittantur, niſi in defectū maſculorū, iuſta etiam eſt æquiparatio feudi, ad Maioratum, vt tradit idem Gomez. d. l. 40. nu. 65. & ſentit Valaſ. de iure

 emph.

emphyt.quæſt.50.num.7. Quatenus in his locum eſſe, repræſentationi aſſerit,& nepotem,patruum excludere ſcripſit.Sentit etiã Rollan. cõſ. 68.quatenus inquit,quòd qñ in feudo non ſucceditur per viã maioratꝰ, nepos concurrit cum patruo,& frater etiã minor,debet ſorori ſeniori præferri,ſecundùm antiquã conſuetudinem, & Hiſpaniæ cõſtitutionẽ, fundatã,in l.1.ff.de Senat.& l.fi.ff. de fide inſtru. tradit Burgos de Pace,in Proœm.ll.Tauri.num. 66. Auiles,in Proœmio capit. Prætorum, verbo, *Reina*,ſub nu.3. Couarr.lib.3. Variar. reſol.c.5.n.5.& cõem, cum pluribus aliis,aſſerit Alex.Rauden.in reſp.de ſucceſſ.regni Portug.n.85.

14 In prædicta igitur quæſtione Maioratus,in qua per d.§.quin etiã, Gomez.aſſerit,filium ſorori, etiam maiori natu præferendum, illud affert,quia magis quis afficitur ad maſculos,quã ad fœminas, quoniã inter maſculos & fœminas cadit ordinata affectio, cũ per maſculos magis dignitas familiæ conſeruetur arg.tex.in l.1. §. pen.ff. de ventre inſpiciendo, tradit Iaſ.in l.qui filiabus, in prin. n. 22.ff.deleg. 1. & inter quos cadit ordo charitatis, vel naturæ,non intelligitur ſimul facta vocatio, vel inſtitutio.gloſſ.ordi.in l.Gallus. §. quidam rectè,ff.de libe.& poſth.in gloſſ. fin. quam adhoc reputat ibi ſingularem & vnicã Dynꝰ, & cõiter alii DD.vndè,ſuccedit notabilis deciſio.I. C. in l. cum pater.79.§.pen.ff.deleg.2.

15 Obſtare tñ videtur,quoniam ille tex.d.§.quin etiã, ſpecialiter procedit in feudis,neq; ad alias res trahendus eſt,vt in ſpecie notat Barto. in l.vt iuſiurandi,§.ſi liberi, nu.5.ff. de oper.liber.

Hinc cõcludens, quòd ſiquis accipiat emphyteuſim pro ſe, & filiis maſculis,& fœminis,fœminę pariter admittẽtur,cum maſculis,iuxta reg. l.maximũ vitium,C.de lib.& præter. vel exhæred. & cõiter recipitur ex Iaſone,in l.2.n.177.aliàs 187.C. de iure emph.Socci.Iun.conſi.133.nu. 25. lib.1.Item,d.l.cum pater.§.pen. procedit, quãdo teſtator vſus eſt alternatiua, quæ relata ad perſonas eam habet naturã, vt ordinem deſignet. Alex.in l.Gallꝰ,§.etiã ſi à parẽte, col. pen.verſi.non obſtat.ff.de lib.& poſthu.Decius,conſi.95.n.4. Cœterùm quando vſus eſt copulatiua, pariter nominati admittendi ſunt,iuxta regulã l.reos.§.in tabulis.ff.de duobus reis, etſi inter illos cadat ordinata affectio, vt receptum eſſe, reſoluit Couarru.in c.Raynut.§.2.n.2.

16 Sed nihilominus, quantùm ad præſentem facti quæſtionẽ attinet, opinio Gomezii in hoc Regno eſt admittenda:quæ iuuatur ex ordinatione Extrauag.l.12.tit.1.Par.6. quæ in Maioratibus,maſculos præfert fœminis etiã ſenioribus, ibi: *Ordenou el-Rei dom Sebaſtião (por tirar duuidas que muitas vezes ſe mouião, ſe nos morgados ſoccederia a filha mais velha,ou o varã mais moço ſeu irmão, em què auia diuerſas ſentenças,& opiniões) que ſempre o filho varão ſucceda nos ditos morgados,& bẽes vinculados,& præceda a ſua irmãa, poſto que ſeja mais velha.* Secũdũ hãc itaq; legẽ, clauſulę Maioratuũ accipiendę ſunt, vt ſcilicèt, fœmina non admittatur niſi in defectum maſculorum: vt in ſpecie tradit Angelus,conſi.184.nu. 1. Colligitur à fortiori, ex doctrina Bartoli,d.§.ſi liberi,nu.5. communiter recepti ex Couarr. reſolut. lib.2. cap.18.nu.1.ad fi. vbi tenet,quòd ſtãte ſtatuto,quòd maſculus in ſucceſſione ab inteſtato,fœminæ præferatur,emphyteuſis cõceſſa ꝓ ſe & filiis maſculis & fœminis,ſecundũ ſtatutũ

acci-



accipienda eſt, vt ſcilicèt fœminę nõ admittãtur,niſi in defectum maſculorum,ergo à fortiori hoc procedit quando adeſt lex,quæ in materia de qua agitur, maſculos præfert fœminis.Ex quibus concludendo videtur ſine dubio, quòd prædictus frater, debeat ſororibus ſuis ſuis pręferri in emphyteuſi ſupradicta.

17 Imò etiã in fortioribus terminis,quãuis non haberemus vllã legẽ, vel ſtatutum,quod nihil expreſſe de maſculo ſtatueret,ſcilicèt, vocando ipſum: nihilominus filius ſororibus præferretur,quod oſtẽditur ea potiſſimum ratiõe. Nã ſi ſtatutũ excludat fœminas,exiſtentibus maſculis,licèt de maſculis nihil expreſſè diſponat, vocãdo maſculos ad portiões fœminarum,tñ maſculus ſuccedet, & vocatus cenſetur:ex quo ipſius fauore, fœminæ excluduntur,& ipſe agit, ex eo ſtatuto,ac ſi expreſſè de eo diſpoſitum eſſet, ad ſororumq; portiones eſſet vocatus:etenim qñcunq; diſpoſitio fit alicuius cõtemplatione,licèt expreſſè verba,ad illum nõ dirigantur,tñ illi acquiritur, & ei competit actio.l. ſeruo legato.§. ſi teſtator.ff. deleg.1.& ibi hoc expreſſè tenet Bar. dicens, quòd ex quo ipſius fauore, fœmina excluditur, maſculus ſuccedet,& præferetur. Secundò ꝓbatur per tx.in l.fideicõmiſſa.§. cum eſſet, ff.deleg.3.vbi qñ verba relata ſunt ꝑ teſtatorem,ad perſonã,quã teſtator poteſt grauare, talia verba inducũt fideicõmiſſum,ſecundùm Bartolum ibi. Sic etiã in ſtatuto,quia grauãdo fœminas,& excludẽdo eas, propter maſculos,maſculi intelliguntur vocati,& inuitati. Tertiò,probatur per tx.d.l.fideicõmiſſa.§.interdum,& ꝙ ibi not.Bar. vbi dicit, illis ex forma ſtatutorũ,vel legũ, dari actionẽ, ſeu cõdictionẽ,ex lege,vel ſtatuto:quorũ fauore fuit edictũ: allegat etiã. l. ſtatuas.ff.acq.rer.do. Quartò probatur autoritate Bar.in l.2.§. videndũ, ff.ad S.C. Tertyl. vbi Bar. tenet eandem concluſionem.

18 Quintò probatur,ꝑ aliã regulã, nã quotiſcunq; aliquis remouetur à lucro contẽplatione alicuius,illi debet applicari,cuius contemplatione remouetur. l.poſt legatũ.§.amittere. ff.de his quibus,vt indignis.l.ſi legatarius,C.de legatis.l.2.§.fi.ff. de coll. bon.notat ꝑ illa iura Gomez.in l.40. Tau.n.59.verſi. cõfirmatur. Quã regulã tradit ante eum Bar. d.§.videndum.Sextò ꝓbatur per tx.in l.1.aliàs eſt l.2.§. ſi duo,aliàs lex,ſi duo.ff. de coll.bon.ſupra d. vbi tex. vult, quòd qñ alicui aufertur,hęreditas alterius contemplatiõe,illi acquiritur, cuius contemplatione aufertur. Septimò facit,ꝙ tradit Bal.in l. maximum vitium,in prin.C.de liber.præte. vbi dicit,quòd ſtante ſtatuto prædicto, ꝙ exiſtentibus maſculis, filia fœmina non ſuccedat (prout in iſto Regno ſtatutum eſt,in bonis vinculatis, vt ſuperius cõprobauimus) tunc neq; filia fœmina, nec aliquis deſcendẽs ex ea, poterit ſuccedere,ſed ex tacita diſpoſitione ſtatuti,maſculi ſuccedent in locũ illarũ fœminarũ, quorũ fauore ſtatutũ eſt,arg.tx.in l.cũ aliis, & l.generaliter.§.in his. C. de ſecun. nupt.& l.fideicõmiſſa.§.cum eſſet.ff. deleg.3.& in l. in ratione.§. tametſi, ff.ad leg.Falcid.idem cõſuluit expreſſè Petr.de Ancharra.conſi.82. tradit etiam Roman.in l.ſi cum dotem, in prin.ff.ſoluto matri. Facit etiã Regula iuris, quia quãdocunq; quis ꝓhibetur à ſtatuto,vel à teſtatore alienare cõtemplatione alterius,ille admittitur ad reuocãdũ, cuius cõtemtione,facta fuit ꝓhibitio,traditur in l.filiusfamilias.§.Diui.ff.deleg.1.Bar.

in l.peto.§.fratre.ff.deleg.2. & in l.3. ff.deleg.3.& in l. fi. C.de verbo.ſign. ꝙ traditur per Dynum, & Barto.in l.ſi cognatis.ff.de rebus dubiis,& Bal. in l.quoties,in.1.C. de fideicōmiſſ. l. ſi pluribus, & l.cum ita. §. in fideicōmiſſ.ff.deleg.2. & in l. ea lege. C. de cond. ob cauſ.

Ex quibus omnibus ſine dubio videtur prædict⁹ frater, ſororibus præferendus, cum emphyteuſis in iſto regno ſit indiuidua,& tãquàm bona indiuidua,tãtùm ad vnũ ꝑtineat ex liberis, ad imaginem bonorum vinculatorum,ſeu maioratuum, in quibus attenta lege Regni expreſſa, filius etiam iunior ſororem maiorem natu excludit.

19 Rurſus, ꝓ ſorore iuniore,ſeu filia ſecunda, videtur iudicandum, illamq; ſorori primogenitæ, & fratri minori præferẽdam. Pro qua primo facit, quia mortuo patre, prius venit ad capitulum Bracarenſe, dominum directũ, & petiit ſibi renouationem concedi,& fuit ſibi conceſſa, pro ſe, & viro,& filio ex eis, prout cõſtabat, ex inſtrumento: vndè cum diligentior fuerit cœteris fratrib⁹, & vigilãtibus, iura ſubueniãt, præferẽda fratrib⁹ eſt, l.quoties vtriuſq;.ff.de reg. iur.& regula, qui prior, de regu. iur. in 6.& latè proſequitur Rebuff.2.tomo, ad ll.Gall.tit. de de conſt. redit. arti.1.gl.7.n.2.fol.402. Eſtq; ſine dubio præferẽda ſoror, quæ inuigilauit ſibi, tex.in l.qui autem. §. ſciendum, & l.pupillus, ibi: *Sed vigilaui, meam conditionem meliorem feci, ius ciuile vigilantibus ſcriptum eſt, ideòque non reuocatur, id quod percepi*, ff.quę in fraud. cred.& l. ſumma.ff.de peculio.ibi: *Et licèt creditori vigilare ad ſuum conſequendum*, & nihil dolo creditor facit, qui ſuum recipit l.nihil dolo.ff.de regul. iuris, & nullus videtur dolo facere, qui iure ſuo vtitur, l.nullus.ff.de regul. iuris, vbi gloſſ. plura iura allegat, vltra quam eſt tex. qui ita dicit, in l. 3. §. is tamen.ff. de liber.homi. exhib. l.iniuriarum.§.1.ff.de iniuriis, l. donaturus. §. ſiquis indebitam, ff. de condi. ob cauſ. & eſt tx. in l.cum creditor.ff.de furt.& l.fluminum.§.fin. & l. Proculus. ff.de damno infecto, & l.iniuriarum. §. is qui iniuriarum, ff.de iniuriis, & l.meritò. ff. pro ſocio,& l. Iulianus ſcribit ſi pupillus.ff. acquir.hęred.& l penult. §. fin. ff. ad leg.Iul. de vi publ. & l. delator.ff.de iure fiſci, cum aliis.

20 Vlterius, prædicta filia ſecunda, habebat in proceſſu quandã ſcripturam, per quam conſtabat, ipſius patrẽ, dum viueret, eam prænominaſſe in prędicto iure renouationis, ex cauſa oneroſa matrimonii, ꝙ videtur potuiſſe facere, ſecundùm receptã ſententiam, qua cõſtitutum eſt, patrem poſſe præiudicare filiis, vnumq; ex eis cœteris præeligere quem voluerit, de quo laſ. latiſsimè in l.2.C.de iure emphyt.n.207.cum ſeq.de hoc latè Tiraq.de retract. lig. §.11.glo.6.n.23.cum ſeq.fol.173. Maximè ſtante lege Regia, lib.4. tit. 63. §. *E ſendo*, vbi datur optio parẽtibus eligendi, quem voluerint, ſiue maſculum, ſiue fœminam. Tertiò, pro ſe habebat filia areſtum illius grauiſsimi Senatus, ferè in ſimilibus terminis, quo cõſtabat, vltimã quãdã pſonã, ſeu poſſeſſorẽ emphyteuſis (quæ vocabatur Beatrix Eanes Ciçia) nominaſſe in iure renouationis, quendam filium,& decreto illius Senatus Bracarenſis iudicatum fuerat, matrẽ potuiſſe in iure renouationis, cuius morte expirabat emphyteuſis, præeligere filiũ minorem, maiore prętermiſſo, vt conſtabat ex proceſſu appenſo. Cuius Areſti verba ſunt.





*Acórdão em Relação, &c. prouaſe que a defuncta em ſeu teſtamẽto nomeou ao oppoẽte no dereito q̃ ella tinha de renouar, o qual teſtamẽto o A. aceitou & aprouou em vida, & em morte da defuncta, & conſentio elle A. & aprouou a poſſe ſe tomar primeiro: & viſtas as clauſulas do prazo, que era de nomeações, & não para filhos, & ainda que o fora, as vidas ſam findas, & os padres do moſteiro de Villar, concederão primeiro ao oppoente comiſſam de emprazar, que não podẽ reuogar, por ſerem como ſam peſſoas eccleſiaſticas & religioſas, julgam que ao oppoente Antonio de Barcellos ſe deue renouar o prazo, & mandão aos RR. lho fação, conforme a dereito.* A qua ſentẽtia, fuit appellatum, neque appellationi delatum fuit. Quæ ſñia, cum poſtmodum tranſiuerit in rem iudicatã, habetur pro veritate, l.ingenuum.ff. de ſtatu homi. cum ſimilibus.

21 Quartò, facit doctrina Baldi, in c.1. qualiter feud.ad filios pertin. vbi tenet, ꝙ dominus directus, finita emphyteuſi poteſt gratificare filiæ defuncti, & eã præferre cognatis. Sed melius facit tx. in c.ex parte, de feu. vbi finito feudo, dominus illud liberè poteſt dare cui vult, prout etiam tenet Alex.in l.ſi mihi,& Titio, col. pen.ff.de verbo. Romanus, conſ.70. viſis. Vndè, cùm huic ſorori ſecũdogenitæ, dñs directus cõceſſerit illa, vr̃ potentius ius habere.

22 Rurſus pro ſorore ſecunda, ad ſui iuris euidentem demõſtrationẽ, imprimis conſidero, quòd DD. noſtri, de renouatione facienda loquẽtes, licèt emphyteuſi finita, per generationem dñum directum, debere eam renouationem, deſcendentibus primi emphyteutę,& non aliis contendant, vt per Bar.in l.1. §. permittitur.ff.de acq.quot.& æſtiua, & latè ſupra, q.8.num.2. Nullus tamen ipſorũ exprimit filio maiori emphyteutæ, faciendã fore renouationem, necne? & tamen veròſimiliter exprimerent, ſi filio maiori renouatio eſſet facienda. Et licèt per multi ipſorum teneant, differentiamq; conſtituant inter deſcendentes & hæredes,& non hæredes, & inter proximos,& remotos, nec non alias differentias, de quibus latè egimus ſupra q. 9. Attamen, de differentia, inter filium maiorẽ natu, vel filiã, & alios conſtitutos, in eodem gradu, verbũ nullum, faciunt, ac proindè ſatis optimè conſequitur, quòd cum ſecundum prædictos, deſcendentibus facienda ſit, renouatio per dominum directum, quòd faciens eã vni ex ipſis deſcendentibus, conſtituto in eodem gradu ſatisfaciat, argu.tex. in l. vnum ex familia, verſi. itaq; deleg. 2. & eorum quæ ſcribit Pyrrhus, de feud.cap.1.col.antepe.in fi.& c.1.col. 2.& per conſequens, cum facta ſit renouatio, prędictę ſorori ſecundæ, conſtitutę in eodem gradu,& deſcẽdenti, aliis ſine dubio ſit præferẽda.

23 Vlterius,& ſextò, pro prædicta ſorore conſidero, hoc ius renouãdi eſſe hæreditariũ, indiuiſibile, cuilibèt hæredium emphyteutæ inſolidum competens, vt firmãt glo. Bartol & Angel.in d. §. permittitur, & tradit Alex. cõſi.10.col pen. Anchar. conſi.134.in fine, cum aliis adductis à Decio, conſ.78.col.1.& 2. & conſi. 131.col.3.& 4. & per Paul. Pariſ.conſ. 28.n.5. vol.1. ꝙ cum ita ſit facta renouatiõe vni ex hæredibus, cœteri excluduntur, ac dñs directus ſatisfacit, quoniã vnus tantùm eligendus eſt, qui renouatus, aliis eſt præferendus, ac proindè prædicta ſoror, cui emteuſis, de qua contenditur, eſt facta renouatio, per dñm directum, aliis cohæredibus conſtitutis, in eodem gradu, meritò videtur præferenda.

24 Facit etiam, pro filia iuniore, quoniam ipſa petiit infra tempus legitimum, hoc eſt infra annũ, à morte patris ſui, vltimi poſſeſſoris, renouationem, & inueſtituram prędictę emphyteuſis, in qua re, cœteris fratre, & ſorore, diligẽtior fuit, qui eã intra illud tempus petere neglexerunt. Quãobrèm, ſine dubio præferẽda eſt, quia melius, & pinguius, ius habet, aliuſq; frater, & ſoror videntur excluſi temporis præſcriptione, idq; ex regula vulgari. Nam licèt vbi lex certum tempus, vel terminum, non pręſtituit, ad aliquid agendum, illud expedire ſufficiat, quolibet tẽpore, nec vlla temporis obſtet præſcriptio. tex in l. qui fundum, ff. de contrah. empt. l. in venditione § de tempore ff. de bo. autor. iud. poſsid. Bar. per illum tex. in l. 1. ff. de aleę luſu, & aleato. Roma conſi. 340. circa fi. col. 1. Iaſo. in l. Gallus. §. videndum, in prin ff. de liber. & poſthu. tradit Rebuffus, 3 tomo. ad ll Gall. tit. de areſt. & oppoſit. art. 1. gloſſ. 1. n. 12. tex. in l. 1. §. meminiſſe. ff. de ventre inſpicien. & l. iuriſperitos, ff. dę excuſ. tut. & l. ſeruus. C. de pœnis, notatur per Innocentium, in c. ex literis, de conſtitutio. per quæ iura idem tradit Tiraquel. in materia retractus: de retr. lign. §. 1. gloſſ. 10. nu. 10. vbi inquit, quod ſi ſtatutum, aut cõſuetudo admittat conſanguineum ad retractum, nec præſcribat huic rei, aliquod certum tempus: ſed ſimpliciter ſtatuat, conſanguineum, poſſe rem venditã, reſtituto precio redimere, ſine alia tẽporis præfinitione, id poſsit non ſolùm intra annum, ſed & poſtea, quandocunque, quod ipſe tamen intelligit intra triginta annos, & non vltra quia eo tempore tollitur omne ius, atque actio competens, priuato cõtra priuatum, l. ſicut, & l. omnes, C. de pręſcrip. 30. vel. 40. annorum, & l. 2. C. de conſtit. pecu. vbi allegat Paul. Caſtr. Cœpolã, ac Decium Item & licèt perpetua præſummãtur, quæ etſi temporalia ſint, non tamen habent tempus à iure pręfixum, vt probat tex. in l. ſufficit, ff. de cond. indeb. & l. iuriſperitos. ff. de excuſ. tuto. quod multis comprobarunt Felin in cap. ex literis, nu 8. de conſt. & ibi Decius col. vlt. & alios congeſsit Tiraq. de retract. conuentio. §. 2. gloſ. 1. nu. 39. Menochius, de arbitr. iudi. qq. quęſt. 22. nu. 2. lib. 1.

Nihilominus tamen, vbicunque lex alicuius perſonę intuitu, vel fauore, ad aliquod lucrum, viam aperit, & admittit intra certum tempus, eo elapſo remouet agẽtem, arcetq;: quaſi poſt tẽpus agendo prohibitus, cenſeatur: intercluſo agenti iuris remedio. Hæc regula probatur, ex tx. optimo à cõtrariò, in l. ſtatu liberis, §. Stichũ, ff. de leg. 2. & l. imperatores, ff. de poſtul. probat tex. clarior, in c. de cauſis, de off. deleg. l. 4. in princ. ff. de ier. & ibi Bald. tex. in l. ſtatu liberum, §. Stichus, & l. cum teſtamento, ff. de ſtatu liberis, & l. obſeruare. §. proficiſci. ff. de off. proconſ. & leg. & l. ſi vnus, §. 1. & l. epiſtola. §. vlti. & ibi Paulus Caſtr. ff. de pact. l. pater filiũ, § fundum. ff. de leg. 3. l. ſi ita quis, & ibi Bald. Imola, Alex. & Iaſ. ff. de vulgari, l. ex facto, §. item quæro, eod. tit & l. qui fundum. ff. de contrahen. emptio. l. ſiquis alia. ff. quemadmod. vſusfr. amitt. l. ſicuti §. vlti. & ibi Bal. ff. quibus mod. pign. vel hypoth. ſoluitur, & l. 1. §. ſi mulier, iuncto prin. ff. de liber. agnoſcen. & l. 4. in prin. & quod ibi not. Bald. & Floria. in 2. nota. ff. de ſerui. l. ſi cum Hermes. C. locati, & c. ad honorem. & ibi Baldus extra, de autor. & vſu pallii, & in cap. quoniam frequenter. §. ſi verò, & ibi Bal.



Baldus. vt lite non conteſt. gloſs. in cap. decet, de regul. iur. in 6. & cap. ſi homo. 27. q. 1. tradit Oldral. cõſ. 203. factum tale eſt, in fi. Alberic. poſt Iacob. in l. quandiu inſtitutus. ff. de acquirend. hæred. tradit Bart. in conſi. 161. In nomine: proponitur, quod ſyndicus, col. 2. Bal. in cap. 1. §. hoc quod nos, verſi. ſed quæro nunquid, in tit. de pace Cõſtantiæ, & in cap. bonæ, col. 2. verſi. & ſcias, extra, de electio. & rurſus, conſ. 323. cum quidam medicus, ad med. lib. 1. & conſi. 33. ſtatuto cauetur, col. 2. lib. 5. & conſ. 51. generali ſtatuto, col. 1. lib. 5. notat Plũbinus, in l. 1. notab. 3. ff. de manumiſſ. tradit Angel. conſi. 231. punctus talis eſt, Ancharra. conſi. 70. repetito cõſ. 346. apparet, col. 2. & idem conſ. 331. viſis diligenter actis, col. 2. Imola in Clem. 1. verſi. iuxta prędicta, de conceſſ. præbend. Paulus Caſtren. conſi. 134. videtur dicendum, in prin. lib. 1. & conſi. 467. ſuper hoc puncto, col. vlt. eod. lib. 1. & conſi. 256. videtur manifeſtè, col. 2. lib. 2. & conſi. 351. præfata reformatio, eodem lib. 2. vbi ex hoc infert, quòd ſi ex ſtatuto datum ſit, certum tempus cõſanguineis, ad retrahendum rem venditam (prout in Caſtellano regno, lege Cęſarea, 6. & 7. tit. 7. lib. 5. Ordi. ſancitũ eſt) offerẽdo pretium, poſt illud tempus nõ poterunt cõſanguinei retrahere, & iterũ, conſi. 430. circa primum quæſitum, lib. 2. idem Paulus Caſtr. conſ. 436. ad primum, col. 1. eod. lib. 2. Marianus, Socci. conſi. 19. lib. 1. nu. 22. & Socci. eius filius, conſ. 273. in pręſenti, col. pen. verſi. ſed ad hanc, lib. 2. & Afflict. deciſ. Neapol. 73. emptor cuiuſdam. Nec ſilentio prætermittam, tex. optimũ, & elegãtem, in l. Thais, §. intra. ff. de fideicommiſſ. liber. Ex quo probatur etiam fauore libertatis, tempus præſtitutum, ad aliquid faciendum non poſſe protrahi; nec quod iuſſum eſt fieri; intra aliquod tempus, vt quis libertatem cõſequatur, poſt id tempus poſſe fieri: cui ſimilis eſt tex. in l. Sticho. §. Titius, ff. de ſtatu liberis. Quæquidem procedunt, non ex vi argumenti, à cõtrario ſenſu, ſed ex natura temporis limitati, vt ſcripſit Bal. in l. obſeruare, §. proficiſci. col. 2. q. 3. ff. de off. Proconſ. per l. ſicuti, in fi. C. de præſcrip. 30. vel 40. annorum.

Cœterùm, illud in iure indubitatũ eſt, finita emphyteuſi, per generationem, eius renouationem, intra annum petendam fore, à deſcendentibus, vel ab his, ad quos renouationis ius ſpectat, vt latè diximus; ſupra q. 5. nu. 11. & q. 8. nu. 2. Ergo. &c.

25 Facit etiam, ſi conſideremus, ius renouationis expediri iudicis officio nobili, quod nullam pręſupponit obligationem l. qui per colluſionem. §. fin. ff. de actio. empti. Habet enim iſtud iudicis officium, pro fundamento æquitatem, vt inquit Bart. d. §. permittitur, & in l. 1 ff. de priuil. credito. & expeditur iſta renouatio, per viã implorationis, officii iudicis, vt voluit Bald. in rubr. de appellatio. nu. 6. Quamobrèm, dicit Affli. ex mente Marti. Laud & Præpoſ. ibi, quod iſtud ius naſcitur, magis ex honeſtate, quàm ex iuris rigore, in cap. 1. nu. 4. quemadmod. feud. ad fil. pertin. & Decius, in l. 1. nu. 33. ff. de iurid. omn. iud. loquens in caſu d. §. permittitur, voluit, quod illud officium debet miſericorditer implorari, cum ergo, ex honeſtate ſolùm, & æquitate teneatur dominus, & poſsit compelli ad renouandum deſcendentibus; aut illis deficientibus, agnatis qui à primo acquirente deſcendunt, vt per Bart. in d. l. 1. ff. de priuil. credit. non eſt iſta æquitas effuſè extendenda,

contra ius cõe, vt voluit Romanus, conſ.77.col.2.ad medium. Nec per eam eſt auferenda domino libertas diſponendi de re ſua.

26 Quod ſuadetur, nam finita emphyteuſi, quærunt Marti. Lauden. & Præpoſ. (prout eos refert Affl. in d. cap. 1. nu.4.) an poſsit dominus remotiorem in gradu præferre proximiori, & reſpõdent, quòd ex honeſtate non: ergo habuerunt pro conſtanti, potuiſſe dominum, vnum eiuſdẽ gradus, alteri prçferre. Quod oſtenditur viua ratione, nã ſi potuit primus, vel ſecundus emphyteuta, virtute conceſsionis emphyteuticę, & poteſtatis nominandi, ſeu eligẽdi filium, vel filiã, pro arbitrio ſuo, eligere, vt quotidie fit, & ſic de ſuo vtili dominio diſponere: qua ratione, & multò fortius, dominus directus, ad quem deuoluitur plenum ius, nõ poterit vni ex deſcendẽtibus renouare, & alterum præferre? Hoc ſanè nõ poſſum mihi perſuadere, arg. tx. in l. in re mãdata. C. manda. & quaſi ſimili agumento vtitur Affl. col.1. ad fi. Quod clariùs oſtenditur, etenim quòd emphyteuta poſsit vnum quẽ voluerit eligere, habuit ex cõceſsione domini: finita ergo, & reſoluta emphyteuſi, & ad dñm directum reuerſa, cum plenum ius ad ipſum deuoluatur, cur & multò fortiùs nõ poterit vni ex deſcendentibus renouare, quem ipſe magis elegerit? Abſurdum enim eſt, ꝑ poſsim ad tẽpus concedere, ius eligendi vnum: & finito tẽpore, & deuoluto ad me pleno iure, mihi idẽ denegetur. Si enim procurator dñi, prout eſt emphyteuta, vt traditur per Barto. Alex. & Iaſ. in l.1. §. fin. ff. de noui oper. nunc. poteſt eligere, durante iure ſuo vtili, nõ debet eſſe deterioris conditionis, dominus, quàm procurator, vel dñs quàm vaſallus. Facit ad prædicta, in materia electionis, tex. in l. cum quidã. ff. de leg. 2. & in l. ſi Titio, & Mæuio, ff. eodem.

27 Quia licèt iſte pater fuiſſet vltimus poſſeſſor, & emphyteuta: eoq; defuncto iſti tres filii cõcurrerẽt ad ius renouatiõis, & vterq; de prærogatiua cõtenderet, nihilominus electio datur domino directo, vt etiam iuniorẽ maiori præferre poſsit, vel etiã fœminam. Quoniã omnes DD. qui de renouatione deſcendẽtibus, facienda mentionem faciũt, indiſtinctè loquuntur, nec declarant, vt ſuperius diximus, cui filiorũ, plurib⁹ ad renouationem concurrentibus, potius renouatio facienda ſit, maiori, vel minori: imò mens Bartoli, videtur eſſe, vt ſic emphyteuſis non exeat de familia, & deſcendentibus vltimi poſſeſſoris. Nec firmant, quis alteri fratrum in renouatione præferendus ſit: licèt ſcripſerint proximioribus in gradu faciendam eſſe. ꝙ mirandum non eſt, cum attento iure cõmuni, ius renouationis hæreditarium ſit, & ad omnes æquè pertineat hæredes: quod autem ad vnũ pertineat, cõſuetudinario iure huius regni ſcriptum ſit. Cœterùm, in iſto iure renouationis, ne ſine auctore loqui videamur, prçſuppoſito, quòd dñs teneatur facere renouationem, filiis, vel proximioribus deſcendentibus, poſsit vnum eiuſdem gradus, quem malit eligere, & præferre aliis etiam fœminam, expreſsè firmat Bald. in cap.1. quemadmod. feud. ad fil. pertin. qui in noſtro caſu videtur loqui, idem ſentit Palac. Ruuios, allegans Fulgo. in repet. rub. §.69. n.28. Sequitur Pariſ. vol.1. conſ.4. nu. 42. & 43. qui alios citat, firmans in fortioribus terminis, ſcilicèt, quando feudum pertinet ad maſculos, & nõ ad fœminas, poſſe dominum in præiudicium maſculorum, fœminã eiuſdem gradus admittere, ac præferre excluſis maſculis: & eidem feudum renouare.

Facit etiam, quia licèt attento iure feudorum, fœmina non ſuccedat in feudo, tex. in cap.1. de ſucceſſ. feu. & eſt l. Regia, Caſtellæ. 6. tit. 26. Par. 4. & ita expreſsè tenet Bal. in l. quoties, nu.7. C. de ſuis & legit. hæredib. Roman. conſi.32. Iaſo. conſi. 8. n. 28. & conſi.9. nu.2. & conſ.114. nu.1. vol. 1. Paul. Caſtren. conſi.176. vol.1. Bar. conſi.72. & 92. Angel. conſil. 262. & 321. Alexand. conſi.10. col.2. vol.5. cũ aliis pluribus, quos copioſè refert Petrus Dueñas, regula.309. Feudo tamen aperto, & ad dominũ reuerſo, quo caſu à domino proximiorib⁹ agnatis defuncti vaſſalli, eſt renouãdum, vt ſuperius comprobauimus, poteſt dominus, agnatis maſculis, fœminã præferre: tex. eſt adhoc elegans, in cap. vni. quemadmod. feud. ad fil. pertineat. ibi: *Si autem dominus ei dare voluerit, propter ſeruitium, & amorẽ patris, non reuocetur ab vllo, ex parentibus ſuis, neq; damnetur.* quẽ tx. ad hoc notat Valaſcus, de iure emph. q. 38. nu. 16. Et aliquãdo dominus præfert filiam defuncti vaſalli, agnatis maſculis, & dat ei feudum propter ſeruitiũ patris, glo. in cap.1. §. cum verò Corradus, in gl. ſic ergo, qui feud. dare poſſ. & eandem ſententiã tenet Gozadi. conſi.26. num.17. & Paul. Pariſ. conſi.4. n.7. vol.1. Dueñas, regu.309. limita. 3. Non video ergo, quarè in noſtro caſu, dominus directus non poſsit prçferre in renouatione d. ſororẽ, eamq; inueſtire: cum ſit in eodẽ gradu, et habeat idem ius, quod cœteri fratres, imò pinguius cum in petenda renouatione fuerit, cœteris diligentior, ideoq; præferenda, nec alii fratres audiri poſſunt, quoniam iam res non eſt integra, propter renouationem ipſi factam, vt concludit Roman. conſ.70. col. fin. & Alex. conſi.10. vol.3. in fi. Decius, conſi.131. col. pen. in fi. & ſufficit diligentia ſororis & induſtria, ex doctrina Bart. d. loco, & per ea quæ tradit glo. legũ Fori Caſtellę, lib.3. tit. *Delas vendidas*, fol.107. verſo, vbi quòd in materia retractus, ille eſt præferendus, qui prius retrahere rẽ curauit:

29 Item etiam, quia cum ius renouatiõis cuilibet inſolidum cõpetat, tanquàm indiuiduum, per l. 2. ff. de verbo. obli. nec apud plures emphyteuſis diuiſa cõſiſtere poſsit, ex Regni conſuetudine, quoniam indiuiduum diuidi non põt, l. ſtipulatiões non diuiduntur, ff. de verbo. obliga. & notat Bartolus, in l. cum vſusfructus, ff. de vſufr. cõſequitur neceſſariò, vt locus ſit præuentioni, & ideò ſoror quæ primo præoccupauit, fratribus ſit præferenda. Ad quod moueor, quia quando exiſtunt plures conſanguinei eiuſdem gradus, & cõcurrunt ad retractum, locus eſt præoccupationi tex. in l. ſi pluribus, in fi. ff. de leg.1. & l.2. ff. de duob. reis, & l. ſi rem. §. ſi duo. ff. de donatio. & l. ſi Titius, ff. de verbo. obligat. quod voluit Alex. conſil.27. viſo themate. 3. dubio, lib.6. & Ioan. Igneus, in repet. l. dudum, verſic. adde tamen vnum, C. de cõtrah. emp. & tradit in ſpecie Tiraq. de retract. lignagier. §.11. glo. 10. num.2.

30 Nec obſtat in hac ſpecie, quod tradit Neapodanus, in conſt. de iure congrui, in fi. & in conſtit. ſi ex vno, verbo. vnius, & quod tradit Benedi. in cap. Raynutius, verbo, & vxorem nomi. Adelaſiam, nu.608. de teſta. & Matthæ⁹ de Afflictis, in tract. protomiſeos. §.1. col. antep. quæ eſt 21. totius

tius tract.verſi.vltimò nota, qui tradunt in hoc caſu oẽs, qui ſunt æquales in gradu, admitti pro rata, nulla præoccupationis habita ratiõe: quorum ſententiam iuuat Regula iuris, quòd cum aliquid competit pluribꝰ nomine collectiuo cognationis, vel familiæ, tunc proximiores exiſtẽtes, in eodem gradu, ſimul concurrunt, l.cum ita, §. in fideicõmiſſo, & in l. peto. ∮. fratre.ff.de leg.2. Barto. in l. ſi cognatis, col.vlti. verſic.quæro quo ordine.ff.de rebus dubiis: cum multis concordatis, à Iaſone adductis, conſi.215.ex Valentia, col.2.verſ. ſed præmiſsis, lib.2.& tradunt plures copioſè relati à Tiraquello, qui licèt ad aliud allegentur, tamen ferè omnes idem voluerunt. Facit etiam regul. tx.in l.cum ſolus.ff.de acquir.hæred. vbi traditur æquum non eſſe, vt alterius feſtinatiõe, alterius ius lædatur.

31 Hæc enim minimè obſtãt, nam intelligenda ſunt, vbicunq; res, quæ retrahitur foret diuidua, quòd ſi ea indiuidua ſit, vt in caſu pręſentis cõſultationis, eſt iſta emphyteuſis nominationis, ex regni approbata cõſuetudine, tunc ſine dubio, locus eſt præuentioni, ſeu pręoccupationi, & qui fuit diligentior, in retrahendo aliis, qui ſunt in ęquali gradu, eſt pręferendus, quod agnoſcit Tiraq. vbi ſupra.nu.4. qui ponit exemplum in ſeruitute, vel in alio quocunq; indiuiduo, quod ſimul plurium eſſe non poſsit. Tunc enim, inter multos eiuſdem gradus pręfertur, qui prior occuparet, ꝙ in ſimili reſpondit Caſtr. conſi.231.in hoc paſſu, col.2. verſi. ſimiliter non obſtat, lib.1.& proximus qui primò retraxit, cœteros eiuſdẽ gradus antecellit. Quoniam ex duobus æquale ius habẽtibus, potior eſt conditio occupantis, aut alio modo præuenientis, vt tradit Roman. cõſi. 47.viſis, poſt pri. idipſum tradit etiã Tiraq.de retract.linag.§.11.glo.7.n.1. Faciunt multa iura probantia, in his eſſe locum præuentioni, ſeu pręoccupationi: plura allegat Tyraq.de primogenitura, q.17.opinione.12.n.5.fol.197. vbi dicit, cœteris paribus, præuentioni locum eſſe: & præoccupationi, cap.ſi duo, de procur. lib.6. Quæ pari ratione procedunt in emphyteuſi, & in materia renouatiõis, vt quãdo ſunt plures in eodem gradu, ad quos pertineat ius renouationis, ille debeat præferri, qui fuit diligentior in petenda renouatione, ex ſententia Bartoli, in l.vnum ex familia.§.ſi duos, ad fi.de leg.2.

32 Vrget etiã alia ratio, quia quãdo plures cõcurrunt in eodem gradu, non ſolùm eſt locus præoccupationi, vt ſupra diximus. Verùm etiam, dominus directus, ad quem finita generatione deuoluitur emphyteuſis poterit gratificari, vni ex filiis, vel deſcendentibus, cui magis voluerit, & eligere ad renouationem, etiam filiam minorem excluſis aliis fratribus, quod in ſpecie firmat Pariſ. cõſ. 22.num.36.vol.1. quæ ſententia iure quoq;, & multis auctorũ noſtrorum deciſionibus, comprobari poteſt: & primò, ex ſententia Ioann. Andr. in additio.ad Speculatorem, tit. de locato.§.nunc aliqua, verſi. 77. loquẽs de patre emphyteuta, qui voluit emphyteuſim, ad vnum ex pluribus filiis, inſtitutis hæredibus peruenire, quem aliter, neque nominauit, nec deſignauit, ita vt incertũ ſit, de quo intellexerit: cuius rei electionem voluit ad dominum pertinere, per l.legato generaliter, & l.ſiquis à filio. §. vlt.ff.de legat. 1. & id quidem quoad illã gratificationem, ſequitur Iaſo.& dicit notabile, in l.2.ad fin. verſic. tenẽdo hanc partem, C.de iure emph.

quam-



quamuis Carol. Ruinus, hanc ſententiam reprobet, conſi.36.q.1.nu.7. & ſeq.lib.2. DD.in l. ſiquis Titio, §. ſi hæres.ff.de leg.2.

33 Cœterùm, faciunt multa iura, quibus cauetur in rebus, huiuſmodi eſſe locũ gratificatiõi. In primis allego tex.in l.vlt.ff.de relig.& ſumpt. funer.qui tex.eſt Scæuolæ Iureconſ. vbi dictione, gratificationis, vtitur. Eſt etiam tex.in l.3. §.ſi cum omnes, in prin.& ibi gloſſ.ff.ad S.C.Sillania. Vbi ſi ſeruus ſimul omnibꝰ dominis opem ferre non potuit, poterit eligere cui volet. Ex quo tx notãt omnes gratificationi locũ eſſe, qua lege innixus Accurſius, in l.ſi vt certo. §. nunc videndum, verbo, ſaluas facere, verſi.quod verò.ff. cõmodati, & ibi Alber.Bal.Ange.dicunt quòd ſiquis habeat duas res, à duobus ſibi commodatas (addit Angelus) paris valoris, nec poſsit oẽs ab incendio ſaluas facere, locus eſt gratificationi, & Bal. in l.1. §. ſed etſi noxæ, ff. ſi ex nox. cauſ.aga. Quòd ſi ſeruus eſt duobus noxæ, deditus, & vterq; ſimul petat, eſt locus gratificatiõi domini, idem Bald.in l.vltima, in fine.C.de teſtam. manumiſs. Quòd duobus ſimul idẽ pretium offerentibus, pro re ſubhaſtata, locus erit gratificationi: ſequitur Firmius, in tract. Gabellarum.2. par.prin.q.9. Fabianus de Monte, in tract.de emptio.& vend.5.par. prin. col. 24. verſi. quid autem fiat. Ripa, in l.quominus, nu.61.ff.de flumi. Eſt etiã tex.in l.de die.ff. qui ſatiſd. cog. & in l.ſũma. verſi. ſed ſi alii ſoluit.ff. de pecul.& l.ei apud.§. 1. de poſiti.l. in ſumma, & l.ſi non ſortem, §. vlti. ff.de cond.indeb.l.planè, eod.tit.l.ſiquis à filio.§.1.ff.de leg.1.l.in naue, in fi.ff.locati, l.ſi duas, in prin.ff. de excuſat.tuto.l.ſiquis ſeruum.§. ſi inter duas, & ibi gloſſ.& DD.& §. ſeq.& l. cum quidam, & l.ſtatu liberum, in fi. & l. ſi mihi, & tibi, in prin.ff de leg.2. l.ſi Titius, & ibi glo.ff.de verbo. obli. & l.ſi Stichum. §. ſi decem.ff.de nouatio.l.pater filium.ff.ad leg.Falcid. & l.ſi non expedierit.§.vlt.ff. de bo. auth.iud.poſsid.quæ eſt lex Pauli, & vtitur, hoc verbo, gratificandi, l. fœminę, & l.in quibus, & ibi Bald.C. de ſecund.nupt.& in cap.1.§.inter.& ꝙ ibi notat Aluaro.& Cardi.Alexan.2. notab.tit.de lege Corradi. cap. per venerabilem, verſic.quod autem, in electione, & ibi gloſſ. verbo. fauere, & Panor.de electio.c.cum autẽ, & ibi gl.de iure patr.& c. duobus, verſi. ꝙ ſi forſan, & ibi glo.verbo, concurrãt. & Anchar.Domi.& alii, de reſcript. lib.6.cap.ſiquis iuſto, & ibi Anchar. not.4.de electio.lib.6. Eſt etiam gl. & Bar.in l.2.∮.1.ff.ne quid in loco publico, Angel.in l.fluminum, in prin. ff.de damno infecto, gloſſ. in l.1. §. apud Iulianum.ff.depoſiti.

Vbi ſi duo inter ſe hæredes deponentis contendant, licèt depoſitario cui velit ſoluere, pręſtita tamen cautione, ꝙ ſe ab alio defendat, quærit ibi gloſ. quid ſi vterq; paratus ſit cauere, reſpondet gloſſ. præferendum qui pręuenit: quærit vlterius, quid ſi ambo concurrant? dicit locum eſſe gratificationi, & ſequitur Ioan. And. & Domini. in cap. pen. de reſcript. lib.6. voluit etiam alia gloſ.in l quod & lex.§. ſi tamen plures, verbo, eligendi.ff.de libe.homi.exhiben. Vbi inquit gloſſ. quòd ſi ſint plures, qui eo interdicto experiri volunt, & ii, quidem per omnia pares extiterint locus ſit gratificationi. Eſt etiam alia gloſſ.in c. prætereà ducatus, verbo, compellatur, tit.de proh.feud.alien. per Federi. Quæ inquit, quòd ſi filii domini, aut etiam plures domini nõ conueniãt inter ſe, cui vaſallus præ-

ſtet

ſtet fidelitatem, is gratificabitur, cui volet præſtare, & ſequuntur ibi omnes, & Martinus, in cap. omnes, paulò ante finem, tit. ſi de feudo fue. cõt. inter dom. & agnat. Facit etiã, quod tradit Bald. in l. 1. q. 23. ff. de rer. diuiſ. Vbi inquit, quòd ſi dominus decedat relictis duobus liberis, quib⁹ eodem tẽpore bellum ſit, cum externis ineundum, nec poſsit vaſallus vtriq; ſuppetias ferre, poterit cui volet gratificare. Et plura in hanc rem tradit Tiraq. de primogen. q. 17. opinione. 2. nu. 16. fol. 166. gloſſ. etiam, in cap. eccleſia veſtra. 2. in gloſſ. vlt. in fine, de electio. Quòd ſi duo fuerint electi, ſintque omnia hinc inde paria, ſcilicèt, numero, dignitate, & meritis eligentium, & electi, poſſunt ipſi eligentes procedere ad aliã electionem, etſi iterũ erũt in omnibus pares, poterit ſuperior gratificare, vtri ex his voluerit, de quo vidẽdus Abbas ibi: gloſſ. in c. pen. 63. diſtinct. eſt etiam gloſſ. 1. in cap. ſi plures. 16. quæſtio. 7.

Quæ dicit, quòd ſi inter plures patronos, non bene conueniat, de electione, & illi ſint pares numero, poterit epiſcopus gratiam facere, cui velit, quod voluit etiam gloſ. in cap. cum autem, de iure patro. vbi Hoſt. Ioan. Andr. Cardin. & Panor. Innoc. in c. 1. in fi. eodem tit. Cardin. conſil. 90. in diſcuſsione, col. 2. verſi. ſi verò in neutra, Domin. in c. pen. notab. 7. de reſcrip. lib. 6. Lambert. in tract. de iure patro. 25. arti. q. 7. prin. 2. p. 2. lib. col. 2. n. 2. & 11. art. 4. q. prin. 3. par. eiuſdem lib. 2. & latius. 1. arti. 5. q. eiuſdẽ operis. Faciunt deniq; plura quæ in hanc ſñiam, de materia gratificationis congeſsit, vſq; ad ſatietatem Tiraquel. in tract. de primogen. quæſt. 17. in 2. opinione, & quæ nos dicemus infra quæſt. ſeq.

34 Suffragatur etiã huic ſorori, nõ parum, poſſeſsio rei tradita ꝑ patrẽ, in vita, ob quam pręferenda eſt arg. tx. in §. cõmodũ, inſt. de interd. Pro quo allego tx. in c. ſi à ſede, de pręb. lib. 6. faciunt plura, quæ in hanc ſententiam tradit Tiraq. de Primogen. q. 17. opinione. 11. Et quæ rurſus, opinione. 12. Conſtat enim, iam in vita patris poſſeſsionẽ quæſiiſſe: ex quo cum poſsideat ſine dubio eſt præferenda ſoror. Vndè eo ipſo quòd poſſidet, plus iuris habet, eo qui nõ poſſidet, l. 1. in fine, ff. vti poſsidet. & allego vlterius tex. in cap. quod autem, & in cap. paſtoralis, de iure patron. ex quo tex. aſſummunt DD. regulã cœteris paribus meliorem eſſe cõditionem poſsidentis, cap. in pari, de regul. iuris, in 6. & l. in pari. ff. eod.

Ex quibus omnibus, ſine dubio ſororis iſti⁹, cauſa potior videtur, quę quidem, omnibus grauiſsimis Senatoribus Bracarẽſis, Curię potior viſa fuit, iuriſq; ratiõibus, & fundamẽtis validior, ac proindè, pro ea ſentiã protulerunt, iubentes ſibi ꝑ Chãcellariam illius Curiæ, titulum emphyteuticum, prout moris eſt, expediri, non obſtante ſororis primogetæ, nec etiam fratris iunioris, exceptionibus, & oppoſitione, aduerſus vtrunque obiecta.

35 Reſtat nunc reſpõdere, fundamentis vtrinq;, tam pro ſorore primogenita, quàm etiam, pro fratre minore adductis. Et primò non obſtat, quòd etſi ius renouandi, ſit ius hæreditarium, deſcendẽtibuſq; emphyteutæ competat, ac etiam proximioribus, ac proindè, filiæ maiori natu, tanquàm proximiori emphyteutæ defuncti. Non tamen indè ſequitur, filio maiori, in caſu de quo agimus, cõcedendum eſſe: cum oẽs filii ſint in eodem gradu, & ad pro-

bandum



bandum maiorem proximitatem, & prærogatiuã, prioritatem gradus probare neceſſe ſit: quoniã ex prioritate gradus, maior proximitas demõſtratur. l. 1. § hæc autem, & §. gradatim. ff. vndè cognati, & in l. Iureconſultus, in prin. ff. de gradibus, & in §. ſi plures, inſt. de leg. agnat. ſucceſſ. & in §. fin. inſtit. de ſerui. cogna. notat Bal. conſ. 161. ad fi. lib. 1. Decius conſi. 322. n. 5. ac proindè, cum omnes filii ſint in eodem gradu, omnes dicendi ſunt æquè proximi, & cuilibet ipſorum competere ius renouandi.

Vndè, DD. allegati ex aduerſo, non merentur allegari, quod proximiori ſit facienda renouatio, & per cõſequens, filio maiori, cum (in hoc vim non faciam) dd. aliquando proximiori, aliquando proximioribus, nõnunquã deſcendentibus, renouationem faciendã eſſe affirment, nullam in hoc differentiã cõſtituentes. Et licèt aliqui ipſorum, proximiori agnato, renouationẽ faciendã dicãt: non perindè proximiori, ſcilicèt, filio maiori natu, ſed proximiori agnato in gradu, renouationem faciẽdã fore, intelligendũ eſt: qui autem dicãtur ꝓximi, qui rurſus proximiores, elegãter explicat Tiraq. de retr. linag. §. 11. gloſ. 1. nu. 1. cum ſeq.

36 Nec rurſus obſtãt, quæ diximus ſupra, n. 4. Nã illud verũ eſt, qñ prior in gradu, vocatus fuiſſet, vel aliàs ex conſuetudine, vel ex coniecturis colligeretur: ſecus verò in terminis, de quibus agimus, in quibus DD. tantũ dicunt renouationem faciendã deſcendentibus, ſiue proximioribus, abſque differentia prioritatis conſiſtentium, in eodem gradu. Nec Ioã. Andr. & Præpoſ. vbi ſupra relati, cõtrarium probant. Quinimò, Prępoſ. ibi ſatis in hanc ſententiam inclinat: cum ceſſante conſuetudine, vel ſtatuto, à quibus primogenitus, in caſu de quo agit, vocabatur, frẽs de quib⁹ loquitur fuiſſe admittẽdos affirmet.

Nec prædictis etiã obſtat deciſio gloſ. notabilis, d. §. permittitur, quia loquitur etiam in renouatione feudi facienda, in quo, vt iam dixi, cum ſecundùm eius naturã, maſculi tantùm cõprehendãtur, mirum nõ eſt, ſi eius renouatio hæredi maſculo ſit facienda. At hic agimus, de emphyteuſis renouatione, in qua tantùm abeſt, ꝙ repugnet eius naturæ ſucceſſio fœminarum, quòd ſi ſimpliciter accipiatur, fœminę comprehendantur, vt probat tx. in §. emphyteuſim, in auth. de nõ alie. aut ꝑmut. & tenet Alex. in l. quod dicitur, nu. 24. ff. de verbo. oblig. Iaſo. in l. 2. num. 194. C. de iure emph. & alii per Couarr. vbi ſupra d. n. 1. & in hãc partem videtur inclinare Gozadinus, conſi. 86. num. 23. in fi. in illis verbis, vel illud procedit quando omnes ſunt hæredes, & ſucceſſores. &c.

37 Nec obſtant, quæ diximus pro filia primogenita, cuius iura ex capite primogenituræ, potiora videbantur, quoniam illa conſideratio non eſt tuta, nec ex mente iuris, quia de iure feudorum, eo modo defertur feudi ſucceſsio, ſicut defertur hæreditas de iure ciuili, & Romano, vt latè probat Valaſ. de iure emphyt. q. 50. nu. 1. cum ſeq. Idem quoque obſeruatur in emphyteuſi, in qua ęqualiter vocantur deſcendentes, vel agnati exiſtentes, in eodem gradu excluſis remotioribus, nec conſideratur ius primogenituræ, nec ꝓximitas prioritatis naturæ, tex. in authen. poſt fratres, C. de legit. hæredib. vbi inter fratres, maior proximitas non attenditur, ſed æqualiter admittuntur, quem tex. ita inducit Tiraq. de

Primog.

Primog.q.40.nu. 161. Quarè in materia feudali, de qua argumentum deſummitur ad emphyteuſim, non datur ius primogenituræ, niſi in caſibus à iure expreſsis, vel qui ex cõſuetudine introducuntur, prout in caſu cap. imperialem, §. præterea ducatus, de proh. feud. alie. per Federi. & primogenituræ ſucceſsio eſt inducta, contra omnes iuris cõmunis regulas, vt elegãter reſoluit Tiraq. de Primogen. q.35.n.13.& Soarez, in repet.l. quoniã in prioribus, declaratio. ad legem Regni, dubio.2.n.2.col. fin. ac proindè, fundata eſt filiorum intentio aſſerentium bona eſſe diuidua, vt latè tradit Valaſ. de iure emphyt q.8 n.20. Cœterùm, hæc ad noſtras emphyteuſes, non iuſtè accommodãtur, in quibus ſingulari iure, defertur ſucceſsio, & alius, particularis ſucceſsionis, modus obſeruatur, nec diuiſio fit emphyteuſis, nec ad primogenitũ neceſſariò ptinet, ſed pleruncq;, vel pacta, vel forma ſuccedẽdi à cõtrahentibus conuenta, vel etiã noſtrarum conſuetudinum norma, exactè cuſtoditur. Nec vrget Ordinatio, quę intelligẽda eſt, qñ pater habebat ius poſt mortem ſuã, duraturũ, vt clarè demonſtrat.

38 Reliqua argumenta, non adeò vrgent, vt œdipum requirãt, qui diſſoluat, faciliſq; eſt ſolutio, ſi cõſideres exiſtẽtibus, in eodem gradu, pluribus, qui ad idem ius concurrunt, nullum altero dici proximiorẽ, ſed æquè id ipſum ius omnibus competere. Quemadmodum, & in fideicõmiſſo familiæ relicto, in quo plures ſunt in eodem gradu, qui ad illud fideicommiſſum probabilem habent ſpem, ad illudq; adſpirant, nihilominus vno ex pluribus, per fideicõmiſſarium electo, cœteri excluduntur, l. vnum ex familia. §. ſi de Falcidia. ff. de leg. 2. ibi: *Itaq; ſi cum fortè ex familia eius eſſent, qui fideicõmiſſum reliquit, eodẽ vel diſpari gradu, ſatis erit, vni reliquiſſe, nã poſtquàm paritum eſt voluntati, cœteri conditione deficiuntur*, vbi gloſſ. plura allegat. Ex quibus ita iudicatum eſt. *Acordão em Relação, &c. Que viſtos eſtes autos, ſ. os embargos da embargante, oppoſição do oppoente, contrariedade da Re embargada, com o mais de hũa & doutra parte allegado, & prouado: moſtraſe o caſal & prazo da contenda, expirar por morte de G. Lopez, pay legitimo & natural da embargãte, embargada, & oppoente; moſtraſe o Cabido dereito ſenhorio, por falecimento do dito G. Lopez, por juſtos & honeſtos reſpeitos que pera ello teuerão, concederem à dita Re nouo prazo, per via de renouação, o que elles bem podião fazer, pois todos ſam filhos da dita derradeira vida, ſem embargo da prerogatiua de filho varão, q̃ o oppoente allega, & de filha mais velha, que a A. por ſua parte tambem allega, que neſte caſo não ſam baſtantes pera excluir a eleição, & võtade do dereito ſenhor, a quem ſegundo diſpoſição de dereito pertence nomear, & gratificar, dos filhos que eſtão em igual grao, qual quiſer, mandão que o prazo embargado ſe faça à Re, & paſſe pella Chancellaria, pois pello direito ſenhor foy gratificada, & electa, & ſeja ſem cuſtas.* Antoni⁹ Frãciſcus. Ant. Leitão. Barth. do Valle.

39 Cœterùm, cũ iſte caſus ab Ordinatione Regia fuerit omiſſus, tum etiam nullibi in iure cõmuni (quod viderim) de eo fiat expreſſa mẽtio, non poſſum ſatis coniicere, quarè magis putauerint grauiſsimi Senatores, in hoc caſu fore locum gratificationi domini, vt eam pro potiſsimo fundamento, ſuæ ſententiæ aſſumpſerint, vt ex eius tenore apparet. Cum illud in iure exploratiſsimum ſit, ius gratificandi, nunquam competere, niſi in caſibus à iure expreſsis. Quod expreſsè tradit Bald.

in



in cap.1.col.pen.tit. de aliena. feudi. Aliter enim eſſet, diſponere de iure tertii, quod nemo facere poteſt; citra illius conſenſum, per l. cum Hermes. C. locati, & l. dudum. C. de cõtr. emptio. quod voluit etiam Aretin. conſi.142 ex facto, col. penult. verſi. præterea dato; vbi tamen Baldum non citat; ſed Ioann. Andr. in cap. noſtra, de teſtibus: vbi id non ita expreſsè dicit. Et tradit in terminis Tiraq. de retract. linag. §.26. gloſſ. 2. n.2. fol. 209. verſo. idẽ Tiraq. de Primog. q.17. opinio. 2. nu. 23. Sed ſumma cum ratione cõmoti ſunt, vt domino directo, electionem inter filios tribuerent. Idq; ex iuris principiis, quoniam qui iuris neceſsitate adſtringitur, iterum renouare emphyteuſim deſcendẽtibus vltimi emphyteutæ, ſaltem in alio releuaretur in ſolatium tranſlationis vtilis dominii data ſibi, quem mallet, eligẽdi poteſtate, ad imaginem fideicomiſſarii, cui parem habere licentiã, tum rãtiõi naturali, tum iuris regulis cõſentaneum videbatur.

# Quæſt. XVIII.

## SVMMARIVM.

1 *FOemina admittitur ad eccleſiaſticam emphyteuſim.*

2 *In emphyteuſi pro ſe, & filijs, comprehenduntur fœminæ.*

3 *Emphyteuſis accepta pro ſe, & vxore, & filio ex ipſis nato, cõprehẽdit etiam filiã.*

4 *Proximiorum appellatione fœminæ comprehenduntur, & ad eas proximiorum appellatio refertur.*

*Primogenitus dicitur, qui primus in lucem prodijt.*

5 *Adiectus non cenſetur eſſe in obligatione. num.5. & n.40.*

6 *Promittens ſe obligaturum, poteſt recta via conueniri ad rem ipſam, & promittens intra certum diem, ſe obligaturum, ad dandum mihi decem poteſt ſtatim cedente die, ſine alia obligatione conueniri: ad illa decem præſtandum. nu.6. contra num.42. & 43.*

7 *Promittens ſe obligare per inſtrumentũ, ſi per eũ ſteterit, quominus ſe obligaret, habetur pro obligatio, & ita conueniri poteſt. nu.7. & nu.43.*

8 *Promiſsio liberandi exceptionem parit, ac ſi liberatio ipſa, iam facta fuiſſet.*

9 *Precium dare, vel promittere, idem eſt. nu.9. & 44.*

10 *Simplex donandi promiſsio, idẽ eſt quod donatio. n.10. & 45.*

11 *Dos conſtituta, & tradita, & promiſſa tantùm, & nõ tradita idem eſt. & n.47.*

12 *Statutum, & pactum, deferens lucrum dotis marito, habet locum in dote promiſſa tantùm. nu.12. & 46.*

13 *Forma conceſsionis emphyteuticæ conſideranda eſt.*

14 *Emphyteuſis ſub ea forma, vt emphyteuta poſſit nominare ſecundam perſonam, quam velit; etiam ſi ſit eccleſiaſtica, poteſt tranſire ad extraneum.*

15 *Vſusfructus finitus, cõſolidatur ipſo iure cum proprietate, & emphyteuſis, finita cum directo dominio.*

16 *Emphyteuſis conceſſa, cum limitatione temporis, vſque ad tertiam generationẽ, extincta generatione reſoluitur, & ad dominum regreditur.*

17 *Emphyteuſi finita per generationẽ, vtile dominium, cum directo conſolidatur, licèt poſſeſsio naturalis non amittatur.*

*Emphyteuſi finita, res liberè ad dominum reuertitur ab omni onere pignoris, ſeruitutis, vel alterius obligationis.*

18 *Emphyteuſi, vel feudo finitis, ciuilis domini poſſeſsio, naturalem emphyteutæ,*

V poſſeſ-

*poſſeſsionem ad ſe trahit.*

19 *Emphyteuſi finita, vel feudo, ex tempore, vel cauſa commiſsi, datur domino interdictum, vti poſsidetis.*

20 *Dominus finita emphyteuſi, poteſt etiam experiri interdicto, vndè vi, aduerſus poſſeſſorem.*

21 *Emphyteuta vltimus non poteſt eligere in iure renouationis, nec illud vni filiorum prælegare poſt mortem ſuam.*

*Legans ius morte ſua periturum inutiliter legat.*

22 *Dominus obligationi renouandi, omnino ſatisfacit, eligendo vnum inter plures exiſtentes, in eodem gradu, ad quos renouationis ius ſpectat. Eſt enim locus gratificationi n. 23.*

23 *Grauatus reſtituere vni de familia, quẽ malit, poteſt eligere ad fideicommiſſum, & eſt locus gratificationi. num. 23. Et ſup. quæſt. 17. nu. 38.*

*Dominus poteſt, renouare emphyteuſim, vni ex filiis vltimi poſſeſſoris, & cui velit gratificari.*

24 *Gratificatio locum habet, quando quis confert beneficium, in illum ad quem beneficium debebat neceſſariò peruenire.*

25 *Gratificationi locus eſt in duobus expectantibus, idem beneficium eccleſiaſticum.*

26 *Gratificationi locus eſt, ſi duo ſunt pares in data, ſeu æquales exiſtunt, vt mutuò ſe impediant.*

27 *Gratia, ſi neutri, non habet effectum vbicunque in gratia alterius impetrantis, eſſet clauſula gratificationis.*

28 *Vbicunque inter plures præſentatos, ad idẽ beneficium eſt paritas, locus eſt gratificationi.*

29 *In electionibus, ſeu nominationibus bonorum emphyteuticorum, locus eſt gratificationi.*

*Dominus directus, quando tenetur facere renouationem feudi, filijs propinqui vaſalli, poteſt vnum eiuſdem gradus eligere, & eum alijs præferre.*

30 *Emphyteutæ vtile tantùm dominium ex contractu quæritur.*

*Pater poteſt vni filiorum emphyteuſim, prælegare.*

*Dominus, ad quem emphyteuſis pleno iure deuoluitur, poteſt vnum præeligere, cui emphyteuſim renouet.*

31 *Dominus, renouando emphyteuſim vni ex deſcendentibus, ſatisfacit obligationi.*

32 *Stante ſtatuto, quòd exiſtentibus maſculis, filia fœmina non ſuccedat, ſi pater recepit emphyteuſim pro ſe, & filijs maſculis, & fœminis, prius admittũtur maſculi quàm fœminæ.*

33 *In conceſsione pro maſculis, & fœminis, maſculi primò admittuntur, nec fœmina admittitur quamdiu extat maſculus.*

34 *Alternatiuè obligatus eligere, cui renouet emphyteuſim, ex duobus poteſt vnum elegere, quem velit.*

*Alternatiuæ promiſsionis natura eſt, vt licèt vtrunque ſit in obligatione, vnum tamen ſit in obligationis ſolutione.*

35 *Eligere, qui tenetur vnum inter duos, vel plures, eligendo vnum, ſatisfacit obligationi.*

*Promittens facere renouationem, Titio, aut Sempronio, alternatiuè poteſt alterum, quem velit gratificare, ac eligere.*

36 *De ſubſtantia contractus emphyteutici, eccleſiaſtici eſt, quòd in ſcripturam redigatur, & in ſcriptis celebretur, & ante ſcripturam confectam, licita eſt pœnitentia.*

37 *In contractibus requirentibus, ſcripturam, antequam fiat, licita eſt pœnitentia, & poſſunt partes licitè reſilire.*

38 *Fœminæ, ad emphyteuſim eccleſiaſticam admittuntur, ſi conceſsio exprimat.*

39 *Ad probandam maiorem proximitatem, neceſſe eſt prioritatem, ſeu prærogatiuam gradus probare.*

*Cum plures in eodem gradu, concurrunt ad renouationem petẽdam, locus eſt gratificationi.*





40 *Interpretata Ordinatio Regia; lib. 3. tit. 16.*

*Inſtrumenta, ſi ex ſtatuto habeant paratam executionem, intelliguntur tamen, in obligatione pura, non conditionali.*

41 *In rebus alternatiuè debitis, altera præciſè, peti non poteſt, niſi quandò cõſtaret alteram eſſe peremptam.*

1 HIc opportunè incidit, nõ lõgè diſsimilis ſuperiori, frequẽs, & quotidiana diſputãda quęſtio, quã ſuper renouatiõe, emphyteuſis, in Braccarẽſi Curia, dũ ibi glorioſæ aduocatiõis, munere fungeremur, habuim⁹ in facto, quã magnoperè decertatũ fuit. Hypotheſis eſt. Quidam Vaſcus Pereyra acquiſiuit ab eccleſia ſanctæ Mariæ de Gallegos, prædium emphyteuticum in tertiam generationem, cum poteſtate nominandi, ſecundã & tertiam perſonam, iuxta Regni conſuetudinem. Hic nominauit filiam Mariam Diaz: hæc nominauit in tertiam vitam, Guiomarem Peyxota, vxorem Triſtani de Moura. Huic tertiæ vitæ, Michael Dazeuedo abbas, & directus dominus dicti prædii emphyteutici, per chyrographum, ita renouare promiſit: *Diſſe que era contente, de lhe renouar o prazo, em ſua peſſoa, & de ſeu marido, & num filho, ou filha dantrambos. E que ſendo caſo, que neſte tempo faleceſſem a dita Guiomar Peixota, & ſeu marido, o emprazaria a ſua filha Ioanna de Moura, ou a hum filho por ſua iuſta veedoria, & penſam.* Deceſsit interim prædicta Guiomar Peixota, quę erat vltima poſſeſſor, & vita, in emphyteuſi, duobus filiis ſuperſtitibus Ioanna de Moura ſeniore, & Antonio iuniore, & in teſtamento hæc adiecit verba: *Que nomeaua a ſua filha Ioanna de Moura, & lhe deixaua todo o dereito de renouar; que lhe pertencia.* Mortua matre, petiit d. Antonius iunior, renouationem à directo domino, qui virtute promiſsionis alternatiuæ, de renouando filio, vel filiæ, facilè conceſsit renouationẽ, & præmiſsis ſolemnitatibus, iuxta conſtitutiones ſynodales, illius Curiæ Braccarenſis, expeditioni tituli emphyteutici, in Chancellaria oppoſuit, d. Ioanna ſoror exceptiones & impedimenta, allegans ſe præferendã eſſe, quoniam ſibi renouationis ius, à matre relictum fuiſſet: & à domino ſibi de renouando promiſsio facta. Retorquet Antonius, ſe eſſe deſcendentem vltimi poſſeſſoris, & in eodem gradu exiſtere, & eſſe maſculum, & à dño fuiſſe electum, ac ob id præferendum fore.

Et vt per contraria procedamus, ad veritatẽ eruendã, videtur ſanè d. Ioanna de Moura præferenda in iure renouationis; efficaxq; videtur fundamentum. Nã clariſsimum eſt in iure: fœminas etiam ad eccleſiaſticam emphyteuſim admitti, idq; paſsim receptum eſt, quoniam in hoc à maribus non diſtinguntur, vt diximus ſupra quæſt. 17. num. 2. Siue conceſsio fiat, per verba apta comprehendere etiam fœminas, vt putà, pro ſe, & hæredibus, vel pro ſe, & ſucceſſoribus, ſecundum Beroium, q. familiari. 18. in prin.

2 Quam concluſionem amplia in tantùm, vt etiamſi emphyteuſis cõcedatur, pro ſe & filiis, vt etiam tunc ad emphyteuſim veniant fœminæ, vt reſoluit Salycetus, in l. 2. C. de iure emphyteut. num. 26. & Alexand. conſi. 61. lib. 1. Decius, in l. fœminę, verſic. poſtremò, ff. de regulis iuris, Socinus nepos, conſil. 194. num. 7. lib. 2. pulchrè Alciatus, in l. 1. ff. de

verborum ſignificat. optimè plures alios allegans Couarruuias, lib. 2. Variarum reſolutio. cap. 18. col. 2. & nouiſsimè Iulius clarus, lib. 4. §. emphyteuſis, q. 32. Pynel. de bon. mat. l. 3. n. 33. Quãuis contrariam ſententiam, tanquàm receptiorem defendant Archidiaconus, in cap. ſiquis ſuadente, 17. quæſtio. 4. & Guido, in l. veteribus. ff. de Pactis, & communiter contrarium receeptum ſit, ſecundùm Decium, in cap. in præſentia, nu. 46. de probatio. Ripam, in l. ex facto. §. ſiquis rogatus, num. 58 ff. ad Trebel. Iaſo. in l. ſiquis id quod, num. 23. ff. de iuriſdiction. omn. iudicum, communem quoque teſtatur Alexand. in l. quod dicitur, num. 24. ff. de verborum, Iaſo. in l. 2. num. 193. C. de iure emphy. Loazes, in repet. l. filiusfamilias. §. Diui, num. 68. ff. de legatis 1. Alii quoq; quamplures, more ſuo relati à Tiraquello. 1. retractus. §. 1. gloſſ. 9. nu. 181. nouiſsimè Zoanetus, lib. rerum quodianarum, cap. 4. quibus adde Ryminaldum, conſil. 121. lib. 1. num. 4.

3 Cœterùm licèt, hæc ſit magis cõmunis, & receptior ſententia, prior tamẽ opinio, iure noſtro Regio, lib. 4. tit. 63. §. 5. *E ſendo*, recepta eſt, ibi: *E poderà nomear hum de ſeus filbos, ou filbas.* Licèt Pynellus, in l. 3. C. de bonis maternis, num. 33. eam aſſerat iuri & rationi, & æquitati omnino contrariam. Quæquidem ordinatio in fortioribus terminis, in emphyteuſi accepta pro ſe, & vxore, & filio ex ipſis nato, ſtatuit etiam filiã poſſe nominari, & eligi, quaſi in pacto inueſtituræ emphyteuticæ, fuerit comprehenſa, ex cõtrahentium mente: quæ abſque dubio, & filias comprehendit, vt eſt tex. elegans, in l. quiſquis. 106. ff. de verborum ſignificat. maximè, in materia indifferenti: vt per Hoſtienſem, & Abbatem, & cõmunem, in cap. dilecti, num. 11. de arbitris. Emphyteuſis enim materia, eſt indifferens: item maximè, cum filii, aut liberi, in numero plurali, exprimũtur, quo caſu fœminæ veniunt ex ſermonis idiomatè, & proprietate. l. ſi ita ſcriptũ, ibi datos eſſe, ff. de leg. 2. Neq; minor dilectio in filias, habetur naturali ratione, quàm in filios, adeò vt qui contrarium arbitrantur, quaſi ipſius naturę accuſatores exiſtãt, l. maximum vitium, C. de liber. præter. Quinimò, quandòq; parentes filias ſuas prædilexiſſe, cõperimus, & eis ſuæ ſubſtantiæ, potiorem partem reliquiſſe, l. cum pater. §. pater pluribus, ff. de leg. 2.

4 Secundò facit argumentum efficax, quia cum prædicta Ioanna nominata in iure reuouandi, ſit maior ætate, & primogenita, & proindè, ius renouationis, ad imaginem bonorum indiuiduorum, ad eam ſpectet, tanquàm ad primogenitam, & proximiorem, proculdubiò pro ea iudicandum videtur. Quoniam, & proximiorum appellatione, fœminæ comprehẽduntur, & ad eas proximiorum appellatio refertur, vt tradit Baldus, conſil. 6. lib. 2. & conſi. 113. ſuper primo puncto, in prin. iuncto tit. illius conſilii, lib. 4. Dum appellatione proximi, excludit fœminam, ob ea verba, ex linea paterna, tanquàm ſine illis fuiſſet incluſa, idẽ Baldus, conſi. 120. ſuper primò puncto, facit dubitationẽ, eod. lib. 4. tradit Angelus, conſi. 289. viſo facto, & ſtatutis, col. 1. quem ita refert Deci⁹, conſi. 253. proponitur, col. 2. & conſi. 269. col. 2. & cõſi. 527. in ciuitate, col. 2. verſi. non obſtat, idem Decius, in l. 2. ff. de regulis iuris, vbi reſoluit fœnas de proprietate verborum, ſemper in omni materia proximiorum, appel-retract. linagier, §. 1. gloſ. 9. num. 201. Primogenitus autem dicitur, propriè, qui inter plures fratres, primus in lucem ꝓdiit, l. Arethuſa, ff. de ſtatu. homi. habetur in cap. Ioſeph. de verborum ſignificat. & per Bart. in pulchra quęſtione, in l. cum decem, §. fin. ff. de ſolutio. Bald. in l. quoties, C. de rei vindicati. Cæterùm hoc ius renouandi competit proximioribus, vt reſoluit Detius conſilio. 78. num. 3. col. fin. qui referr Romanum conſil. 22. in fine & rradit Ripa, in l. 1. ff. de priuileg. cred. num. 8. Alexan. conſil. 93. num 6. vol. 2. Ruinus, conſilio. 47. vol. 3. nu. 6. At in iure, in quo verſamur; quãdo eſt vocatus proximior, & ſunt plures eiuſdem gradus, præfertur primogenitus, quaſi is ſit proximior ordine Naturæ, hoc eſt quia primò natus, vt latè diximus, ſupra q. 17. num. 6.

5 Tertiò pro filia efficax, & viua ratio facit, quia cùm pręfictus abbas dominus directus fecerit promiſsionem per chyrographum, eamq; expreſsim ad renouationem nominauerit, & nomine collectiuo. *ou hum filbo*, ipſa ſine dubio, videtur præferenda & alter filius conſetur tanquã adiectus, ac proindè admittẽdus nõ eſt, ea exiſtente, vel etiã facta nominatio, nullius eſt momenti, argumento tex. in l. quod ſtipulatus, ff. de ſolutio. tx. in l. Stichum, aut Pamphilũ, §. quæſitũ, & §. vſumfructũ, tx. in l. qui hominẽ, tex. in l. cum quis, & l. eum qui ita, §. qui ſibi, ff. de verborum obligatio. tex. in l. ſed ſi filio, §. 1. ff. de cõſt. pecunia. tx. in l. cui rectè. ff. de noua. l. 1. §. ſi vſusfructuarius, ff. de ſtipul. ſeruorum, §. planè, inſtit. de inutilibus ſtipu.

Et prædictum chyrographum ſecundum conſuetudinẽ, huius regni, cum ſit confectum, ab homine nobili, habet vicẽ publici inſtrumenti, Ordinatio. lib. 3. tit. 16. § fin. & tit. 15. §. 14. ex quo non videtur eſſe opus alio inſtrumẽto, neque inueſtitura.

6 Quartò facit, quia cũ prædictus dominus directus, promiſerit renouare prędictæ Ioãnæ, perindè iudicandum eſt, ac ſi eſſet renouatum; & ipſa iam inueſtita, dominusq; cõpellendus eſt, eam recipere in emphyteutam iure renouationis. Moueor ad hoc forti, & efficaſsima ratione, primò quia qui promiſit ſe obligaturum, poteſt recta via conueniri ad rem ipſam; vt reſoluit Ioãn. And. in additio. ad Speculatorem, in rub. de obligatio. & ſolutio. col. 1. vbi expreſſè tradit, quòd qui promiſit intra certum diem, ſe obligaturum, ad dandũ mihi decem, poteſt ſtatim cedente die, ſine alia obligatione conueniri ad illa decem pręſtandũ, ſequuntur Romanus, ſingulari. 185. obligo. num. 2. Alex. qui dicit perpetuo mente tenendum, quia prima facie multi contrarium reſponderent, Socynus, Iaſo, & Purpuratus, qui omnes id dicunt ſingulare, in l. cum fundus, §. ſeruum tuum imprudens, ff. ſi certum petatur, reſoluit, idem Iaſo, in l. dominus teſtamento, notab. 4. ff. de condictione indebiti, idem Iaſo, in l. ſi fideiuſſor, §. meminiſſe, col. 1. verſi. tu adde, quòd in ſimili, ff. de legatis 1. dicit ſingulare Carolus Ruinus, in l. 4. Cato. §. notab. 8. & ibi quoq; Lãcelotus, Galiaula, col. 9. verſ. duodecimò, & Hermanoctius. num. 179. cum ſequentibus, ff. de verborũ obligation. tradit idẽ Ruinus, cõſil. 12. quamuis quæratur, num. 32. lib. 3. & conſi. 19. Viſa petitione, n. 14. lib. 4. Math. de Afflict. deciſ. 61. fuit lata, in principio, & in conſtitutione Siciliæ Capitaneorũ. col. vlt. & in conſt. licentiã col. 2. q. 10. idem

Galiaula, in rubr. ff. de verbor. obli-
gatio. verſic. ſciendum eſt tamen,
Ludou. Gozadinus, in repetitione, l.
2. in principio, C. de pact. inter em-
ptorem, & vendito. Gomezius, in
§. in perſonam, nu. 41. inſtit. de actio.
Caſſaneus conſil. 56. Rubeus, conſil.
29. viſo contractu. col. 2. Zaſius, cōſ.
10. in cauſa, num. 39. lib. 2.

Quintò facit, quia qui promiſit
ſe obligare per inſtrumentū, & per
eum ſteterit quominus ſe obligaret,
habetur pro obligato, poteſtq; tan-
quàm obligatus conueniri, tradit
Paul. Caſtrenſis, conſil. 52. tria ſunt,
lib. 2 faciūt quæ tradit Stephan. Ber-
trandus, conſ. 184. vidi caſum, 1. dub.
lib. 1. qui reſoluit, nihil referre fa-
ciat, quis pactum reuendendi incō-
tractu venditionis, an promittat fa-
cere ad ipſius contractus reproba-
tionem, ideſt, æquè poſſe reprobari
cōtractum ex huiuſmoli promiſsio-
ne, faciendi pacti, ac ſi factum fuiſſet
in ipſo contractu.

8 Sextò facit, quia promiſsio libe-
randi exceptionem parit, ac ſi libera
tio ipſa iam facta fuiſſet, notatur in
l. ſi intra, ff. de pactis, ex quo ibi no-
tat Bartol. quòd promiſsio liberādi
in futurum producit, exceptionem
inpręſenti, quòd dicit ipſe Bartolus,
perpetuò mente tenendum, idem
voluit Paulus Caſtrenſis, conſi. 342.
in cauſa lib. 2. vbi adducit, optimum
textum in l. ſi creditores, C. de fidei
cōmiſſ. vbi Bald. ſummat, diſpoſitio-
nē liberationis de futuro, inducere
exceptionem de pręſenti. & ibi Cor-
neus notat, ex fideicōmiſſo relictæ
liberationis, competere debitori ex
ceptionem, etiam ante pręſtitā libe-
rationem, & l. ſi non ſorte, §. adeò.
ff. de cōdictione indebiti, & ibi opti-
ma gloſſ. verbo, conducere, quæ tra-
dit, ꝙ ſi teſtator damnauerit hęredē,
liberare debitorem: quamuis ante-
quàm ab hærede, re ipſa liberetur,
ſit ad huc naturaliter, & ciuiliter de-
bitor, cùm neque teſtator eum libe-
rauerit, neque hęres fuerit in mora,
tamē debitor habet exceptionem,
& ſi ſoluat, actionem ad repetendū:
quam ibi ſequūtur Bartolus, Baldus,
Paulus, eamq; gloſſ. in contractibus
quoq; procedere, tradit, Franciſcus
Aretinus, in cap. veniens, extra, de
teſtibus, Carolus Ruinus, cōſ. 19. lib.
4. quinimò & eò caſu actionem cō-
petere, ſi debitoris intereſſet, eam
habere, vel ſi pactū ibi fuiſſet, veſti-
tum cohærentia contractus, ex-
plicat Tiraquellus, de retr. cōuenti.
ad fin. tit. fol. 337. num. 29.

9 Septimò facit, quòd tradit gloſſ.
in l. iubemus nulli, §. 1. verſ. acquira-
tur. C. de ſacroſan. eccleſ. vbi vult
illū textum loquentem, de pretio
dato, habere etiam locum in pretio
promiſſo tantùm: quaſi nihil interſit
an des, aliquid, an promittas dare.
Et quod alibi dicitur, paria eſſe rea-
liter ſoluere, & ꝓmittere deſoluēdo.
l. vlt. C. ad leg. Falci. & in l. fuit quæ-
ſtionis, & ibi Alex. notab. vlt. ff. de ac-
quir. hęreditate, & l. ſi patronus, §. de
illo. ff. de donatio. & l. quis teſtibus,
ibi, donatione, vel promiſsione, C.
de teſtibus, & l. generaliter, §. ex hoc
edicto, ff. de calumniato. Et quòd
alibi dicitur, prohibitum vendere,
cenſeri quoq; prohibitū, ne promit-
tat vendere, Tiraq. de retract. con-
uentio. ad finem tit. num. 30. & 43. &
52. & ibi quoq; tradit æquè prohibe-
ri beneficium promitti, ante vaca-
tionem, ac cōferri, num. 31.

10 Octauò facit, quod pleriq; tra-
dunt in l. ſiquis argentum, C. de do-
nationibus, qui voluerunt illam le-
gem de donatione loquētem, vt etiā
ea nudo pacto facta valeat, habere
locum



locum, etiam in ſimplici promiſsio-
ne donandi, quod voluit etiam Bar-
tolus, iuriſprudentiæ princeps, in
l. iuriſgentium, in princip. poſt me-
dium, & ibi quoque Fortunius Gar-
ſia, Hiſpanus noſter, col. 31. verſi. ſub-
ſequenter quæro. ff. de pactis, idem
repetita repetita lectione tradit Bar
tolus, in l. vltima, col. 2. verſic. non
obſtat, quod ex iſto. ff. de condictio.
ob cauſam, Angelus, in d. l. ſiquis ar-
gentum. §. vltimò, tradit Tiraquel.
vbi ſupra num. 31 & 47.

11 Nonò facit, quòd idem ius ſta-
tuitur, in dote conſtituta, & tradita,
atq; in promiſſa tantùm, & non tra-
dita, textus in l. vlti. ibi dederit, vel
promiſerit, C. de dotis promiſsio.
dosq; promiſſa data cenſetur, auth.
dos data, C. de donat. ante nuptias,
quam in hoc expendit Baldus, conſ.
230. actioni de dote, lib. 4. plura ad
hanc rem congeſsit Tiraq. de retr.
conu. ad fi. tit. nū. 32. Nec ſecus dos
ꝓmiſsa cōfertur, ac ſi tradita fuerit,
l. 1. §. 1. ff. de collatio. dotis. l. 2. C. de
collatio. ex eaq; dicitur mulier do-
tata, ac ſi etiam tradita fuiſſet, l. cum
poſt mortem. §. 1. verſi. ſed is de quo,
& ibi gloſſ. verbo. promiſerit. ff. de
adminiſtratio. tutorum, voluit Bar.
in l. cum plures. §. vltimo, in fine, per
gloſſā ibi. ff. eodem tit. Baldus, in l. ſi
pater, per illum textum, verbo. de-
ſtinatis. C. de ſponſalibus, idem Bal-
dus, conſ. 224. vir fuit confeſſus, col.
2. verſi. quartò hoc probatur, lib. 5.
Vbi alia iura allegat, Salycetus, in l.
ſi conſtante, col. 2. C. de donatio. an-
te nuptias, Fulgoſ. conſil. 40. Domi-
nicus, col. 3. verſi. indiuerſum facit,
Calcaneus, conſ. 30. incip. Antonius,
col. 4. verſic. nec obſtat, quòd dos.
Quamquam in contrarium, faciat
text. in l. Titio centum. §. Titio ge-
nero, verſi. ſi poſt diuortium, ibi: *vt
inciplat eſſe dotata.* ff. de conditionib.
& demonſtrat. quem tex. in id pau-
ci expenderunt: & alius tex. in l. ſi ſo-
cius. ff. pro ſocio, ibi: *Verùm in propoſi-
to largiter intereſſe videbatur, dos numera-
ta eſſet, an vero promiſſa*, quem tex. ita
expendendo, fortem arbitror, &
ſubtilem.

12 Decimò, confirmantur præ-
dicta, ex doctrina tex. in l. ſi donatu-
rus, §. 1. iuncta gloſſ. & ibi Paulus
Caſtrenſis, & Alexander, qui dicunt
eam cōmuniter teneri, vbi elegāter
tradunt, quòd ſtatutum & pactum,
deferens lucrum dotis marito, ha-
bet locum in huiuſmodi dote pro-
miſſa tantùm, idem tradit Iaſo. ibi. ff.
de condictio. ob cauſ. Textus etiam,
in l. mulier, in principio, iuncta gloſ.
ff. de conditio. inſt. & in l. ſi marito,
§ 1. iuncta gloſſ. & ibi Bartolus, Ra-
phael. & Paulus Caſtrenſ. & Alexan.
ff. ſoluto matrimon. §. dotis, & ibi
Angelus, in Authent. de nuptiis, &
gloſ. in l. ex diuerſo, verbo. hoc iuſtū.
& ibi Aretinus. ff. ſoluto matrimon.
Angelus, in l. ſi prædiorum, in fine,
C. ad legem Fald. vbi dicit, ſe ita cō-
ſuluiſſe, prout conſuluit, conſil. 76.
ſtatutum loquitur, & iterum latè,
conſi. 180. præmitto ad euidentiam,
Curtius iunior, qui hanc dicit eſſe
communem concluſionem, conſil.
129. præſupponitur, ad finem. Plura
refert more ſuo Tiraquel. de retra.
conuentio. ad finem tit. num. 33. vbi
nū. 36. reſoluit, ſtatutum deferens lu
crum dotis datæ obtinere, & in dote
promiſſa, vide illum, numeris ſeq.
vbi num. 35. authen. ſed quamuis, C.
de rei vxo. actio. dicit etiam proce-
dere, ſi pater dotem tantùm pro-
miſerat.

Ex quibus omnibus proculdubiò,

 vide-

videtur concludendum, quòd cum dominus directus promiſerit, per ſuum chyrographum, ſe renouaturum, emphyteuſim ad ſe deuolutam prædictę Ioannæ de Moura, & illam in emphyteuſi inueſtituram, perinde habendum ſit, ac ſi iam renouaſſet, & ipſa fuiſſet legitimè inueſtita: ac ob id iam dñus directus, variare nõ poſsit. Nec rurſus volũtatẽ ſuam mutare valeat, in eius præiudicium, ſed omnino compellendus ſit, ei renouare emphyteuſim promiſſam, cùm ex prædictis, eandem vim habere videatur, promittere renouationem, vel renouare, cum nihil inter hæc duo intereſſe videatur, promiſerit quis, an promiſſa cõpleuerit, cum ex ſola promiſsione aliquid faciendi, agi poſsit, ac ſi iam factum eſſet.

13 Verùm, prædictis non obſtantibus ipſum Antonium, ſorori ſuæ, in renouatione præferendum, ſecurè aſſerimus ex ſequentibus.

Primò ergo, conſideranda eſt forma conceſsionis emphyteuticæ, & inueſtituræ, quæ concepta erat in forma generali, ſcilicèt: *Que Vaſco Pereira nomeaſſe a ſegunda peſſoa, & a ſegunda nomeaſſe a terceira.* Quæ conceſsionis formula, diligenter eſt attendenda, ipſiusque inueſtituræ, tenor obſeruandus, ad eamque tanquàm ad ſcopum omnia referenda ſunt, textus in cap. 1. §. fin. quid ſit inueſtitura, textus in cap. 1. ibi: propter tenorem inueſtituræ, de duobus fratribus, per quem dixit ibi Baldus, quòd tenor inueſtituræ derogat, omni naturę feudorum. textus etiam, in cap. ſi cui, ibi tenorem inueſtituræ ſequendũ, de extra. cap. Conrra. Quæ iura, Bald. expendit, in l. quoties, col. 2. C. de ſuis, & legitimis hæredibus, & in prælud. feudorum diuiſione. 4. quo loco ait, ad tenorem inueſtituræ eſſe recurrendum, quia vim contractus oſtendit. plurium ad hoc auctoritates citat Tiraquellus, in l. ſi vnquam, verbo, libertis, num. 8. C. de reuocan. donat. & poſt eum tradit Paul. Pariſ. conſi. 1. n. 1. vol. 1. Alua. Valaſc. de iure emphyteu. quæſt. 39. nu. 4. Beroius, conſi. 95. nu. 11. & 14. vol. 1.

Eſtq; præciſa inueſtituræ forma attendenda, à qua non erit aliquo modo recedendum, vt eleganter dicebat Baldus, in cap. 1. §. denique, num. 1. quæ fuerit prima cauſa ben. amitt. in feud. & in cap. 1. per textum ibi, in fine, de ſuccesſio. feud. Curtius Senior. plura referens, conſilio. 50. num. 5. Celſus, conſil. 26. num. 13. Peralta plura referens in rubri. de hæredibus inſtituendis, nu. 108. plura per Tiraquell. in l. ſi vnquàm, C. de reuoc. don. verbo, libertis, nu. 8. Moly. de Primogeniis Hiſpan. lib. 1. cap. 2. nu. 27.

14 Ex præmiſſa igitur formula conceſsionis, ſumus extra terminos iuris cõis, illiusq; quæſtionis, an fuerit ex tali conceſsione, ius aliquod quęſitum ſucceſſoribus, vel deſcendentibus ipſius primi acquirentis, cum ex huiuſmodi conceſſionis formula poteſtas, quemcunque etiam extraneum eligendi, ſeu nominandi data fuerit, ex Ordinatione Regia, libro. 4. tit. 62. in principio, & in terminis ſe ita conſuluiſſe, tradit Curtius, in tractatu de feudis. 3. parte. quæſtione vlt. n. 64. Quarè ad extraneum etiam hæredẽ eccleſiaſtica, emphyteuſis tranſire poteſt, vt tradit Afflictus, deciſio. 100. num. 2. Licèt, contrarium tradiderit Baldus, in c. literæ, col. 3.



de dilatio. Iaſo. num. 36. in l. 1. C. de iure emphyt. idem Iaſo. in auth. qui rem. C. de ſacroſan. eccle. latius examinat idem Iaſo, diſtinguendo in l. 2. nu. 202. C. de iure emphyt. & in l. 3. num. 74. nouiſsimè Valaſcus, de iure emphy. quæſt. 1. num. 9. vbi ſecus tradit in locatione, quæ ad quoſcunque tranſit. Sed emphyteuſis, ſub prædicta formula conceſſa, poteſt etiam alienari ſine domini conſenſu, vt per Aymon. Crauetta, conſil. 84. num. 11. lib. 1. Iaſo. in l. ſin. num. 6. C. de iure emphyt. tradit nouiſsimè Aluar. Valaſcus, de iure emphyt. q. 38. num. 23. ergo, &c.

15 Vrget etiã, qa emphyteuſis prædicta fuit finita, in pſona matris Antonii, & Ioannæ, cuius interitu expirauit, & ad dominum directum deuoluta eſt. Quãobrem, cùm vſufructuarius, & emphyteuta æquiparentur, iuxta gloſſam, in l. 1. C. de iure emphyt. tradit Paulus, in l. 1. nu. 1. ff. ad Trebellian. tradit Alexand. conſil. 6. lib. 2. Rymidaldus, conſilio. 426. num. 7. lib. 3. & conſil. 94. num. 8. lib. 1. tradit nouiſsimè Valaſcus, de iure emphyteu. quæſtio. 15. num. 1. proindè, conſequens eſt, quòd quemadmodum vſusfructus finitus, ipſo iure conſolidatur cum ſua proprietate, l. 1. & per totum, ff. quibus modis vſusfruct. l. ambiguitatem, & l. corruptionem, C. de vſufruct. §. finitur, inſtit. eodem: ita & eodem modo, vtile dominium emphyteutæ conſolidatur cum directo dominio, vt reſoluunt communiter Doctores, in l. 1. §. permittitur. ff. de aqua quot. & æſt. Extinta enim cauſa, extinguitur cauſatum.

16 Cuius rei, euidẽs ratio eſt; quia cùm de iure communi, vt in auth. de non alienando. §. emphyteuſim, tùm etiam, de generali huius regni cõſuetudine, in tertiam tantùm generationẽ, emphyteutica bona concedantur: & pacta huic contractui, adiecta diligenter ſint obſeruanda, ex partium lege, & conuentione, vt l. 1. C. de iure emphyt. tempore conceſsionis limitato; & ſic extincta generatione reſoluitur emphyteuſis, & tanquã poſt tempus prohibita ad dñm regreditur, tx. in ſui ratione, in l. ſeruus. §. 1. & ibi Bal. & in l. epiſtola, §. vlt. & ibi Paulus, ff. de pact. & in l. ſtatu liberum. §. Stichum, & in l. Titia cum teſtamento, §. vlt. ff. de leg. 2. cũ aliis allegatis ſupra, q. 10. n. 1. ad fi.

17 Ex quibus, cum expirauerit emphyteuſis, vtpotè finita per generationem: expirauit quoq;, & extinctum eſt vtile dominium, ac proindè, cum directo conſolidatum eſt: licèt poſſeſsio naturalis non amittatur, vt tradunt cõmuniter ſcribẽtes, in l. naturaliter. ff. de acquir. poſſeſs. tradit in terminis Gozad. cõſ. 39. n. 4.

Quod adeò verũ eſt, vt finita emphyteuſi, res ipſa reuertatur ad dñm libera, & ab omni onere pignoris, ſeruitutis, vel alterius obligationis ſoluta, quod reſoluit Affl. decis. 380. nu. 2. & 3. tradit tx. in c. 1. §. rurſus, & ibi Bal. & Aluar o. & oẽs, in tit. quibus mod. feud. amitta. tex. in c. 1. §. quid ergo, & ibi DD. de inueſtitura de re. alie. fact. tex. in c. 1. in fi. & ibi etiam Bald. tit. de controuerſ. inter vaſal. & ali. Cyn. in l. ſi duobus, q. vlti. §. ſin autẽ ſub cõditiõe, ad fi. C. cõia de leg. Petr. Iaco. tit. de act. in rẽ, pro re emphy. col. 10. verſi. itẽ eſt notandũ, tradit Ioan. Fab. in l. vlt. C. ſi ſi alien. res pigno. data ſit, Baldus. conſi. 371. incipien. Maphiolus inueſtiuit. libro. 1. Imola, conſilio. 8. in caſu præmiſſo, col. fina. verſic. circa ſecundum,

Paulus Caſtrenſis, conſi. 68. in cauſa præſenti, lib. 2. Alexand. conſil. 38. conſideratis his, col. 2. verſi. alia ratione, libro. 2. & conſil. 173 viſo themate, libro. 2. aliàs 91. lib. 3. Idem Alexander, conſilio. 11. ponderatis his, libro. 3. Guido Papæ, deciſio. Delphin. 575. & deciſio. 428. in fine, quidam Anto. & deciſ. 625 emphyteuta poteſt, Guillelm. Benedictus, in cap. Raynutius, verbo. & vxorem nomi. Adelaſiã. num. 560. de teſtam. Steph. Bertrandus, conſi. 3. inſpecto, in fine lib. 3. Curtius de Feudis par. 4. quæſt. 14. & Boerius, deciſio. 181. ſi emphyteuta, Carolus Molyn. in conſuetu. Pariſien. tit. 1. §. 3. glo. 5. q. 5.

Quæ cõcluſio vera eſt, qñ res emphyteutica redit ad dñm, ex neceſſaria conſolidatione, proprieque iure domini: quale eſt, vel per generationem finitam, vel ex commiſſo, vel fellonia: ſecus, ſi ex actu voluntario donationis, vel ſucceſſionis ex teſtamento, vel ab inteſtato. Tunc enim, res non redit liberè ad dñum, ſed probabilius eſt, durare hypothecam, aliaq; onera, impoſita ab emphyteuta, vel feudatario, vt dixit Petrus à Bellapertica, & Ioannes Raynaldus, quos refert Curtius de feudis. 4. parte. quæſt. 19. ad finem, Guido Papæ, deciſio. 585. & Guilelm. Benedictus, in cap. Raynutius, verbo. & vxorem, num 561. & Boerius, deciſio. 181. Tiraquell. de retract. lignagier. §. 34. gloſſ. 1. num. 9. & Corraſius, in l. 3. num. 26. in fine, ff. de ſeruitutibus, & Molyneus, in conſuetud. Pariſienſes. §. 13. gloſſ. 5. num. 26. & Pynellus, de bonis maternis. l. 1. parte. 3 num. 72. verſic. vtilior limitatio. fol. 421. vbi per hoc ſingulariter limitat regulã. l. lex vectigali, ff. de pignor.

18 Quinimò, finita quoque emphyteuſi, vel feudo, ciuilem domini poſſeſsionem, Baldus, in l. 1. num. 38 ff. de rerum diuiſione: tradit illud operari: vt etiam naturalem emphyteutæ poſſeſsionem, ad ſe trahat: cuius ſententiæ, meminit gloſſa Gregorii Lopez. in l. 2. tit. 30. Partit. 3: & latè Tiraquellus, in tract. *Le mort*. parte. 3. declarat. 2 nu. 3.

Sicuti è contra naturalis, quãdoque poſſeſsio, trahit ad ſe ciuilem, iuxta gloſſ. communiter receptam, in l. ſed etſi nolit. ff. de acquirenda poſſeſsione, per Iaſo. in §. qui ad nundinas, num. 4. eodem tit. tradit latè Antonius Gomez. in l. 45. Tauri. num. 104. Caſtellus, in l. 17. Tauri. num. 73. Bald. vbi ſupra.

Ex quibus, illud in iure exploratum eſt, emphyteuticam conceſsionem, eiuſdem eſſe Naturæ, & qualitatis, vt finita generatione, finiatur quoque vtile dominium, & poſſeſsio, etiam extincta remaneat, vt reſoluit Afflictus, deciſio. 392. num. 18. per text. in l. locorum. C. de omni agro deſerto, lib. 11. per quem tx. concludit, quòd poſſeſsio, quæ ſine titulo poſſederi non poteſt, titulo extincto euaneſcit.

19 Quæ communis traditio, doctoribus anſam præſtitit, vt emphyteuſi finita, vel feudo ex tempore, vel cauſa commiſsi, rem emphyteuticam, vel feudum, poſſeſſore nolente reſtituere, nec dimittere: ipſi domino directo interdictum, vti poſsidetis, ex bene fundata iuriſprudentia tribuerint, vt videlicet, naturalem poſſeſsionem dimittant, & à moleſtia deſiſtant, quaſi per detentionem. poſſeſsionis naturalis, viderentur domino directo, moleſtiam inferre,

in ſua



in ſua poſſeſsione ciuili, & ab eo, vi, clam, vel precariò poſsidere, ita Bartolus, in l. 1. §. quod ait prætor, num. 17. ff. vti poſsi. ac proindè, ipſum dominum, ſi omiſſa via iuris, vellet emphyteutam, rei indebitè inſiſtentem turbare, poſſe quidem turbare impunè, neque aduerſus ipſum, emphyteutam iuuari, interdicto, vti poſsidetis, vt in terminis voluit Bartolus, in l. 2. num. 4. C. de iure emphyt. & ibi Angelus, col. 2. Neque improbat Iaſo. num. 103. nimirum, quia interdictum vti poſsidetis, non datur poſsidenti vi, clam, vel precariò ab aduerſario. l. 1. §. fin. ff. vti poſsid. & latiſsimè reſoluit Gomez. l. 45. Tauri, num. 169.

20 Quinimò ex eiſdem iuris principiis, interpretes ſingulariter deduxerunt, poſſe etiam dominum interdicto, vndè vi experiri, quod datur ciuili poſſeſſori. l. 1. §. deiicitur. ff. de vi, & vi arma, Tiraquel. de conſt. 2. parte, ampliat. 11. quaſi emphyteuta, finito tempore, non reſtituens emphyteuſim, ſpoliare videatur, tradit Baldus, conſi. 117. col. 1. lib. 3. quia poſſeſsio naturalis cenſetur iniuſta, finita ipſius cauſa, vt tradit copioſè Tiraquel. in tract. *Le mort*, 3. parte, declaratione. 1. num. 4. nouè Aluar. Valaſcus, de iure emphyt. quæſt. 18. num. 8. Ex quo elegãter Gozadinus, conſi. 39. in fine, finita emphyteuſi negat cõtra dominum interdictum, vndè vi, quia omnis poſſeſsio eſt extincta, & conſolidata cum directo dominio, iuxta l. fin. ff. ſi ager vectig. tradit Carol. in Conſuetud. Pariſ. §. 30. num. 173.

Ex quibus, veluti per quandã cõſequentiam, infertur communis illa omnium traditio, quòd quemadmodum nullum dominium, nullaque iuſta poſſeſsio à iure approbata, emphyteuſi finita, apud emphyteutam ſupereſt, ſed omnino extinguitur, cuius contemplatione fructus percipiebat: ita etiam cum iam incipiat eſſe detentator, ac ſine titulo domini poſſeſsionem vſurpare proindè ad fructuum reſtitutionẽ teneatur, ex eo tempore, quo reſoluta eſt emphyteuſis, ac extincta, ex his quæ diximus ſupra quæſtione 10. num. 10. & 8.

21 Item, nominatio, ſeu electio, & ius renouationis, relictum à matre, in teſtamento prædictæ Ioannæ, omnino inutile eſt, & inefficax, nullumq; poteſt iuris effectum producere. Quoniam vltimus poſſeſſor, emphyteuſis, ſeu vita, non potuit nominare, nec eligere, in iure renouationis, poſt mortem ſuã non durabili, nec illud legare. Vñ, inutile eſt prælegatũ, ſeu relictũ renouationis, ad emphyteuſim, ſpectato mortis tempore, quo emphyteutica cõceſsio reſoluitur, ad ipſius tantùm nominantis vitam redacta. Nec rurſus, poſt mortem talis nominatio, potuit ſortiri effectum, quoniam eius diſpoſitio, in tempus inhabile conferebatur: hoc eſt, poſt mortem vbi ipſa nominans, iam nullum ius habebat, neq; quicquã, niſi quandã ſpem renouationis, oĩbus heredibus pro indiuiſo, & coniunctim competentem, transferre poterat, quæ potiùs acceptò, ferenda erat iuris benignitati, quàm cuiuſuis perſonæ diſpoſitioni. Quapropter, prædictũ legatum mixta conſideratione, nominantis, & nominatæ, omnino inutile eſt, per ea quæ traduntur in l. in tempus, ff. de hæredib. inſtit. & ex traditis per Bartolum, in l. 1. ff. de reg. Catoniana, nu. 6. & ex tex. ſingul. in l. exiſtimo. 97. de verborum obligatio. & ibi Barto. tex. in ſpecie

in l.

in l. lex vectigali. ff. de pignor. Faciunt quæ tradit Anton. Gomez. in l. 40. Tauri, nu. 54. Nemo enim plus iuris, in alium transferre poteſt, quā ipſe habet, & legatum, quod quis facit morte ſua periturum, eſt omnino inutile, tex. in terminis, in l. ſerui electione. §. cū fundus, ff. de leg. 1. tx. in l. quod in rerum. 24. §. ſi vſumfructum. ff. eod. ibi: *Si vſumfructum habeā, eumque legauerim, inutile eſt legatum*, per quem textum, eleganter reſoluit Bartolus ibi, quòd ſi teſtator habet fundū in emphyteuſim, quæ in perſona eius debet finiri, & illum fundum legauerit ſimpliciter, viſus eſt tantùm ſe referre, ad ius quod habebat in eo, & per conſequens non valebit, tradit Baldus, per text. ibi, in l. vxor patrui. C. de legatis, & ibi Paulus Caſtren. tradūt etiam Imola, & alii, in cap. paſtoralis, extra de donatio. per quem textum, in emphyteuſi, idem reſoluit Antonius Gomezius. 2. tomo, contract. c. 12. n. 15.

Vlteriùs eſt textus in l. ſi domus, §. fin. ff. de legatis. 1. textus in l. ſeruus ab hoſtibus, eodem. vbi poteſt quis legare ſeruum ſuum, ab hoſtibus captum, ratione iuris poſtliminii, quod habet. l. id quod. l. ab omnibus, eod. text. in l. illa inſtitutio. §. 1. ff. de hæredib. inſtit. Probatur etiam, id efficaciter agumento. tx. in l. traditio. ff. de acquirendo rerum dominio. & in cap. nuper de donatio. inter virum, & ex regula tex. in l. nemo plus. ff. de regulis iuris. Nominatio enim emphyteutica, pro non facta habetur, ab eo, qui nominare non poteſt, ex regula tex. in cap. quod autem, in fi. de iure patronatus: vbi pro non dato habetur: quod datur ab eo, qui donare non poteſt. Textus etiam. 1. quæſtio. 7. cap. Diabertum, & de cōſecratio. diſtinctio. 4. cap. quomodo. & l. ſi filius. C. de donatio. Facit tex. in l. 2. C. de pœnis, & l. 1. C. qui pro ſua iuriſdict. & 62. diſtinct. cap. nulla ratio, & textus, in l. obſeruare. ff. de officio Proconſul. ad finem, & ibi Bartol. & in l. vniuerſæ, vbi Baldus, C. de legatis.

22 Habito igitur pro conſtāti, renouationem deſcendentibus, concedendam fore, vt latè ſupra probauimus, quæſtio. 8. n. 2. ſanè Doctores de hac re agentes, neque iura, quibus fulciuntur, explicant an filio primogenito, vel ſeniori, necne, facienda ſit renouatio, neque vllam conſtituunt differentiā inter filium, vel filiam, maiorem, vel iuniorem, conſtitutos in eodem gradu. Proindè ſecurè arbitror, q̧ cùm in hoc Regno eccleſiaſtica emphyteuſis, non iure hæreditario diuidatur, ſed vel iure ſanguinis, vel ex pacto, vel alio iure ſpeciali, deferatur liberis, ac deſcendētibus, repetitaq; ſucceſsiōe, in vnius tantùm perſona, ad poſteritatem propagetur, vt tradit ac reſoluit eleganter, Aluar. Valaſcus, de iure emphyt. quæſt. 50. num. 5. vbi alios refert, ob eamq; cauſam deſcēdentibus, neceſſariò facienda ſit renouatio, per dominum directum, electo vno, ac vocato, ad emphyteuſim, ex ipſis deſcendentibus, in eodem gradu conſtituto, obligationi renouandi, omnino ſatisfactum videtur, argumen. tex. & quæ ibi latè per ſcribentes, in l. vnum ex familia, verſi. itaq; ff. de legat. 2. & tex. in l. peto. §. fin. ff. eodem. Qui enim tenetur, vnum de familia eligere, vel qui tenetur aliquid familiæ relinquere, poteſt & vnum quem malit eligere. Neque obſtat tex. in l. cum ita. §. in fideicommiſſo. ff. de legatis. 1. & text. in l. peto. §. fratre, ibi: *Omnes fideicōmiſſum petēt, qui in familia*

lia



*lia fuerint: Quid ergo ſi non ſint eiuſdē graduſita res temperari debet, vt proximus quiſque primo loco videatur inuitatus*, quoniam ille tx. potius adiuuat noſtram ſententiam, qui in legato relicto familię, plurib⁹ de familia exiſtētibus, indiſpari gradu, proximum quemq; ordine ſucceſsiuo vocat. Sin autem plures exiſterent, in eodem gradu, tunc ſine dubio, electionem, ſeu optionem dari fideicommiſſario, per ſupradicta iura, ſatis perſpicuum eſt.

23 Hic igitur ſumus, in materia gratificationis, vt quemadmodum grauatus reſtituere vni de familia, quē malit, poteſt eligere ad fideicōmiſſum, eumq; nominare, qui ſit de familia defuncti, ita qui iure dominii, ad ſe directò pertinētis, tenetur vni ex filiis defuncti, per cuius mortem, finita eſt emphyteuſis, renouare, poteſt ſiquidem gratificare, & eligere minorem filium, excluſis etiam aliis fratribus ſenioribus, ad exemplum fideicommiſsi relicti in familia: in quo exiſtentibus pluribus in eodem gradu, licèt alius ſit maior ætate, vel ſenior, alius verò iunior exiſtat: nemo tamen illorum altero eſt proximior in gradu teſtatori, vel remotior, ſed vterq; vel omnes ſunt æquè proximi, ita & in emphyteuſi, iuſtaq; in vtroq; caſu videtur comparatio. Et in terminis, quòd dominus vni ex filiis deſcendentibus, & in eodem gradu exiſtentibus, ipſius emphyteutæ, poſsit cuicunque velit gratificare, firmat expreſsè Pariſ. conſi. 22. num. 36. lib. 1. qui plura allegat, & in terminis Palacius, in l. 45. Tauri, num. 16. Faciūt, quæ tradit Tiraquellus, de Primogenitura, quæſt. 17. opin. 2. n. 11. & quæ tradit Anton. Gomez. in l. 45. Tauri, nu. 57. vbi pater cōſtituens maioriam, poteſt eligere vnum ex filiis, quem velit, & minorem primogenito præferre, & ei potius gratificare, quàm aliis, vbi pluribus exemplis confirmat.

24 Gratificatio enim, tunc demū inducitur, & locum habet, quando quis confert beneficium in illum, ad quem beneficium debebat, neceſſariò peruenire, gloſſ. celebris, verbo, liberaliter, per illum tex. in cap. relatum, extra de præbend. per quem ita reſoluit Pariſius, conſi. 72. vol. 3. nu. 31. & 32. & qui tenetur eligere, gratificando videtur ob dictam cauſam facere, vt pareat grauamini ſibi iuncto illum eligendi. l. filiusfamilias. §. cum pater. ff. de legatis. 2. & in l. cum quidam, ita fideicommiſſum. ff. eodem, per quem ita Pariſius, cōſ. 72. num. 31. 32. & 33. vol. 2.

25 Facit elegans, ſimile quia etiam in expectantibus idem beneficium, eccleſiaſticum, quoniam illud diuidi non poteſt, locus eſt gratificationi, cap. duobus, de reſcript. lib. 6. per quem ita tradit Cyrier, de primogenitura, quæſtio. 10. in prin. num. 3. ita etiam tradūt Butrius, Panormitan⁹, & Barbatia, in cap. cum M, de conſtitution. tradit Rebuffus, in Praxi beneficiali. verbo, & cum clauſula gratificationis, fol. 164. n. 4.

26 Ex quo infero elegāter, quòd ſi duo in Data ſunt pares, ſeu æquales exiſtunt, vt mutuò ſe impediant, eſt locus gratificatiōi Papæ. Soletq; Papa ita reſcribere: *Tibi gratificando eo caſu, apoſtolica auctoritate cōferimus, &c.* vt poſt Rebuff. vbi ſupra, fol. 163. in prin. tradit Mandoſius, de ſignatura gratiæ, pagina. 6. vbi citat Caſſador. de renuntiatio. quæſtio. 2. n. 2. & Probum, in cap. ſi duobus, de reſcript. & quæidē ſcribit in regula Chancellarię, 33. quæſt. 14. num. 22. Hinc de ſtylo Romanæ Curiæ, apponi ſolet,

&

& cum clauſula gratificationis, &c. Quæ prodeſt in impetrationibus beneficiorum, vt ſi duo fuerint impetrantes à Papa eodem die, tunc attendatur is, qui fuit gratificatus, quia ambo non ſunt pares, ratione gratificationis, nec mutuò, ſe impediunt Felynus, in cap. Rodulphus, de reſcriptis: tradit Rebuffus, in tract. de pacificis, limita. 17. Calderin. conſil. 8. de reſcriptis. Vndè, illa clauſula gratificationis, eſt maximè vtilis, neque omittenda, quoniam etiam, ſi aduerſariꝰ prius, poſſeſsionem fuerit adeptus, tamen habens illã clauſulam præferetur, quia ius habet pinguius, tradit Rebuffus, in tract. de pacificis poſſeſso. num. 300. idem Rebuff. in praxi, n. 3. fol. 163.

27 Ex quo, ſecundò infero, quòd gratia, ſi neutri non habet effectum, vbicunque in gratia alterius impetrantis, eſſet clauſula gratificationis, ſcilicèt, quòd Papa in caſu concurrentiæ, illum gratificat, d. cap. duobus, eodem in 6. ſic conſuluit Paulus Pariſius, conſil. 117. ſi quærimus, vol. 4. per gloſſ. in cap. cum autem, de iure patronatus, & gloſ. in l. ſiquis in graui. §. ſi cum omnes. ff. ad Senatus conſ. Syllan. tradit expreſsè Rebuffus, in praxi benef. de reſcrip. ſi neutri, fol. 527. num. 18. Tertiò infero, ad id quod tradit Caſſadorus. de renunciatione, deciſio. 2. quam refert Rebuffus, in praxi, fol. 164. nu. 5. & 6. quem vide.

28 Quartò infero, quòd vbicunq; inter plures præſentatos, ad idem beneficium eſt paritas, locus eſt gratificationi, vt docuit Antonius de Butrio, in cap. quoniam, col. 5. & glo. verbo, & potior, & in c. cum autem, de iure patronatus, & Ioan. de Imola, in Clement. fin. §. pen. eodem tit. Idem quoque in non diſsimili caſu, tradit gloſſ. in d. l. ſiquis in graui, §. 2. verbo. contraxiſſe. ff. ad Syllani. & Barto. in l. 2. §. fi. ff. de cuſto. reorum. tradit idem Pariſ. conſi. 117. nu. 44. & 45. vol. 4.

29 Quintò infero, quòd in electionibus bonorum emphyteuticorum, ſeu nominationibus, eſt locus gratificationi pari ratione, per ſupradicta. Pro qua concluſione conſidero, elegantem rationem, & ſentẽtiam Baldi, in cap. 1. quemadmodum feud. ad fil. pertin. vbi inquit, quòd quãdo dominus directus tenetur facere renouationem feudi, filiis propinquis vaſalli, poteſt vnum eiuſdem gradus eligere, & aliis præferre, eiq; gratificare, etiam ſi ſit fœmina: idem ſentit Palacius Rubeus, in repet. rub. §. 69. num. 28. ſequitur Pariſius, vol. 1. conſi. 4. n. 42. & 43. vbi firmat, quando feudum pertinet ad maſculos, & ad fœminas promiſcuè, poſſe dominum in præiudicium maſculorum, fœminã eiuſdem gradus admittere, excluſis maſculis, & eidem feudum renouare. Pro qua ſentẽtia, adduco tx. in materia gratificationis, elegãtem in l. in naue Sauphei, iuncta glo. verbo, dumtaxat, in fi. ff. locati. tex. etiam, iuncta gloſſ. verbo, occupantis, in l. in illa ſtipulatione. ff. de verborum, textus. in l. fin. ff. de relig. & ſump. funerum. tex. in l. ſiquis. in 1. §. ſi inter duos. ff. de legatis. 2. tex. in l. ſiquis in graui. §. ſed cum omnes. ff. ad Syllania. Quibus probatur, quòd qui duobus tenetur, vnicuiq; ęqualiter, omnibus conſideratis, poteſt gratificare, cui velit, & alterũ præferre, ac eligere. Item, quòd cum pluribus quis debet aliquid facere, & ſimul petunt, qui tñ illud factũ, oĩbus inſimul exhibere nõ põt, tũc habet, locum gratificatio, hanc regulam, per prædicta iura, ſcripſit Damaſus,



ſus, vol. 12. tract. diuerſo. doctorum fol. 6. num. 42.

Faciunt etiam, quæ circa gratificationem tradit Cyrier, de Primogenitura, quæſtio. 10. de primogenio non diuidendo, quando inter duos fratres, eſt contentio, vt tunc habeat locum gratificatio. Item, quæ tradit Rebuffus, 2. tomo legũ Franciæ, in tract. de Pręconiis, arti. 7. glo. vnica. num. 18. Ex quibus omnibus cõcludendum vr̃, prædictum dñum directum, ad quem emphyteuſis deuoluta eſt, iure ſuo præferre in iure renouationis, poſſe dictum Antonium, eumq; ad emphyteuſim maternam vocare, excluſa ſorore ſeniore Ioanna, non obſtante matris iudicio, ac nominatione, cum clarum ſit, & iuris regulis conſentaneum, dñum poſſe præeligere iure ſuo, eiq; gratificare cui velit.

30 Vlterius, id oſtenditur efficaci, & viua ratione, nam emphyteuta, cui tantùm vtile dominium, ex contractu, quæritur tex. in l. 1. §. qui in perpetuum, ff. ſi ager vectigal. ſeu emphyt. vbi Bartol. Angel. & ſcribẽtes, tex. in l. poſſeſſores, C. de fund. patrimo. lib. 11. text. in l. ſiquis ex titulo. C. de diuerſ. præd. eod. l. 1. C. de fund. rei priua. l. fin. C. de locat. prædiorum ciuilium, tradit plura allegando, nouiſsimè Aluarus Valaſcus, de iure emphyteutico, quæſtio. 13. in prin. ac proindè emphyteuta acquirens, vel etiam ſecundus poſſunt, hic vel ille filium, vel filiam, ac nonnunquam etiã extraneum, pro arbitrio ſuo eligere, ac nominare, ac data à dño facultate, extraneo relinquere, cui malit, ex forma inueſtituræ, & de iure ſecundùm communes omnium traditiones, poteſt, pater vni ex filiis feudum, aut emphyteuſim relinquere, excluſis aliis vel vni filiorum prælegare, vt cœteri reuocare non poſsint, vt tradit Imola, in l. ſi domus, §. vltimò ad fi. de legatis. 1. idem Caſtaneus, conſ. 28. nu. 9. & idem in emphyteuſi reſoluit Caſtan. conſi. 43. num. 19. & n. 20. & rurſus, conſi. 57. nu. 8. & eam ſententiam, primus tenuit Speculator, titulo, de locato, §. nunc aliqua, verſ. 78. Baldus, in authen. ſi quas ruinas, col. 4. verſic. iuxta hoc quæro. C. de ſacroſan. eccleſ. idem Bald. in cap. 1. §. quia videmus. col. 2. verſi. ſed quęro de vno. poſt Iacob. de Belloviſu, ibi tit. Qui feudum dare poſſ. idem Bald. conſi. 451. nobilis Marchio in fine, lib. 1. Baldus, conſ. 197. lib. 3. tradit Imola, in l. cum ſeruus alios. l. idem Iulianus. §. ſiquis alicui, & in l. filiusfamilias. § cum pater. ff. de leg. 1. idem Imola. in cap. potuit, de locato. quæſt. pen. verſi. pro cuius declaratione, tradit Petrus de Anchar. conſi. 143. pro domina Paula. 1. dubio, Paulus Caſtrenſ. conſil. 177. in cauſa, quam magnificus, col. 4. verſi. ſed in contrarium, lib. 1. Ludo. Romanus, conſi. 35. viſa facti ſerie, vlti. dubio. latè Barbatia, conſi. 66. afferam in medium, col. 5. verſi. & licèt iſta ſint, lib. 4. Alexan. conſi. 12. perſpectis, col. 2. verſi. fortificari, lib. 5. idem Alexand. conſi. 27. videretur, lib. 5. Marianus, conſil. 25. dominos, Guillelmus Benedictus, in cap. Raynutius, verbo, in eodem teſtamento relinquens, in 1. nu. 186. Decius, cõſil. 194. viſo tenore, Gozadinus, conſi. 25. in hac cauſa. Cum igitur cõmunis, & recepta, ſecundùm prædictos ſententia, poſſe patrem vni ex filiis emphyteuſim relinquere, & quemcumque ex illis nominare, durante conceſsione emphyteutica aſſerat.

Qua obſecro ratione, id ipſum efficacius dominus directus, ad quem emphy-

emphyteuſis, pleno iure deuoluitur, non poterit, cum potentius ius habeat. Nam propter vnumquodque tale, & illud magis authent. multò magis. C. de ſacroſ. eccleſ. & argum. tex. in l. in re mandata. C. mandati. Etenim, quòd poſsit emphyteuta, vnum eligere: quem voluerit haber, ex conceſsione domini: finitâ ergo emphyteuſi, cum plenum ius, ad ipſum deuoluatur, cur nō poterit vni ex deſcendentibus emphyteutæ (cui maluerit gratificare) renouare ipſam emphyteuſim?

Abſurdū enim eſſe videtur, & iniquum, dominum id non poſſe, cum emphyteuta, qui ab eo cauſam habet, id poſsit, quòd ſi procurator domini, prout eſt emphyteuta, vt traditur per Bart. & Alex. & Iaſo. in l. 1. §. fin. ff. de noui oper. nunciat. poteſt eligere, durante vtili iure ſuo, non mehercùlè debet eſſe deterioris cōditiōis dominus, quàm procurator, vel dominus, quàm vaſallus. Ex quibus proculdubiò, cum dominus directus velit renouare emphyteuſim dictūq; Antonium eligere, eſt ſine dubio elect⁹, ſorori præferēdus, nec ipſa talem nominationem, ſeu renouationem reuocare poteſt.

31 Nec obſtat, ius renouandi eſſe hęreditarium, ac proindè ipſi ſorori tanquàm hæredi vltimi emphyteutæ, competere videatur, ex traditis per gloſſ. Bar. & Angelum, in d. l. 1. §. permittitur, & Alex. cōſi. 10. col. pen. lib. 1. Anchar. conſi. 134. in fine, cum aliis adductis à Decio, conſi. 78. col. 1. & 2. & in conſi. 131. col. 3. & 4.

Nam nec id inficiamur, ipſi competere: ipſamq; ſororē, habere probabilem ſpem, ſi dominus ipſi velit gratificare. Cum autem, in domini arbitrium, eligendi poteſtas, à lege conferatur, vnum de deſcendentibus: non tamen vnum certum eligendi neceſsitas iniūgitur, duobus, vel pluribus exiſtētibus, in eodē gradu. Vlterius cū eccleſiaſtica emphyteuſis (in iſto regno) ad vnum ex hęredibus, tanquàm quid indiuiduum debeat pertinere, & nō ad duos, vel plures, dominus directus eligendo vnum, & ei renouādo ſatisfacit obligationi, taliterq; renouatus, & electus, ſine dubio præferendus eſt.

32 Vltimò conſidero Regiā Ordi. lib. 4. tit. 62. §. 3. incip. *E finandoſe*, quæ emphyteuta, ab inteſtato mortuo, nulliſq; hæredibus legitimis exiſtentibus, ſtatuit emphyteuſim, ad dominum deuolui, ſuperſtitib⁹ autē filiis, vel deſcendentibus, tūc eo caſu maſculum etiā iuniorem, fœmineo ſexui, etiam ſeniori præferri, illiq; deferri, primum locū, excluſis ſororibus, etiam maioribus ætate. Ad cuius ordinationis interpretationem, ſolebam addere, quod ferè in ſimilibus terminis, tradit Bartol. in l. ius iurandi. §. ſi liberi. ff. de oper. libert. vbi ſcripſit, quòd ſtante ſtatuto, vt exiſtentibus maſculis, filia fœmina nō ſuccedat, ſi pater recipit emphyteuſim pro ſe, & filiis maſculis, & fœminis, tunc prius admittuntur maſculi, quàm fœminæ, & ſic vult Barto. ex vigore prædictorum verborum, licèt maſculi, & fœminæ pariter veniant, ſicut pariter ſuccedunt, vt in l. maximū vitium. C. de liber. præter. tamen ſi aliter ſe habeat patriæ, vel ciuitatis conſuetudo, illam fore obſeruandam, quòd fœmina non ſuccedat exiſtentibus maſculis. Tunc enim prædicta verba (licèt copulatiuè prolata) ordine ſucceſsiuo ſunt intelligenda, vt fœminæ deficientibus maſculis admittantur, l. Gallus, §. quidam, & ibi notatur. ff. de libe. & poſth. tradit Alexan. conſi. 9. col. 1.





vol. 5. quam Bartoli ſententiam ſequitur, vbi plures alios eam tenētes, refert Soci. conſi. 51. num. 36. lib. 4. & poſtquàm prædicta ſcripſerā, reperi nouiſsimè Valaſcum, de iure emph. q. 41. n. 4. qui alia plura ad hoc citat.

33 Adduco vlterius tex. elegātem, in c. 1. §. in feudis, in tit. Epiſcopum, vel abbatem, ibi: *Siquis ex tenore feudū acceperit, vt eius deſcendentes maſculi, & fœminæ, illud habere poſsint, relicto maſculo, vlterius fœminæ non admittuntur.* Eſt etiam tex. in c. 1. §. filia verò, de ſucceſſ. feudi, tex. in cap. 1. de eo, qui ſibi vel hęredibus ſuis maſculis, & fœminis, inueſtituram accepit, ibi: *Nō enim patet locus fœminæ in feudi ſucceſsione, donec maſculus ſupereſt*, quæ iura feudalia, ratione tx. in l. in multis. ff. de ſtatu homi. confirmari poſſe videntur, quoniam vt ibi inquit Iurecōſultus, in multis maſculorum, quàm fœminarum, præſtantior eſt ſtatus, & conditio, quod notat in feudis glo. 1. de ſucceſſ. feudi, notat etiam glo. in verbo, à ſucceſsione, in cap. 1. §. hoc autem, tit. de his, qui feud. dare poſſunt, obſeruat etiam Bartolus, in l. vt iuriſiurandi. §. ſi liberi, num. 5. ff. de oper. libertorum, per quæ iura, idem in Maioratibus reſoluit nouè Antonius Gomez. l. 40. Tauri, num. 61. & 63. quorum iurium argumento, ſine dubio etiā ſtricta iuris ratione, attentis iuris principiis aſſerebā, præferendum eſſe dictum Antoniū ſorori ſuæ, eoque volente admitti, eam excludi à renouatione emphyteutica, de qua eſt quæſtio per ſupra dicta.

34 Vltra prædicta cōſidero, quòd etiam, ſi æquale ius in renouatione prædictæ ſorori tribueretur, & concedamus hypotheſim, ipſamq; parem eſſe, in iure renouationis, poſtulando, nihilominus perpendenda ſunt cum iudicio, verba promiſſionis, de renouando in chyrographo contenta; ibi: *O emprazara a ſua filha Ioanna de Moura, ou a hum filho, por ſua juſta veedoria.* Conſideranda enim ſunt illa poſtrema verba: *Ou a hum filho.* Ex quibus manifeſtè apparet, prędictam promiſsionem renouandi, fuiſſe alternatiuo modo conceptam: ac perindè, ipſum dominum directum, tāquàm alternatiuè, obligatum, liberè poſſe illorū alterū eligere, & cuicunque emphyteuſim renouare, quē magis voluerit, vel cui gratificauerit. Ea eſt enim natura alternatiuæ promiſsionis, ſeu obligationis, vt licèt à principio, vtrunque vno ſpiritu in obligationem deducatur, vnum tamen ſit, in ipſius promiſsionis, ſeu obligationis ꝓmiſſione, & complemento. Electio itaque libera tribuitur, eligere debenti, tex. in l. vbi autem non apparet, §. qui illud, aut illud. ff. de verborum obligatio. l. ſi duo rei. ff. eod. tex. in l. illud, aut illud. ff. de conſtit. pecun. tx. in l. ſi in emptione. §. ſi emptio. ff. de contra. empt. tex. in regula, in alternatiuis, de regul. iuris, in 6. & in c. 1. de plus petitio. tx. in §. huic, inſti. de actio. tex. in l. plerunque. §. fin. ff. de iure dotium, l. non vtique, §. qui Stichū. ff. de eo, ꝙ certo loco, tx. in l. ſi hæredi plures. ff. de cōd. inſt. & etiā de iure Regio Caſtellę, eſt tx. in l. 24. tit. 11. Par. 5. vbi Greg. Lop. & nos copioſius dixim⁹ in tr. de Nominat. emph. q. 10. n. 50. cū ſeq. vbi vide.

35 Qui autem tenetur eligere vnum, inter duos, vel plures, alterumuè, eligendo vnum, ſatisfacit obligationi, argum. tex. in l. cum pupillus. §. vltimo. ff. de condit. & demōſtr. & l. ſi ita ſtipulatus. ff. de verborum obligat. vbi qui alternatiuè promiſit Stichum, aut Pamphilum,

ſi ſoluat Stichum, non tenetur ſoluere Pamphilum, ſed ſufficit alteriꝰ ſolutio, quoniam licèt in alternatiua promiſsione, vtrunq; ſit in obligatione, l. ſi duo, & ibi Bar. ff. de verb. oblig. tamen vnius ſolutiõe, obligationi, ſatisfactum eſt, tex. in l. ſiquis ita, & ibi Bartõ. & Alex. ff. de verbo. tradit Bald. in l. ea lege, col. fin. verſi. vlt. quæritur, C. de cond. ob cauſ. tx. in c. cum inter, de reſcr. glo. & Card. in Clem. i de cõceſſ. præb. Quorum iurium argumento, idem reſoluendum eſt, in emphyteuſi cum non ſit diuerſa ratio, vt quãdo quis promiſit, hunc, vel illum eligere ad emphyteuſim. tunc vel hũc, vel illum in emphyteuſi inueſtiendo, vel renouando, ſatisfaciat alterum ex contentis, in promiſsione alternatiua eligengendo, vel alteri renouando. Quapropter iam amplius mutãdi, voluntatem non habet variandiq; electionem, ſublata eſt omnino poteſtas. Cum iam vlterius eligere nõ poſsit: quoniam ius electionis, in hoc caſu ſecum trahit paratã executionem, & electione cõſumptum eſt, tradit Bar. per illum tex. ibi, in l. quicquid adſtringendæ, nu. 3. ff. de verbo. & ex regula tex. in l. ſi is cui, & ibi Bartol. ff. de leg. 2. & in l. apud Aufidium, & ibi Bar. ff. de leg. 1. tradit gloſſ. in l. ſtatu liberum. §. Stichum. ff. de leg. 2. & gl. in l. ſiquis ſtipulatus ſit Stichum, & ibi Barto. col. 1. verſi. ex prædictis, & ibi etiam Aretin. ff. de verb. oblig. Dynus, in l. ſi ſeruum, §. ſequitur, ff. eod. Bart. in l. eum, qui certarum. §. vlt. col. 1. & ibi Angel. ff. eod. idẽ Bar. in l. ſerui electione. ff. delegat. 1. vbi etiam Iaſo. quæ iura, & DD. pro regula conſtituunt, quòd quando ad aliquem ſpectat electio, non licèt amplius variare, quoniã habet vim executionis, ipſo iure.

Cum igitur præd. Anton. à principio fuerit in promiſsione alternatiua comprehenſus, & vel eius ſorori, vel ipſi dominus renouare promiſerit, & iam à domino ſit electus, iuris interpretatione, ſine dubio cenſetur, à principio tantùm fuiſſe in obligatione: quoniam in alternatiua obligatiõe, ſeu ꝓmiſsione, ille ſolus, qui eſt electus, cenſetur eſſe in ipſa obligatione, tex. in l. ſiquis ſtipulatꝰ, ibi: *Cum ſemel elegerit, mutare voluntatẽ non poterit*, & ibi Barto. n. 1. ff. de verb. Per quem etiam idem Bar. nu. 2. tradit, ꝙ quando electio ſecum trahit paratam executionem, nõ eſt locus variationi: nam ſemel eligẽs variare non poteſt, vt latè Dueñas, regu. 233. Ex quibus, omnibus ſatis euidenter apparet, ſatisfactum eſſe obligatiõi alternatiuæ, in epiſtola cõtẽtæ: nã ſimulac. A. electꝰ eſt, ſtatim iuris interpretatione, ſoror eſt excluſa virtute alternatiuæ, ſub cuius forma, qui ſe obligauit, vel promiſit, hunc, vel illum eligere, licèt vtrunque ſub verborum inuolucro, in obligationem deduxerit, vnum tamen animi ſui, deſtinatione in ꝓmiſsionis, ſeu obligationis executionẽ cõcepit. Quãobrèm, iura ſalubriter declararunt, vnius electione, ſeu ſolutione, obligationi ſatisfactum eſſe: quoniã aliàs iniquum eſſet promittentem, vltra eius intentionem obligare, contra tex. in l. cum quid, & ibi tradita. ff. ſi certum petatur.

36 Facit etiam vrgens ratio, pro d. Antonio, nam cum emphyteuſis (de qua eſt quæſtio) ſit eccleſiaſtica, & dominus directus, promiſerit per epiſtolam, ſe renouaturum d. Ioannæ, habito prius tractatu, & præmiſſa cauſæ cognitione (quod indicant illa verba, *Por ſua iuſta veedoria*, qui mos, & conſuetudo, apud nos pro lege obſeruatur) ſine dubio, inter contrahentes videtur actum, vt ſcriptura fieret, ſecundùm conſuetudinem regionis, & naturam ipſius cõtractus emphyteutici, de cuius ſubſtãtia eſt, in ſcriptis celebrari, & fieri ſcriptura interueniente, quam ſententiam ſcripſit Accurſius, in l. contrahitur. ff. de pigno. idem Accurſiꝰ, in §. adeò, inſt. de locato, verbo, nec ad locationẽ, vbi Claud. & Moderni, idem, in l. pactũ, quod bona fide, C. de pact. glo. in c. 1. §. poſtquàm, de cenſibus, lib. 6. ſcribentes cõmuniter in l. 1. C. de iure emph. Probus, in additio. ad Monach. d. §. poſtquàm, vbi cõmunem dicit ſententiam, num. 5. tradit Bald. conſil. 220. proponitur, nu. 1. lib. 1. idem Bald. in l. teſtium, nu. 2. C. de teſtibus, & ibi Salycet. col. 2. Hoſtienſ. in ſumma de locato, num. 11. Alex. conſi. 136. nu. 8. lib. 1. plures refert Pariſ. de Puteo. in tract. de reintegr. feudi. in cap. pone quòd eſt quæſtio, fol. 34. col. 4. n. 3. cõmunem Angel. in d. §. adeò, Imola. nu. 7. in c. potuit, de locato. Socin. conſi. 120. circa primum, n. 24. vol. 4. & rurſus, conſil. 169. nu. 12. lib. 2. tradit Afflict. deciſ. 72. num. 7. Cotta, in memora. verbo, emphyteuſis conceſſa, pag. 159. nouiſsimè Benincaſsius, in §. omnium, inſt. de actio. nu. 39. tradit Ant. Gomez. 2. tomo. cap. 2. nu. 17. Quod maximè procedit in emphyteuſi, eccleſiaſtica (vt in iſto caſu) in qua pro ſubſtantia contractus, ſcriptura requiritur. Pro qua ſententia, eſt textus, in authent. de aliena. & emphyt. collatio. 9. verſi. ſi verò non ſint chartularii, & eſt tex. de iure Regio, lib. 4. tit. 36. in principio, ibi: *Ante que ſe a tal eſcriptura faça, podeſe arrepender aquelle, que a eſcriptura auia de fazer, & arredar da dita conuença, & iſto auera lugar, quando o contracto for tal, que ſegundo direito non poſſa valer, ſem eſcriptura, & que a eſcriptura ſeja de ſubſtantia do contracto, aſsi como no contracto emphyteutico da couſa eccleſiaſtica, & em outros que ſegundo dereito, ſom de ſemelhante calidade, & condição*. Et paulò inferius, in §. 1. ibi: *& podeſe poer outro exemplo, &c.* Per quæ iura, & Regiam ordinationem, ſine dubio tenebã, prędictum Miehaelem de Azeuedo, dominum directum, licitè potuiſſe reſilire à tali obligatione. Quia cum contractus emphyteuſis eccleſiaſticæ, ex legis neceſsitate, ſcripturam requirat, impunè ante eam confectam, licita eſt pœnitentia: ſicuti, quando partes conueniunt, vt in ſcriptis fiat contractus, nec aliter valeat, vel per ſchedulas contrahunt, vel inuicem paciſcũtur, quòd contractus fiat in ſcriptis, vel etiam tacitè ineſt ipſi contractui, vt in d. §. 1. & tradit Hyppolitus, de probatio. num. 66. in quibus licitum eſt pœnitere, vt tradit Paulus, in l. contractus, C. de fide inſtrumentorum, nu. 9. idem Paulus, in l. qui bis idem, ff. de verborum, quem cum Fulgoſio, ſequitur Alciatus, in l. pactum quod bona fide, C. de pactis, & Decius, ibi, col. 2. Curtius, num. 7 Aretinus, conſil. 160. col. 3. Proindè, mirum non eſt, ſi potuerit dominus directus reſilire, & retrocedere, cum adhuc nullum ſit confectum inſtrumentum, neque ſcriptura emphyteutici contractus, ſed tantùm, nuda promiſsio interceſſerit in priuata ſcriptura, per iura, & Ordinationem ſupradictam, per quam ita in emphyteuſi eccleſiaſtica, idem reſoluit Aluarus Valaſcus, de iure emphyt. quæſt. 7. num. 9. & num. 11. expendens dictam Ordinationem, quatenus ſpecialiter loquitur in emphyteuſi eccleſiaſtica, &

in ea ponit exemplum, nam ſi idem voluiſſet, in emphyteuſi ſeculari, proprius fuiſſe, aſſerit legiſlatori in ea exemplum ponere, quã in eccleſiaſtica: quæ eſt diuerſi fori. Concludit igitur in emphyteuſi ſeculari, locum non eſſe pœnitentiæ: in eccleſiaſtica verò, ante confecta publica documenta, liberè poſſe contrahentes reſilire, ac retrocedere.

37 Quod autem, d. domini directi fuerit intentio, per ſcripturam contrahere, & nõ aliàs, colligitur ex verbis promiſsionis, in epiſtola contentis, ibi: *Que emprazara à dita Ioanna de Moura, ou à hum filho, por ſua juſta veedoria*, illa enim promiſsio intelligitur, ſecundùm naturam contractus emphyteutici, & ſecundùm conſuetudinem regionis, ſcilicèt, habito prius diligenti tractatu, & approbatione Ordinarii, auctoritatem ſuam præſtituti, item & confectione inſtrumenti, & ſcripturæ, vndè anteà contractus eſt imperfectus, per tex. in l. contractus. C. de fide inſtrum. & ibi gloſſ. tex. in §. 1. inſtit. de emptio. & vend. tradit Anton. Gomez. 2. to. c. 2. num. 17. & Ordinat. Regia, lib. 4. §. 3. tit. 31. de iure Caſtellæ, l. 6. tit. 5. Par. 5. & Ordinatio. lib. 4. tit. 36. in prin. per quam, antequàm fiat ſcriptura, licitum eſt pœnitere, & palàm eſt, contractus omnes geri, ſecundum loci, vel regionis conſuetudinem, licèt hoc in contractu non fuerit expreſſum, textus in l. quod ſi nolit. §. qui aſsidua. ff. de ędil. ędicto, notat Bartol. in l. nemo eſt, qui neſciat. ff. de doub. reis, ſtipul. tradit Abbas, in c. cum M. Ferrarienſis, de conſt. n. 5. & ibi additio latiſsimè, per tex. in d. cap. cum M. ibi: *Mandamus ſicut conſueuit*, & eſt tex. in l. circa, & l. excepto. C. locati, & l. domini prædiorum C. de agricol. lib. 11. tex. in l. ſemper in ſtipulationibus. ff. de regulis iuris. & verba contractus, dubia intelliguntur, & declarantur, ſecundũ loci conſuetudinẽ, Caſſan cõſi. 39. n. 103. Ex quibus omnibus, reſultat bene quidem potuiſſe, prædictum dominum directum reſilire, ante perfectionem contractus, & eligere prædictum Antonium, cum nullum ius ante cõtractus perfectionem, ſorori fuerit quæſitum.

38 Cœterùm, vt contraria à nobis præmiſſa, facilè diluantur, Primò, non obſtat primum fundamentum, pro prædicta Ioanna: quoniam facilè tollitur, attenta forma conceſſionis emphyteuticæ, neque etiam inficiamur admitti fœminam ad emphyteuſim eccleſiaſticam, ſi dictum ſit in forma conceſsionis, vel ſi nominata fuerit, vel ei fuerit gratificatum ab eo, ad quem pertinet, quorũ hic nullum interfuit.

39 Secundò non obſtat ſecundum fundamentum, in quo diximus prędictam Ioannam eſſe primogenitã, ac proindè, proximiorem eſſe vltimo emphyteutæ, dominumq; debere proximiori renouare: Quoniã reſpondeo, quòd quanuis ius renouandi, ſit hæreditarium, deſcendentibusq;, & proximioribus competat, non tamen perindè ſequitur, filio ſeniori faciendam eſſe renouationem, in caſu de quo agimus, cũ omnes filii ſint in eodem gradu, & ad probandum maiorem proximitatem, prioritatem, ſeu prærogatiuam gradus, probare neceſſe eſt, cũ ex prioritate gradus, maior proximitas demonſtretur l. 1. §. hac autem, & §. gradatim. ff. vnde cognati, & in l. Iureconſultus, in prin. ff. de gradibus, & in §. ſi plures, inſtitu. de legitim. agnat. ſucceſſ. & in §. finali, inſtitut. de ſeruili cognatione,





notat Bald. conſi. 161. ad finem lib. 1. Decius, conſi. 322. num. 5. ac proindè cum omnes filii (hoc eſt, præd. Ioanna, & Antonius fratres) ſint in eodẽ gradu, ambo pariter dicendi ſunt, æquè proximi, & cuilibèt ipſorum competit ius renouandi. Vndè licèt DD. in contrarium allegati aſſerant proximiori faciendam eſſe renouationem, nõ tamen præferũt filiũ maiorẽ, ſed aliquãdo dicunt proximiori agnato in gradu, aliquando deſcendentibus, aliqñ proximioribus renouãdũ fore: intelligẽtes, ꝙ quando concurrunt plures, ad renouationem, ꝓximior in gradu, vlteriorem, vel remotiorem excludat, non autem cum æquale ius habent deſcendẽtes, & oẽs ſunt ęquè proximi, & in eodẽ gradu cõſtituti: quo caſu præfertur, quem dominus elegerit, & locus eſt gratificationi, quando ad ipſum neceſsitas eligendi, deuoluitur, vt ſuperius latè comprobauimus. Doctoreſque de renouationis materia agentes, dicunt renouationem eſſe faciendam, deſcendentibus, ſeu proximioribus, ſine differentia prioritatis conſiſtentium, in eodem gradu. Quamobrèm, quæ de primogenitura diximus, locum habent, & vera ſunt, quãdo prior in gradu, vel ſenior vocatus fuiſſet, vel aliàs ex conſuetudine admitteretur.

40 Tertiò non obſtat, prædictum Antonium videri adiectum, quoniã hæc diluuntur, ſi conſideres, promiſſionem eſſe alternatiuam, ac proindè, æquè principaliter, alterutri fratrum, potuiſſe emphyteuſim renouari. Quartò nõ obſtat argu. de chyrographo, ſeu epiſtola, habente vim publici inſtrumenti, ex Regia Ordinatione. Quoniam prædicta Ordinatio, intelligitur in obligationibus, ſeu promiſsionibus puris, non in diſpoſitionibus intrinſecam, habentibus conditionem, vel obligationem alternatiuam: etenim in his, vt efficax actio competere poſsit, requiritur, quòd prius appareat, conditionẽ extitiſſe, vel ceſsiſſe diẽ obligationis, vel aliter conſtet de ipſius promiſsionis purificatione: vel etiã in obligationibus, ſeu promiſsionibus alternatiuis, alterum obligationis membrum deeſſe, vt obligatio ipſa, in vim contractus puri tranſeat, vt proindè, executioni mãdari poſſit: ſicut cœtera publica documenta, quę ex ſtatuto loci, vel approbata conſuetudine, executionẽ promerentur, & ita explicat Bartolus, & communis ſententia, quàm latè reſoluit Couarr. lib. 2. reſolutio. cap. 11. & ante eum Rodericus Soarez, in l. poſt rem iudicatam, in declaratione ad legem Regni, limitat. 5. poſt eum Alciat. conſi. 87. Corneus, conſ. 223. num. 4. lib. 2. & conſi. 112. lib. 1. Anto. Maſſa, in tracta. de forma obligatio. cameralis, fol. 24. Tradit Meneſius, in l. 1. ff. de legatis. 2. nu. 47. nouiſsimè aliud agens Valaſcus, de iure emph. quæſt. 7. num. 34. In huiuſmodi enim ſcripturis, ſumariè non proceditur, & ita intelligenda eſt Regni, lib. 3. tit. 16. in princ. & limitanda, vt non procedat, quando ſcriptura eſt, ſub conditione, vel ſub alia ſimili forma concepta, quæ demonſtret obligationem non eſſe puram: in his enim, prius conſtare oportet, purificatam, ſeu puram exiſtere conditionem. Quod & in ſimili ſpecie, de qua in præſenti apparet.

41 Nam cum obligatio, renouandi emphyteuſim, ſit alternatiuè concepta, verificari prius oportuit, non eſſe alterum fratrem, vel deſcendentem, in eodem gradu ſuperſtitem, vt electionis, libera

poteſtas tolleretur: & prædicta Ioanna admitti, ſibique renouari emphyteuſim poſtularet, argumento text. in l. Stichum, aut Pamphilum, ff. de ſolutio. l. non vtique, ff. de eo, quod certo loco. l. cum is, ff. de condi. indebiti, text. in l. ſtatu liberum, §. Stichum, aut Pāphilum. ff. deleg. 2. de iure Caſtellæ, l. 23. tit. 11. Part. 5. quibus probatur, ꝙ licèt in alternatiua obligatione, neutra res ſit præciſè, & neceſſariò in ſolutione, ſed detur electio debitori, tñ perempta vna re, ex rebus alternatiuè debitis, ad eā neceſſariò præſtandā cogi debitorem, præciſèq; cōpelli. quorum iurium argumento, & ratione, non inelegāter dici poteſt, tunc demum prædictæ Ioannæ actionem ſibi, aduerſus dñum directum dari, pro renouatione emphyteuſis, qñ alter frater nō ſupereſſet, quem dñs præferre poſſet, arg. tex in l. vnum ex familia. §. rogo, ibi: *Quandiu præferri poteſt alius*, & arg. tex. in l. cum pater. §. à filia. ff. deleg. 2. ibi: *Nam in eum deſtinatio dirigi poteſt, qui fideicōmiſſum inter cæteros remota matris electione habiturus eſt.*

42 Quintò non obſtat fundamentum, de quo ſupra 5. loco meminimus, quoniā illa ſñia, Ioan. And. Philippo Decio, d. l. cum fundus. §. ſeruum tuum imprudēs. 1. notab. ſuſpecta, & dubitabilis vr̄, plurimis rationibus, quia qui promittit ſe obligaturum ad decem, nō videtur ſe velle obligare de pręſenti, ex ſono verborū igitur non pōt, ſtatim ad illa decem, pręter intentionem ſuā conueniri, argumēto. l. nō omnis. ff. ſi cert. pet. Item, quia qui promiſit ſe obligare, tantùm ad factum obligatur, quia contractus ſunt facti, l. conſilio, in fi. ff. de curat. fur. & ad hoc eſt tx. in l. ſi pœnā, in fi. ff. de verbo. obl. vbi ſiquis hoc modo ſtipulatus eſt, pecuniā te mihi crediturum ſpondes? incerta eſt ſtipulatio, quia id venit in ſtipulationem, quod mea intereſt. Ex quo ſequitur, pecuniam ſtatim peti non poſſe, quia ad factum quis præciſè non tenetur. l. ſiquis ab alio, ff. de re iudicata. Tertiò, illa doctrina Ioan. Andr. ſuſtineri non poteſt, ex tx. in l. ſiquis ſtipulatus ſit Stichū, §. vlt. ff. de verb. obl. vbi ille qui promiſit fideiubere, non dr̄ fideiuſſor, ſed obligatur ad intereſſe. Quartò, ſuſtineri non poteſt, ex tex. in l. 1. C. de pact. pign. vbi notant Bal. & oēs, aliud eſſe pactum de vendēdo, aliud venditionem. Ex quo inferunt, ꝙ ſi de contractu venditionis, gabella ſoluenda eſt, non ſoluitur de pacto, de vendendo, quia ea promiſsio nō eſt venditio. l. in bonæ fidei §. ſi tamen, ſecundum vnā lecturā. ff. de eo quod certo loco, vbi probatur, conductionem eſſe bonę fidei, promiſſionem autem cōducendi ſtricti iuris. Pro Decio autem vbi ſupra addo, idem voluiſſe Angelum, in l. ſi pupillus, in fine, ff. ad legem Falcid. & ibi Alexan. ac proindè ſubdit Decius, obligatum ad uendendum, liberari, vendēdo ſimpliciter, nec per talem promiſsionem obligari ad tradendum, quod ante ſcripſerat Bal. in l. vlt. C. de pactis inter emptorem, idem ſcribit Franciſcus Aretinus, conſil. 28. incipiente, diligenter animaduerſis. 1. dubio, vbi ipſe reprehendit alios quoſdam conſultores, qui præſupponebant, pactum de vendendo, poſitum in inſtrumento, eſſe venditionem: quod falſum eſt. Nam licèt is, qui vendit, præciſè cogatur, ad tradendum, ſi habet facultatem rei reſtituendæ, neque liberatur ſoluendo, quod intereſt, voluit gloſſ. Bart. & alii, in l. 1. ff. de act. emp. & l. exemplo, in prin. eod. tit. & glo.



gl. in §. pretium, inſt. de emp. & vēd. cum aliis multis concordatis, adductis ab Alex. qui hāc dicit eſſe cōem opinionem, in l. certi cōdictio. & ibi quoq; Philip. Detius, ff. ſi cert. pet. & in l. ſtipulationes nō diuiduntur, col. pen. ff. de verb. obliga. Tamen is qui promiſit vendere, haud dubiè non cogitur præciſè tradere. etiam, ſi habeat facultatem rei reſtituendæ, vt per Fran. Areti conſi. 28. col. 1. verſi. plus dicit, & Iaſo. in l quoties, limit. 14. C. de rei vind. & Decius, qui alios allegat, conſi. 502. ex duobus, col. 2. verſi. ſed dato ꝙ valeret, & conſ. 503. ſuperioribus diebus, col. 1. verſi. ſecūdò reuocatur in dubiū. Idē ante eos tenuit Angelus, quem ipſi non allegant, conſi. 238. dictum punctum, in 2. dubio. Quintò, doctrina Ioa. And. ſuſtineri non pōt, ex tex. in l. quod, §. in factum, verſic. illud planè. ff. de ædil. edicto. vbi aliud eſt redhibere, aliud promittere de redhibendo, & ex tex. in l non omnes. §. vlt. ff. de re milit. vbi aliud eſt latrones deprehēdere, & trāfugas demonſtrare: aliud hæc ipſa polliceri, & ex tex. in c. qui poſt votum, & ibi glo. 1. de regul. lib. 6. vbi aliud eſt vouere, de intrando, ſiue ꝓfitendo religionem, aliud religionem profiteri: illud enim quemquā nō impedit, aliā profiteri, etiā laxiorem, & gloſſ. in l. Titius. §. fin. ff. de pign. actio. quæ dicit aliud eſſe dare pignus in ſolutum, aliud promittere, illud enim prohiberi, hoc minimè.

43 Sextò non obſtant argumenta, de quibus 6. 7. & 8. loco, quoniam vel ibi iam cōtractus erat perfectus, & demum promiſsio interceſſerat, de ſe obligando per inſtrumentum: tunc enim, cum iam obligatio perfecta ſit, & abſoluta; cum ſcriptura, ſolùm deficiat ad ſubſtantiā ꝓbationis, non verò cōtractus, tex & ibi gl. in l. cōtractus. C. de fide inſtr. poteſt vna pars alterā compellere, vt inter eas fiat inſtrumentum, & ſcriptura obligationis, pro faciliori probatione: quia ꝙ ſibi non nocet, & alteri prodeſt, cogitur quis facere. l. 1. §. deniq;. 1. ff. ſolu. matri. verbo, ſuſpectum, gl. in l. chyrographis. ff. de adminiſtr. tut. gl in l. pupillus. ff. de nouationibus, tenēt Bar. & cōiter DD. in l. ſi finita. §. elegāter. ff. de dāno infecto, tradit Ant. Gom. 2. to. c. 2. n. 17. quod ſecus eſſe intelligo, qñ aliud non interceſsit, quā ſimplex promiſſio, vel pactum nudum, ſicut in ſimili promiſsio de contrahendo, vel faciendo contractum, non eſt contractus, is qui in ea fieri ꝓmittitur, tradit Barto. in l. ſingularia, col. 4. verſi. aſſummamus, primò, ibi quandoque præcedit ſtipulatio. ff. cer. pet. tradit idē Bar. in l. ſi pupillus, in fine principii, & ibi Nicol. de Neap. Ange. Imo. Paulus Caſtr. & Alex. ff. ad leg. Falci. idem Bar. in l. iuriſgentium, in prin. poſt med. ff. de pact. & in l. vlti. col. 2. verſic. non obſtat quòd ex iſto. ff. de cond. ob cauſ. alia quam plura cōgeſſit Tiraq. de retr. ad fi. tit. nu. 44. fol. 338. verſo. & nu. 45. & 46. vbi ferè in ſimilibus terminis, refert Angel. cōſ. 184. ex forma, & ſerie, col. vlt. vbi dicit, ꝙ ex promiſsione facta, in locatione de renouādo finito tempore, non eſt quæſitum aliquod ius in re, neq; competit actio, tanquàm ſi res eſſet verè renouata: ſed actio ad intereſſe, & ſequitur Barbatia, conſi. 51. ſcripſit ſapientiæ fons, col. 13. verſic. ex iſto fundamēto, lib. 1. & Alex. cōſi. 68. viſis duobus, col. 2. verſi. ſupra dicta, lib. 1. ꝙ repetitur in conſi. 165. lib. 2. Math. de Affl. in conſtitutio. Siciliæ, incip. cōſtitutionē diuæ memoriæ, col. 12. verſi. vndecimò quæro.

44 Nec rurſus obſtãt, quę pro cõtraria parte adduximus, ſcilicèt paria eſſe ſoluere, & promittere deſoluendo, quia illud non eſt perpetuò verum. Plerunq; enim ſunt diſparia, vt tradit & probat glo. d. l. vlt. & ibi Corn. ad leg. Falcid. & Angel. in l. ea quæ, per tex. ibi, C. de donatio. ante nupt. probat etiã tex. in l. peculium, §. item deducitur, & ibi Salycetus, ff. de pecul. & in l. nã & maritus, & ibi gl. Alberi. Bar. Bald. ff. de cõd. indeb. iuncta l. quod ſi maritus, in prin. ff. de conſt. pecun. nam & qui promittit, non propterea ſoluit, l. nepoti. ff. de fundo, inſtru. per quam idem voluit Bal. d. l. vlt. cui cõcinit illud Ouidianum, de Arte amandi, lib. 1.

*Promittas facito: quid enim promittere lædit?*

*Pollicitis diues quilibet eſſe poteſt.*

45 Nonò non obſtãt quæ traduntur in l. ſiquis argentum. C. de dona. Nam Salycetus ibi, in §. ſed & ſiquidem, cõtra Bartoli ſententiã, & aliorum, quos ſupra retulimus, tenuit, ac defendit eam legem loquentem, in donatione, nõ habere locum in promiſsione donandi, quia aliud ſit donare, aliud promittere de donãdo, quod tradit idem Salycetus, in l. 2. col. vlt. C. de cond. ob cauſ. Ioann. Faber. in §. aliæ, col. 2. verſ. quid ergo ſiquis, inſtit. de donatio. Imola, in l. in ædibus. §. ex rebus, col. 1. ff. de donatio. & in cap. qualiter, extra de pactis, Ioan. de Anan. conſi. 64. viſa petitione, vbi dicit idem tenuiſſe Frãciſ. Rampo. in l. vlt. ff. de cõd. ob cauſ. & idem quoque voluit Baptiſta ſancti Seuerini, in tract. de pact. q. 6. col. pen. & Alex. in l. iuriſgentiũ, in prin. col. 3. verſi. item adde. ff. eodem, vbi dicit, hanc partem eſſe veriorem, quamuis Bar. ibi tenuerit contrariũ: idem quoque voluit Alex. conſi. 119. ſuper primo dubio, ad fin. lib. 7. Ang. Aretin. in §. in perſonam, col. 5. inſt. de actio. & Decius, in l. pacto, quo pœnam, col. vlt. & ibi quoque Alcia. C. de pact. Rurſus idem Salycetus, in l. Papinianus. ff. de don. inter virum, quòd appellatione donationis, non continetur promiſsio donãdi intelligitq; cum tex. requirentem traditionem, procedere in ſimplici promiſsione, tanquàm aliud ſit in donatione, vti etiam tradidit ante eum Bar. ibi, & glo. & Cynus, in l. 2. C. de dote cauta nonnumera. & expreſsè Bald. qui hanc facit differentiã, cõſi. 397. caſus talis eſt, lib. 1. & Caſtr. cõſ. 138. dicta donatio. col. vlt. lib. 1.

Facit etiã, quia aliud eſt donatio, aliud pactũ de donando, idem ꝙ hic tradit Exea de pactis, n. 392. vbi concludit. l. ſiquis argẽtum. C. de donat. quæ tribuit ex nudo pacto donationis actionem, non habere locum in pacto de donando, ſicq; limitat illã legem, d. nu. 392. vide illum, quoniã plura allegat in propoſito, idem tradit Dueñas, regu. 19. limit. 1. Sic etiã aliud eſt dicere: eligo, aliud volo eligere, quia infinitum nullã determinationem habet, l. ſerui electione. ff. de leg. 1. not. Boer. deciſ. 1. n. 3. ſic etiã aliud eſt ꝓmittere renunciare, aliud de facto renunciare, & liberationem facere tam in contractibus, quã vltimis voluntatibus, vt amplè voluit Franc. Aretinus, cõſi. 6. col. 2. & aliud eſt promittere de renunciando, ſeu vendendo, & aliud in effectu renunciare, vel vendere, ex in l. 1. & ibi Butric. & Angel. C. de pact. pig. gloſ. in l. bonæfidei. §. ſi tamen. ff. de eo, ꝙ cer. loco, plura allegat Boeri⁹, deciſ. 3. nu. 1. quem vide. Sic etiam promiſſio, de renunciando omnibus bonis, tam paternis, quàm maternis: vltra quòd legitimã nõ cõprehẽdit, vt concludit Boerius. q. 3. n. 7. etiam eſt nullius momenti, & efficaciæ, vt tenet Aretinus, conſ. 148. & Paul. Caſt. conſi. 277. ad primum, verſi. & tertiò vltra prædicta, Boer. vbi ſupra n. 15.



46 Vltimò, non obſtant, quę decimo, ii. 12. loco, pro contrariis adduximus: nã quòd ibi diximus de ſtatuto, deferente lucrum dotis datę, trahi ad dotem promiſſam, pleriq; ex diametro contrarium tenent: inter quos eſt Bart. ſibi cõtrarius, d. l. iubemus. §. 1. col. 1. verſic. veniamus ad quæſtionem, C. de ſacroſan. eccleſ. Caſtrenſ. d. l. ſi marito. §. 1. ff. ſoluto matri & in d. l. ſi donaturus, §. 1. & ibi Alexand. col. fin. ff. de cond. ob cauſ. Aretinus, in rub. ff. ſolu. matri. col. penult. & Matheſelanus, notab. 74. nota ꝙ ſtatutum, & Socyn. in l. de diuiſione, col. 3. verſi. circa tertiũ, ff. ſoluto matr. Carolus Ruinus, ſibi contrarius, in rub. eiuſdem tituli, nu. 98. & 102. & conſi. 197. caſus de quo, nu. 5. & ſeq. lib. 1. & nu. 8. & conſi. 225. viſis his, col. 1. verſi. vndè ſequitur, eod. lib. 1. & conſi. 34. copioſè, col. 1. lib. 3. & conſi. 56. in cauſa, col. 1. lib. 5. Quinimò contrarium eius, quod diximus de ſtatuto repellente, fœminas dotatas habere locum, cum dos tantùm eſt ꝓmiſſa, aut legata, tenuerunt Iacob. Areti. Petr. Cyn. & Raynerius, & Fulgoſ. in d. l. non ſine, C. de bon. quæ liber. Imola, in l. Titio centum, §. Titio genero. ff. de cond. & demonſtr. Iſernia, in d. cap. 1. col. 6. verſi. de æquitate, titulo de natura ſucceſſ. feudi, Alex. conſi. 13. circa primum dubium, col. 4. lib. 3. & Socin. ſibi contrarius, conſil. 207. in cauſa dominæ Annę, col. 2. verſi. ſecundò conantur, lib. 2.

47 Nec rurſus obſtant, quæ diximus de auth. ſed quamuis, C. de rei vxoriæ actio. habere locum in dote promiſſa. Nam contrarium obſeruauit glo. verbo, diminuere, quam ſequuntur Angel. Areti. in §. fuerat, col. 14. verſ. in ea glo. ibi, quod patet, & ibi etiã Iaſo. ſibi contrarius, qui eã gloſſam dicit notabilem, col. pen. n. 134. inſt. de actio. Ex quibus ſatis copioſè, vt arbitror hanc quæſtionem, pro vtraque parte diſputauimus: in qua ſine dubio arbitrabar pręd. Antonium, fore pręferendũ, ſorori in iure renouatiõis, maximè, cum iam res non ſit integra, quo caſu, iam eſt ius quæſitũ parti, & haberetur iam pro renouato in emphyteuſi, cum foret de proximo renouandus, arg. l. fin. ff. de mili. teſtam. vt in iſto caſu cõtigit. Nam cùm iam expediretur titulus emphyteuticus, per Chancellariam, aduerſa pars, allegauit ſuas exceptiones, quibus titulus minimè expeditus eſt. Cum igitur, iam res non ſit integra, quia ſcilicèt iam acceſsit domini conſenſus, & decretũ, diligensq; tractatus, per viſum honeſtiſsimorum hominum interuenit, ideò, quamuis ſororis potior cauſa eſſet, nihilominus ipſa foret excludenda, ex traditis per Ludo. Gozadin. conſi. 71. num. 1. vbi pro vera cõcluſione reſoluit, inueſtitura iam alteri facta, nõ poſſe ꝓximiorẽ emphyteuſim petere, & ſic limitat Bar. & aliorum communem traditionẽ, non procedere, quando res non eſt integra, & alius eſt inueſtitus, de emphyteuſi, vbi allegat Roma conſ. 76. viſis, alias conſil. 78. Item virtute, d. alternatiuæ obligationis, in epiſtola contentæ, quod intellige, vt ſupra q. 7. num. 29.

Quãobrem, pro Antonio ita poſteà fuit iudicatum per grauiſsimos Patres Senatus Bracarenſis, anno 1572. die 22. Martii. Quorum ſententia, poſtea in gradu appellatiõis

fuit confirmata, in Curia Sereniſsimi Cardinalis Enrici. Et interpoſita rurſus appellatiõe, commiſſa cauſa fuit etiam confirmata.

Sentẽtia autem dictorum Patrum, his verbis fuit concepta.

¶ *Acordão em Relação, Que viſto eſte feito, & embargos do embargante Triſtão de Moura, & contrariedade do embargado Antonio de Moura, com todo o mais em elle allegado, & prouado: moſtraſe os caſaes da cõtenda, expirarẽ per morte de Guiomar Peixota, molher, & mai dos embargãtes, & outroſi may do embargado, & ſe moſtra o Abbade directo ſenhorio dos ditos caſaes, dar hũ aſsinado, & conſenſo, q̃ per morte da dita Guiomar Peixota emprazaria os ditos caſaes a ſua filha Ioanna de Moura, ou a ſeu filho, que he o embargado. Moſtraſe o dito Abbade directo ſenhorio, por juſtos reſpeitos, emprazar os ditos caſaes ao embargado (que he filho legitimo da dita Guiomar Peixota) por via de renouação, & ſe paſſar carta de veedoria, o que o dito Abbade podia fazer, por ſer o filho, varão mais velho, & poder eſcolher filho, ou filha, qual quiſeſſe, por ao embargãte ſeu pai não pertẽcer o direito de renouar, ſenão aos filhos: o q̃ aſsi viſto, com o mais que pellos autos ſe moſtra, mandão que ſem embargo dos embargos, ſe faça prazo ao embargado, & ſe lhe paſſe pella chancellaria, & ſeja ſem cuſtas, ex cauſa.* Bartholomæus. Varejão. D. Antonius Leytão. Reuelhão.

# Quæſt. XIX.

## SVMMARIVM.

1 *Monaſterium, an petere poſsit renouationem emphyteuſis? Monaſterium habetur loco filij.*

2 *Feudum tranſit in monaſterium, ſi eſt acceptum pro ſe & filijs. Prohibitus alienare, poteſt tamẽ emphyteuſim, alienare in monaſterium, ipſum in ea re, inſtituendo, tanquàm ſuum hæredem.*

3 *Monaſterium etiã in certa re habetur loco filij.*

4 *Monaſterium eſt tanquàm poſthumus.*

5 *Feudum ſi eiuſmodi ſit, pro quo ſeruitium reale præſtetur, vel etiã perſonale, quod commodè præſtari poſsit, tranſit in monaſterium.*

6 *Feudum ſi tranſit in fœminam, trãſit etiã in monialem.*

7 *Emphyteuſis eccleſiæ, ſecũdùm veriorẽ ſententiã, in monaſterium non tranſit.*

8 *Ius petendi renouationem in monaſteriũ non tranſit.*

*Feudatario religionem ingrediente, feudũ ad dominum reuertitur.*

9 *Monaſterium indiſtinctè, non habetur loco filij, ſed impropriè, & per quandam fictionem, & ad hunc tantùm finem, vt excludatur ſubſtitutus, ſub ea conditione, ſi deceſſerit ſine liberis.*

10 *Ius renouationis perſonaliſsimum eſt, & in perſona deſcẽdentium, ſeu proximioris agnati, adeò inhæret, vt à perſona ei⁹, cui iure proximitatis competit, abſtrahi, & ſeparari non poſsit.*

*Renouatio non tranſit ad ceſsionarium.*

11 *Ius renouationis emphyteuticæ, cohæret qualitati deſcendentis, vel proximioris, vltimi poſſeſſoris: & eſt ius non ſeparatum à filiatione.*

12 *Ius ſepulchrorum ſanguini, aut familiæ competens, non tranſit in fideicommiſſarium, licèt ille reſtituta hæreditate, hæredis loco habeatur.*

13 *Ea, quæ nõ hæreditario, ſed iure ſingulari deferuntur, in ſucceſſorem etiã vniuerſalem non tranſeunt.*

*Noſtrarum emphyteuſim peculiare, & ſingulare ius eſt.*

14 *Praxis, apud nos non admittit emphyteuſim in monaſterium tranſire.*

*In potentiorem propter difficilem perſonis, exactionem emphyteuſis, non trãſit.*

15 *Miles, ſeu nobilis, ab homine plebeio, emphyteuſim obtinente nominari nõ poteſt.*

16 *Locatio facta in potentẽ, etiã ad modicũ tempus, dicitur alienatio, non minus probibita, quàm ſi inferiori fieret ad longum tempus.*

*Emphyteutica conceſsio ex eo eccleſiæ noxia eſt, & pernicioſa, quòd potentiori facta eſt.*

17 *Eccleſia ad emphyteuſim, nominari neutiquam poteſt.*

18 *Quæ ſit huius ſententiæ ratio.*

19 *Ciuitas, collegium, & vniuerſitas nominari non poſſunt ad emphyteuſim.*

20 *Potentia conſideratur ratione fori, veluti ſi ſit ſcholaris, clericus, aut religioſus.*

21 *Monaſterium de feudo, vel emphyteuſi, inueſtiri non poſſunt.*

*Renouatio, eſt veluti nouæ acquiſitionis ſpecies.*

22 *Alienatio legalis iure legitimo prohibita non cenſetur, & ſic ab inteſtato, & per mortem monachi alienatio legalis, non impeditur.*

23 *Per contractum, legalis alienatio impediri poteſt, & quæ in hoc vtilis clauſula.*

*Expreſſum illud dicitur, quod ad vnum tantum referri poteſt.*

24 *Monaſterium ex perſona monachi, renouationem petere non poteſt.*



1 DVbiũ eſt nõ vulgare, ꝙ frequẽter contingere ſolet, an renouatio emphyteuſis, quæ fortè ꝑ ingreſſum monialis, ſeu monachi in religionẽ, peruenit ad monaſterium, viuente monacho, eo mortuo cõpetat monaſterio: ita, vt excludat agnatum proximiorem, petentem renouationem? Quæſtio igitur in eo verſatur, an renouationem emphyteuſis, monaſterium petere poſsit? Et imprimis, in hac quæſtione, videtur vrgere efficax ratio, quæ ſuadere videtur, hoc ius renouandi in monaſterium tranſire, quoniam cum illud hæreditariũ ſit, & hæredibus, ac deſcendentibus vltimi poſſeſſoris competat, vt ſuperius reſoluim⁹, vr proinde, trãſire in monaſteriũ ex perſona monachi, ſeu monialis, quod hæredis loco eſt.

Cum habeatur loco filij, ex his quę not. in authen. ingreſsi. C. de ſacroſ. eccleſiis, in cap. in præſentia de probatio. vbi reſoluunt DD. monaſteriũ ſuccedere, in hæreditatẽ monacho cõpetentẽ, & in omnia jura & actiones, quæ regulariter in hæredem, vel ſucceſſorem vniuerſalem trãſire ſolent.

2 Facit pro hac ſententia quod in ſimili tradit ſpeculator in tit. de locato §. nunc aliqua verſic. 153. vbi ſcripſit, quòd ſiquis accepit feudũ pro ſe, & filiis ſuis, & poſtea ingrediatur monaſterium, feudum trãſit in monaſterium, de quo videndus Imola, Panorm. & alii, in d. cap. in præſentia, Bald. & Aluaro. in cap. 1. de mil. vaſ. qui arm. bell. depoſ.

Et comprobat gloſſæ ſententiæ, in l. ſi ita quis promiſerit. §. ea lege, verbo, intereſt. ff. de verbo. oblig vbi inquit, prohibitum alienare emphyteuſim, poſſe tamen alienare in monaſterium, ipſum in ea re inſtituendo, tãquàm in ſuum hæredem, cum ſit loco ſuorum, per tex. in auth. de ſanctiſſ. epiſc. §. ſed, & hoc præſenti.

3 Et ita etiam vult gloſſ. quòd etiã in certa re, monaſterium habeatur loco filii, quã ad hoc dicit ſingularẽ Baldus, in c. cum in magiſtrum, de electio. & in c. pen. col. 1. de præſcrip. ſequitur idem Bald. cõſ. 253. caſus talis, col. 2. vol. 3. & conſilio. 426. ſuper puncto,

puncto præmiſſo, verſi. in contrariũ facit, vol. 4. Ancharr. conſi. 165. quæſtio talis, col. 1. & conſi. 420. quidam ſer. verſ. hoc præmiſſo, Imola, in cap. in præſentia, de probat.

4 Quinimo, & monaſterium, eſt tanquam poſthumus, vt tradit Bald. in l. filius à patre. §. 1. & ibi Imola. ff. de hæred. ruſtit. & ideò reuocat teſtamentum prius factum, tx. in auth. ſi qua mulier, & ibi glo. Petr. Cyn. & Paul. & alii C. de ſacroſ. eccleſ. Bald. conſi. 9. mulier fecit teſtamentum, vol. 5. Federi. de Sen. conſi. 165. gloſſæ referunt, Imol. in l. 1. ff. de teſtam. Roman. conſil. 236. oppoſitionem, Capra, conſi. 147. in nomine.

3 Facit etiam pro hac ſententia, quod in ſimili tradunt DD. diſtinguentes, in feudo, vt ſi pro eo ſeruitiũ, reale præſtetur, ſcilicèt, res, vel pecunia, vel etiam ſeruitium perſonale, eiuſmodi ſit, quod honeſtè, & cõmodè, præſtari poſsit, tunc huiuſmodi feudum, in eccleſiam, ſeu monaſterium tranſeat, ita Salycetus, d. auth. ingreſſi. C. de ſacroſan. eccleſ. nu. 11. quem refert Affl. deciſ. 320. num. 2. & 3. & Decius, in cap. in præſentia, nu. 74. Curtius Iunior. de feud. 2. p. 3. partis prin. q. 10. & Iacoby. de feud. verbo, & quibuſcunque hæredibus, nu. 4. & tradit Alex. conſi. 10. num. 8. vol. 5. & plures refer Molina, aſſerens cõem; de primogeniis Hiſpa. lib. 1. c. 13. nu. 76. quod ita tenent omnes, ſecundũ Iulium Clarum, lib. 4. recep. ſentent. §. feudum, q. 78. nu. 1. vbi tamen eandem ſententiam, veram eſſe cenſet, non vt feudum, perpetuò apud monaſterium maneat, ſed tãtùm quoad cõmoditatem, durãte vita ipſius feudatarii, ita Bald. in c. 1. de mil. vaſ. qui arm. bell. dep. cuius ſniæ, nullus eſt contradictor, vt inquit Capitius, deciſio. 10. nu. 10. & emphyteuſim, tranſire in monaſterium, ſi emphyteuta religionem ingrediatur, videtur tenere Iaſ. in l. 2. n. 200. C. de iur. emph.

6 Faciunt etiam, quæ in ſimili tradit Speculator, tit. de feud. §. quoniã verſi. 21. argu. l. vni. §. ne autem, verſi. ſin autem ad deficientis. C. de cadu. toll. vbi inquit, quòd ſi feudum eiuſmodi ſit, quod in fœminas tranſiret, etiam tranſit in moniales, quoniam qñ ex pacto, vel aliter feudum, trãſit ad fœminam, videtur eſſe actum, vt ſeruiat per ſubſtitutum, quod poſt Speculatorem tenet Ioannes Andr. in additio. ad eundem, d. verſi. 21. & & idem videtur tenere Iacob. de Bellouiſo, in ſua diſtinct. in l. quiſquis, C. de epiſcop. & cler. & Andr. de Iſern. in cap. 1. in prin. de mil. vaſ. qui arm. bel. & in cap. 1. §. fin. de benef. fœ. & Fely. in c. in præſentia, fall. 3. & Alex. conſi. 10. viſo inſtrumento, col. 2. vol. 5. & Curtius, de feud. 2. par. 3. partis princ. q. 10. nu. 26.

Ex quibus, cum in hoc iuſta ſit emphyteuſis, ad feudum cõparatio, videtur abſque dubio, quod quemadmodum feudũ, & emphyteuſis in monaſterium tranſeunt, ita etiã, & ius petendi renouationem, ex perſona monachi, vel monialis, competat, Quoniam cum monaſterium, mediante perſona monachi, ſucceſsionẽ capere poſsit, vt d. auth. ingreſsi, & in auth. de monach. §. illud, & in c. cum ad monaſterium, & c. quod Dei timorem, de ſtatu monacho. Philip. Portius, conſi. 23. num. 30. & 31. conſequens eſt, vt ſit etiam renouationis capax, quæ venit in conſequentiam ſucceſsionis. Faciunt denique plura quæ tradit Tiraq. de retr. lign. §. 1. glo. 8. n. 19. vbi latè probat Monachum iura ſanguinis retinere, & ad ea, quæ iure ſanguinis deferũtur, admitti, retinere etiam iura ſuitatis, &



& latè proſequitur Molyna, de prinogen. Hipan. lib. 1. c. 13. n. 71. cũ ſeq.

7 Sed in propoſita ſpecie, pro cõtraria parte, non leuiter vrget eorũ ſententia, qui validè refragantur, indiſtinctè & ſimpliciter emphyteuſim, ſiue ab eccleſia, ſiue à priuato conceſſam, in monaſteriũ nõ tranſire, quaſi aliter conditio, domini directi deterior efficiatur, cũ nulla caducitatis, aut reuerſionis, ſeu deuolutionis ſpes ſubſit, propter finẽ lineæ, quam dicit cõmunem ſententiam Paulus Pariſius, d. cap. in præſentia. de proba. num. 196. cuius ſententiã amplectitur Iulius Clarus lib. 4. recepta. ſententiarum, §. emphyteuſis, q. 33. vbi ſubdit, eccleſiam, vel monaſterium, in omnẽ caſum, emphyteuſim alteri priuato vẽdere teneri, ſaltem infra annũ, & ita de cõſuetudine obſeruari, ex Speculatore d. §. nunc aliqua. q. 117. cui opinioni ſuffragatur Ordinatio Regia lib. 2. tit. 8. §. 1. vbi bona temporalia, ſiue in vita, ſiue teſtamẽto relicta eccleſiæ, ſeu monaſterio, ab eiſdẽ niſi per annũ poſsideri non poſſunt. ibi: *podelos hã peſſuir o tal moſteiro, ou igreja, hũ anno, & dia, no qual tempo ſe tirarã delles.* in quã rem faciunt, quæ tradit Alex. conſil. 120. num. 3. ad fi. & num. 4. vol. 1.

8 Quare ſi emphyteuſis iuxta veriorẽ reſolutionẽ, in monaſteriũ tranſire non poteſt, à fortiori, nec trãſit ius implorandi renouationem, ſeu inueſtiturã, à quo enim remouetur genus, remouetur & eius ſpecies, l. fundi. §. vlt. ff. de fundo inſtructo. Dyn. in regula. mora. 25. de reg. iur. n. 14. ſimiliter & eccleſia, ſeu monaſteriũ, de feudo inueſtiri non pñt, vt cõcludit Aluar. in c. 1. in prin. qui feu. da. poſſ. quem ſequitur ibi Cardina. Alex. & Curt. de feud. 2. par. q. 24. fol. 149. allegant ad id tex. in authen. de alien. & emphyt. in §. hoc verò, ibi: *Et quoniam cognouimus, ab aliquibus fieri alienationes monaſteriorum, vt hæc à ſacra figura in priuatorum conuerſationem, tranſferãtur; & hoc omnibus modis probibemus.* Qui tex. parum facit. Quarè gloſ. in c. 1. §. 1. verſi. poſtpoſuerit, de feudo, vel benef. fœm. abſolutè inquit, feudatario, religionem ingrediẽte feudum ad dominum reuerti, & monachum, in feudum ſuccedere nõ poſſe. Quam ſententiam probat tex. in cap. qui clericus, ſi de feu. fuer. controu. & in c. 1. de mil. vaſ. qui arm. bel. depoſ. tradit Bart. in l. ſi finita. §. ſi de vectigalibus, nu. 3. ff. de dãno infecto Curt. de feud. 2. p. 3. par. n. 16. Bened. in c. Raynut. verbo, & vxorem, deciſ. 3. n. 1. & 2. Affl. in c. 1. §. hoc illud, nu. 8. de benef. fœm. idem deciſ. 320. nu. 6. Iulius Clarus, in §. feudum, q. 78. nu. 3. verſi. ſed hæc concluſio, qui omnes id admittunt in feudo, cui eſt annexum ſeruitium, quod à monacho præſtari non poteſt. Quod probat tex. in d. c. 1. de mil. vaſ. ibi: *Habitumq; religionis aſſumpſit, & ſic conuerſus factus eſt. Iudicandum eſt domini, vel agnati, conditionem eſſe potiorem, eò quòd deſiit eſſe miles ſeculi; qui factus eſt miles Chriſti, nec beneficium pertinet ad eum, qui non debet gerere officium.* Facit in ſimili, nam & ius retractus, quod proximiori conſanguineo, ex ſtatuto defertur, non cõpetit monacho, nec monaſterio, vt tradit Guilel. Bened. in cap. Rayn. verbo, & vxorem nom. Adel. n. 220. & Caſſan. in conſuet. Burg. tit. de retract. §. 1. verbo, *Le plus prochain*, & Tiraquel. de retract. lignag. §. 1. gloſſ. 8 nu. 19. quare idem eſt in iure renouationis, quod proximiori agnato defertur. Quæ proximitas ſanguinis ſublata monachi perſona, nulla ratione in monaſterio conſiderari poteſt, nec in illud tranſire, cum ſit perſonæ extra-

extranea, cui nec emphyteuſis, nec renouatio cōpetit, vt eſt manifeſtū.

9 Nec verum eſt, ꝙ quidā perperā arbitrantur, monaſterium haberi loco filii, vt pleriq; exiſtimant, innixi auctoritate authen. niſi rogati, C. ad Trebell. & §. ſed hæc præſenti, in authen. de ſanctiſs. epiſcop. nam id improbat Bart. in d. auth. niſi rogati, & in authen. ſi qua mulier, C. de ſacroſ. eccleſ. & plures alii, quos refert Tiraquel. in l. ſi vnquam. C. de reuoc. donatio. verbo, ſuſceperit liberos, n. 47. ſed & ſunt, &c. Quin licèt id aliquando admittendum foret, id tñ eſt impropriè, & per quandā fictionem, & quandā veluti ſimilitudinē, vt inquit Bald. in l. filium, col. 1. ff. de his qui ſunt ſui, & in l. cum acutiſsimi, col. 1. C. de fideicommiſ. Nec id quidem verum eſt, ſemper, & indiſcriminatim, ſed ad hunc tantùm finem, vt excludatur ſubſtitutus, ſub ea cōditione, *Si deceſſerit ſine liberis*, de qua re tātùm, loquitur ille tx. ex ſñia ipſius Baldi, in d. l. filiū, & in d. auth. ſi qua mulier, notab. 3. & Panor. d. c. in præſentia. Quarè in ꝓpoſita ſpecie, ceſſat ratio petēdæ renouatiōis, cum monaſterium ipſum, non ſit de genere, nec de familia emphyteutę, licèt ſit hæres monachi, & ei ſuccedat, l. Deo nobis. C. de epiſ. & cler.

10 Vrget etiā pro hac ſñia, nō leuis cōſideratio, ſi cum iudicio perpendamus, hoc ius renouationis, perſonaliſsimum eſſe, & in pſona deſcendentiū, ſeu proximioris agnati, adeò inhærere, vt à perſona eius, cui iure proximitatis competit, abſtrahi, & ſeparari nō poſsit. Quarè, cum perſonale ſit, & pſonæ cohæreat, ad hæredē verū, vel fictum, minimè trāſit, ſed cum ipſa pſona extinguitur, tex. l. priuilegia. 156. ff. de reg. iur. ibi, *Quæ perſonæ ſunt, ad hæredes non trāſeunt*, tex. in l. 68. eod. ibi: *In oībus cauſis id obſeruatur, vt vbi perſonæ conditio, locum facit beneficio, ibi deficiente ea, beneficium quoque deficiat*, tx. in l. cū patronus. ff. de leg. 2. & l. 1. in prin. ff. de iure immunita. Et cum nō trāſeat ad hæredem, multò minus, ad ceſsionariū, l. ex pluribus, & ibi Bar. ff. de admin. tut. Iaſo. in l. ſi cōſtante, in fi. ff. ſol. mat. & in l. cum ſecundum. C. de fideicōm. & Decius, in l. ſi maritus, in fi. vbi Carol. C. de collatio. idem Carol. Moly. in extricatio. 3. Labyrinti. 16. legum, nu. 45. Hæc autem ꝓximitas in emphyteuſi cōſideratur, nō reſpectu primi, ſed vltimi emphyteutæ, decedētis, latè Soci. in l. ſi cognatis, ad fi. ff. de reb. dub. & Aug. Beroius, conſi. 93. n. 37. vol. 1.

11 Ius igitur renouationis emphyteuticæ, cohæret qualitati deſcendētis, vel proximioris, vltimi poſſeſſoris, vt latè ſuperius deduximus. Quarè cum hoc ius diſtinctum, & ſeparatum nō ſit à filiatione, deſcendētia vel proximitate, & ſic à iure ſanguinis, ſicut cœtera iura perſonæ cohærentia inſeparabiliter, ad illius hæredē extraneum nō trāſit, licèt in illū, aliàs trāſeant hæreditas, vel bona.

12 Sic videmus in ſimili, in iure ſepulchrorū, ſanguini, aut familiæ, cōpetenti, ꝙ nō trāſit in fideicōmiſſariū, licèt ille reſtituta hæreditate, hęredis loco habeatur, tx. in l. quia ꝓinde, verſi. reſtituta. ff. ad S. C. Trebel. ibi, *Reſtituta hæreditate, iura ſepulchrorū, apud hæredem remanent*, per quem tex. obſeruat Bart. ius patronatus eccleſiaſticum, ad fideicōmiſſarium non tranſire, ſed penes ipſum hæredem remanſurum. Quæ eſt cōmunis ſententia cū pluribus, quos referūt Couarr. lib. 2. Var. reſol. cap. 18. nu. 8. Padilla, in rub. C. de fideicōmiſſ. nu. 25. & Coſta, in cap. ſi pater, de teſtam. lib. 6. parte. 2. verbo, Trebellianicæ, nu. 4.



nu. 4. & Moly. de primog. Hiſpa. lib. 1. cap. 24. num. 5.

13 Ex quibus eadem ratione, cum ius renouandi agnationis, ſeu cognationis iure, & iure ſanguinis, non ſimpliciter hæreditario deferatur, vtiq; ad monaſterium monachi, ſucceſſorem irregularē, trāſire non poteſt, quoniam ea quæ non hæreditario, ſed iure ſingulari deferuntur in ſucceſſorem, etiam vniuerſalem nō tranſeunt, tx. in l. ſi patroni filius. 55. ff. ad Trebel. ibi: *Operarū actio, quæ trāſferri non potuit, apud hæredem manebit*, tx. in l. à filia. 62. ff. eodem, ibi: *Reſpondi id quod in dotem fuiſſet, non contineri in partem hæreditatis, quæ reſtituendā eſſet*: tex. in l. Lutius 78. eod. Exploratum nanq; eſt, in noſtro Regno emphyteuſes, per certas perſonas, ſingulari nominationis iure gradiri: & ceſſante electione, nō ad omnes filios pertinere, ſed ad ſeniorem: inſpecta ſexus pręrogatiua, & habere plura alia ſingularia, quæ nuſquam, vel à iure ciuili ſtatuta, vel apud alias gētes, nō ęquè, vt apud nos vſu recepta, reperiuntur. quare peculiarē tractatū deſiderant, quoniam quæ Iaſo. cœteriq; ſcripſerunt, noſtris moribus, nō omnino conueniunt, vt olim obſeruabat doctiſsimus ille Gonſalus Vaz, Primarius Conimbricenſ. in l. ex facto. §. ex facto. ff. ad Trebel.

14 Quarè apud nos, nihil magis ab omni iuris ratione alienum, excogitari poteſt, quàm exiſtimare emphyteuſim à dño directo cuiquā cōceſsā ad monaſterium, tranſire. repugnat enim, hoc concedentis intentioni, qui ſi à principio emphyteuſim vllo modo, ad monaſterium peruenire poſſe cogitaſset, eam nullatenus cōceſsiſſet. Eſt enim difficilis, exactio penſionis promiſſæ, ſi emphyteuſis tranſeat in monaſterium.

Vnde cum iudicio, lege noſtra Regia ſancitum eſt, in potentiorē propter difficilem pēſionis exactionē emphyteuſim transferri, non poſſe lib. 4. tit. 64. in principio ibi. *a peſſoa q̄ liuremente pague o foro*, quare is, à quo non tam facilè penſio exigi poteſt, cenſetur prohibitus tx. in l. fin. C. de iure emphy. ibi. *Si ius emphyteuticum ad perſonas non prohibitas, ſed conceſſas, & idoneas ad ſoluendum emphyteuticum, canonem*. & ibi notāt DD. præcipuè Iaſo nu. 97. & in cap. potuit. de locato.

15 Qua ratione miles, ſeu nobilis, ab homine plebeo emphyteuſim obtinente nominari nō poteſt glo. Bal. & Saly. & Iaſo, d. l. fin. nu. 90. elegātiſsimè Andr. Alciatus, reſpō. 29. n. 6. vbi militi ſancti Ioannis nominato, emphyteuſim negat, & generaliter in milite, ſeu nobili, probant DD. ex auctoritate Speculatoris, tit. de locato. §. nunc aliqua, q. 116. qui notabiliter reſoluit, bona eccleſiaſtica, militibus, ducibus, & ſimilibus perſonis, à quibus cum difficultate pēſio exigitur, locari non poſſe: quod etiam reſoluit Iacoby. in auth. qui rem, nu. 163. C. de ſacroſ. eccleſ. & Imola, in l. ſi finita. §. ſi de vectigalibus, ff. de dāno infecto, DD. in c. potuit, vbi Barbatia, nu. 17. de locato. & Bertrand. lib. 1. conſi. 34. nu. 5. Iulius Clar. lib. 4. recep. ſent. §. emphyteuſis, q. 22. Nec mirum, quoniam his, ne graues ſint, vicinis ſuis, rerum ſuarum prohibetur conductio, ſecundùm ea quę traduntur, in l. curiales, & l. ſeq. & l. fin. C. locati.

16 Qua ratione, in potentem facta locatio, etiam ad modicum tempus, dicitur alienatio, non minus prohibita, quàm ſi inferiori fieret ad longum tempus, vt voluere Angel. Bal. & Fulgoſ. in l. manumiſsiones. ff. de iuſt. & iure, vbi Claudius, & in l. imperator,

Perator. ff. ad Trebellia. col. 2. tradit Caſſan. in conſuet. Burg. rubri. 3. §. 8. verbo, *Enalienacion*, num 28. Molyna, de Primog. Hiſp. lib. 1. q. 21. nu. 30. Et hæc eſt cõis reſolutio, per quã dicta iura ad emphyteuſim extenduntur, teſte Grato, cõſi. 80. lib. 1. n. 7. Quarè, conceſsionem emphyteuticã, ex eo eccleſiæ noxiã eſſe, & pernicioſam, quòd potentiori facta eſt, reſpondit Panorm. nu. 3 in c. peruenit, de arbitris, & Alex. lib. 3. conſi. 9. ſub n. 5. Anchar. conſi. fi. ad finem.

17 Ex quibus (vt arbitror) ratione prædictæ potentię, gloſſa celebris, in c. potuit, de locato, ad eccleſiã nominari ad emphyteuſim neutiquã poſſe, cum iudicio reſoluit, cuius ſñia, cõiter recepta eſt, teſte Imola, ibi, n. 24. ad fi. & Iacoby in auth. qui rem C. de ſacroſ. eccleſ. n. 164. & Barbat. d. c. potuit, nu. 17. Alex. lib. 3 conſi. 9. nu. 5. Iaſo. in l. fin. n. 91. & 94. C. de iure emph. Ryminal. Senior. lib. 2. cõſi. 304. num. fi. & lib. 3. conſi. 422. nu. 3. & 4. latè Guillel. in c. Raynut. verbo, & vxorem, à n. 553. excellentiſsimus Menoch. conſi. 38. n. 48. vol. 1. Barto. in l. 1. C. de his qui potentio. nomi. vbi Iaſo. nu. 2. Anchar. conſi. 165. Aymon. conſ. 205. n. fin. Calcaneus, cõſ. 7. n. 7. Gomezius, in regula, de collitigantibus, q. 1. verſic. dicitur, idem Calcaneus, conſi. 51. nu. 8. Grattus, d. conſi. 80. vol. 1. Carolus, de Regaliis Franciæ, lib. 2. priuilegio 20. col. 3. cũ ſeq Bertrand. conſi. 34. n. 6. vol. 1. Carol. Moly. in conſue. Pariſ. §. 41. num. 57. cum ſeq. Pyrrhus, in conſ. Aurel. tit. de feudis, c. 103. Beſſanius, in conſuet. Aluerniæ. fol. 151. col. 4.

18 Cuius ſentẽtię ratio eſt, ne quo modo dominus omni cõſolidationis iure, vtilis dominii cum directo contra illius mentem, & intentionẽ careat. Cõpertum eſt enim, eccleſiã perpetuam eſſe, neque vnquàm deficere poſſe, cap. ſi gratioſè, de reſcr. lib. 6. Non enim mori poteſt, Ryminaldus, conſ. 400 n. 31. & 34. Item, nõ ſolet immobilia, quæ habet de facili vẽdere, vt exinde, & laudemii, & redẽptiõis, vlteriùs vllã ꝓbabilem ſpẽ, dñs habere poſsit. Deniq; multò difficilius, & maiore cum labore, pẽſio ab eccleſia, ſeu monaſterio exigi poteſt. Ergo, neceſſariò erit excludenda eccleſia, & tãquàm prohibita, nominari non poteſt, ſicuti præfati interpretes probant, & tradit Petrus Iacob. in ſua pract. fol. 77. col. 1. inferens hac ratione Reges Frãciæ, motos ſtatuiſſe, ne regni caſtra ad eccleſiam tanſire poſſent. Quãuis (inquit) & eccleſia cõmittere multa poſset, ꝓpter quæ, caſtra ad Regem reuertantur, iuxta notata in l. iubemus, C. de ſacroſ. eccleſ.

19 Eadem etiã ratio, quæ arcet eccleſiã à nominatione, idem ſuadet reſpondendum fore in ciuitate, collegio, aut vniuerſitate, ad quã ſimiliter emphyteuſis trãſire non põt, vt nominatim admonuit Bertran. cõſi. 34. n. 6. vol. 1. & Gratus, cõnſi. 80. lib. 1. Bal. in rub de rer. diuiſio. col. 1. tradit idem Bald. in c. 1. de alien. feud. n. 3. & 7. & Afflictus ibidem, §. 1. n. 7. & Paul. Pariſ. lib. 1. conſi. 27. n. 10. Qui ex ſupraſcripta ratione, eccleſię negant feudi ſucceſsionem, niſi à principio eccleſiæ fuerit conceſſum, vt contingit in Regno Apuliæ. Et quãuis in feudis ſpecialis, quædam ratio abundet eccleſiam excludens, quoniam bellica ſeruitia, ipſa impẽdere non poteſt, propter quod ex tacito quidẽ pacto, dr̃ à principio excluſa.

Nihilominus idem eſt in emphyteuſi cõcedendũ, in qua tacitè etiam videtur conuentio facta, ne quo modò eccleſia nominetur, ne repetendi ſpe dñs omnino careat, vt per Speculatorem, tit. de emphyteuſi. § 116. Alex. lib. 1. conſi. 120. gloſſ. & DD. in l. ſi ita. 135. §. ea lege. ff. de verbo. obli. verbo, intereſſe. Quæ nõtabiliter voluit emphyteuſim ad eccleſiam peruenire non poſſe, tam inter viuos, quàm per vltimã voluntatem, quia vt iam diximus, potentior eſt, & ex tacito pacto, nominari prohibita cẽſetur, quia id dominus interrogatus ſine dubio reſpõdiſſet, l. tale pactum, §. fin. & ibi glo. ff. de pactis.

20 Hæc autem potentia conſideratur ratione fori, ſi fortè quis ſit ſcholaris, clericus, aut religioſus, vt tradit Collectarius, in cap. 1. in fi. de alie. iudicii, Rebuff. 2. to. legum Frãc. tit. de ceſsione, glo. 2. pag. 454. gloſ. 1. in c. fi. de alie. iudi. quã ibi ſequitur etiã Collect. n. 1. Menoh. conſ. 38. ante nu. 48. vol. 1. Iul. Clar. lib. 4. recep. ſentẽt. verbo, emphyteuſis, q. 22. Cœphalus, conſi. 223. nu. 42. vol. 1. Vndè monaſterium potentius eſt, quoniã eſt alterius iuriſdictionis, & poteſtati ſeculari non ſubeſt, ex his quæ tradunt Angel. & Paulus, & alii, in l. 2. ff. qui ſatiſd. cog.

21 Ex quibus ſic reſolutis, ſatis manifeſtè oſtenditur, quòd ſi eccleſia, ſeu monaſterium, nominari ad emphyteuſim non põt, quia potentior eſt, tum etiã ob difficilem penſionis exactionem, & incertã reuerſionis ſpem, & cõſolidationis emolumentum, & ſic acquirere nõ poteſt: à fortiori, nec de nouo inueſtiri de feudo, vel emphyteuſi, nec de nouo ex perſona monachi, ſeu monialis, renouationem prætendere, quoniã ſi acquiſitio prohibetur, quæ eſt genus & à fortiori renouatio, quæ eſt acquiſitionis ſpecies, argu. l. 1. & ibi Bar. ff. de ſuis, & legit. hęred. tradit Caſſa. conſi. 1. fol. 4. n. 33. verſi. nunquid autem. Vndè quod quis non poteſt facere in genere, non poteſt facere in ſpecie cap. tua, de decim. l. in obligatione. ff. de pigno.

22 Nec obſtat, quòd hæc acquiſitio ex perſona monachi, legalis ſit, ac proindè, alienatio legalis, iure legitimo prohibita, non cenſeatur, in incertũ genus perſonarũ, quale eſt monaſterium, & ſic abinteſtato, per mortem monachi, legalis alienatio non impediatur, per tx. in l. cum pater. §. cum inter, ſecũdùm vnum intellectum, ff. de leg. 2. & eſt glo. ſing. in l. pater, §. Iulianus Agrippa, ff. de leg. 3. tradũt Bar. & alii, in l. ſi ita quis, §. ea lege. ff. de verb. obl. & latè Iaſo. in l. filiusfamilias. §. diui, ff. de leg. 1. Quarè queadmodum, ipſo iure per ingreſſum religiõis, emphyteuſis in monaſterium trãſit, durãte vita monachi, ita etiã, & transferatur ius petendæ renouationis, finita emphyteuſi.

23 Quoniã reſpõdeo, quòd quicquid ſit de iure cõi, hãc legalem alienationẽ, noſtri pragmatici, nec praxis, nec vſus regni, in hoc caſu admittit, nec contrahentium voluntas, ad hãc alienationem, ex qua tam graue directo dño reſultat præiudicium, extenditur, quarè in pleriſq; emphyteuticis cõtractibus, iam vſu receptum eſt, vt adiiciantur clauſulæ, *Nec liceat alienare emphyteuſim, in alium potentiorẽ, aut diſsimilis ſtatus, vel cõditionis.* Quãobrem palàm eſt, per cõtractũ hãc legalem alienationem impediri poſſe, qñ id contrahentium pacto, vel cõuentione, comprehenſum eſt, & expreſſa prohibitio eſt adiecta, vt reſoluunt DD. d. § diui. Prout in ſimili videmus, in matre, vel alio, relinquente, vel donãte, rem filio, & ne vſusfructus ad patrẽ perueniat, ꝓhibente. Ac proindè, expreſſa prohibitio.

bitio ne in potẽtiorẽ, vel aliũ diſsimi
lis ſtatus, vel cõditionis emphyteuſis
perueniat, vel alienetur vtiq; mona-
ſteriũ cõprehendit, vel eccleſiã, cui⁹
diſsimilis eſt cõditio & ſtat⁹, cum ſit
alterius fori, & iuriſdictionis. Similis
ergo ꝓhibitio expreſſa, cum ad aliã
certã perſonã referri nõ poſsit, vtiq;
& monaſteriũ, & eccleſiã cõprehen-
diſſe, & expreſsiſſe vr̃, cũ in aliis diſ-
poſitio verificari nõ poſsit, ac ꝓin-
dè, expreſſum illud dr̃, q; ad vnum
tãtùm referri põt, vt tradit Paul. Pa-
riſ. conſ. 27. n. 64. vol. 2. & cõſ. 2. n. 28.
vol. 3. & cõſ. 77. n. 28 eod. vbi inquit,
expreſſum haberi illud, ad q; neceſ-
ſariò relatio habenda eſt, & cõſ. 121.
n. 6. vol. 4. Vñ, cum facta eſt prohi-
bitio huiuſmodi, cum referatur ad
monaſterium, non tãtùm cõprehen
dit alienationem, expreſsã ex cõtra-
ctu, vel ex teſtamento, ſed etiã alie-
nationem tacitã abinteſtato, glo. ſo-
lemnis, d. l. ſi ita quis, §. ea lege. ff. de
verbo. obl. pro qua eſt tx. in l. codicil
lis, §. matre. ff. de leg. 2. & ſic ſub illis
verbis, vr̃ facta ꝓhibitio alienatiõis,
in certas perſonas nominatas.

24 Concludo igitur, in propoſita
ſpecie, monaſterium ex pſona mo-
nachi, ſeu monialis, renouationem
petere nõ poſſe, nec dñm directum,
ad id cõpellendum fore: cum nulla
iuris ratio permittat, nec cogat dñm
inuitum, ſuã conditionem deterio-
fecere: cum iuxta ſuperiorem reſo-
lutionem, & receptã ſñiam, ſiue lo-
quamur in emphyteuſi priuata, ſiue
eccleſiaſtica, oĩs illa perſona, ꝑ quã
directidñi cõditio deterior fieret, ad
emphyteuſim accedere ꝓhibita cen
ſeatur, & ab eius acquiſitione remo-
ueatur, ſiue potentior, ſiue impoten
tior perſona, vel priuilegiata fuerit,
vt cum Salyceto, & Alberico, reſol-
uit Iaſ. in l. fi. n. 97. C. de iure emph.
Ancharra. & Imola, in d. cap. potuit.

# Quæſt. XX.

## SVMMARIVM.

1 Q*Væ ſit forma petẽdæ re-
nouationis, in praxi re-
cepta.*
*Libelli ſeu petitionis for-
ma, vulgari ſermone, pro
renouatione petenda.*

2 *Solẽnitas obſeruanda, poſt ſupplicationẽ
ſuper renouatione.*

3 *Nihil pro renouatione, ſeu pro ingreſſu do
minus petere, neq; exigere poteſt.*
*Interpret. Ordin. lib. 4. tit. 66.*

4 *Renouatio emphyteuſis non conceditur,
niſi emphyteuſis ſit finita, & oĩo extincta
per mortem, renunciationem, aut litem.*
*Inueſtitura, ſeu renouatio emphyteuſis, vel
feudi, durante alia prima, alteri facta eſt
nullius momenti.*

5 *Secunda inueſtitura, durante prima, non
eſt ipſo iure nulla, ſed annullanda.*

6 *Dominus non poteſt, expellere ſecundum
emphyteutã, ſi in poſſeſsiõe ſit cõſtitutus.*
*Valet infeudatio in euctum, quò res ſit ad
dominum reuerſa.*

7 *Secũda inueſtitura cõualeſcit, ſi per annũ
primus emphyteuta, non contradixit, ac
dominus ſecundum ignorantẽ inueſtiuit.*

8 *An per interpellationem extraiudicialẽ,
interrumpatur præſcriptio anni, ad petẽ-
dam renouationem.*

9 *Si dominus deneget renouationẽ in ius vo
cãdus, & per citationẽ, & litẽ motã, in-
terrũpitur præſcriptio anni, quæ non in-
choatur, niſi poſt annũ, per litis autẽ cõ-
teſtationem, ſuper renouatione, actio ip-
ſa perpetuatur, vſque ad 40. annos.*

10 *Per litis conteſtationẽ, non perpetuatur
quadriẽniũ ad implorãdam reſtitutionẽ.*

11 *Tẽpus petẽdæ renouationis, ſi ex cõuen-
tione partiũ, citra legis prouiſionẽ conſti-
tutũ ſit, per extraiudicialẽ interpella-
tionem interrumpitur.*



12 *An interruptio præſcriptiõis annalis tẽ-
poris, ſeu lis mota ſuper renouatione,
per vnũ ex deſcendentibus, ſeu agnatis,
ſi ille liti cedat, vel deſiſtat, proſit aliis
agnatis, vel conſanguineis, & quoad illos
præſcriptio interrupta dicatur.*

1 SVpereſt nobis pertractandus,
poſtremus veluti fabulæ actus,
quæ ſit forma petendæ, & con
cedendæ renouationis emphyteu-
ticæ, quæ praxi, & vſu Regni paſsim
recepta eſt, quã ſubiiciemus pro his
qui tyrones forum ingrediuntur. Et
imprimis præmitto, conſiderãdum
fore, an bona eccleſiaſtica ſint, & in
his, eadẽ ferè in oĩbus diœceſib⁹ re-
nouãdi obſeruatur cõſuetudo, ſyno-
dalibus cõſtititutionibus cõprobata,
vt conſtat ex conſtit. Bracarenſi, tit.
19. & Vlyſsipponenſi. tit. 18. Et primò
offertur libellus ſupplex ordinario
eccleſiaſtico, in hæc verba.

*Muy Reuerendo ſenhor.*

*Diz A. abbade de S. M de Villauerde, q̃ entre
as mais couſas q̃ à dita ſua igreja pertencẽ,
aſsi he o caſal de tal parte, em q̃ mora P. &
paga a dita ſua igreja de foro & pẽſam, vin
te alqueires de trigo, & duas galinhas, em
cada hũ anno. E porq̃ ora elle ſupp. por ſen-
tir ſer ſeruiço de noſſo ſenhor, & proueito de
ſua igreja, lhe quer fazer prazo nouo, & re-
nouarlho em tres vidas, pera elle d. P. & ſua
molher, & hum filho, ou filha dantrãbos, &
não o auẽdo, pera hũa outra peſſoa, q̃ o der-
rradeiro que delles mais viuer, nomear em
ſua vida, ou à hora de ſua morte, q̃ não ſeja
de maior condição q̃ elles, cõ as mais clau-
ſulas acuſtumadas, o que ſe não pode fazer,
ſem primeiro o dito caſal, & ſuas pertẽças,
ſerem viſtas, & apegadas, por mãdado, &
auctoridade de v. m. fazendoſe veedoria na
forma da conſtituição deſte Arcebiſpado, a
qual confia farão como deuẽ, fielmente, N.
& N. de tal parte, clerigos de miſſa. Pede a
v. m. q̃ auendo a ello reſpeito, aja por bem
de mãdar paſſar ſua carta de veedoria, pera
os ditos padres, q̃ com dous homẽs boõs, lei-
gos, & vezinhos, a q̃ darão juramento, ſendo
por elles eſcolhidos, facão a dita apeegação,
& veedoria, como he de ſtylo, & feita, arbi-
trem o foro & penſam, q̃ à dita igreja de no-
uo ſe deue pagar em cadahũ anno, & R. M.*

2 Porrecta hac ſupplicatione, offi-
ciali epiſcopi, & ab eo examinata, ſic
ille interloquitur, *Paſſe carta de veedo-
ria em forma, como ſe pede.* Deindè, Ca-
meræ epiſcopalis ſcriba ad id officii
deſtinatus, aditur, qui cõmiſsionem
dictis ſacerdotibus, directã expedit,
qua illis præcipitur, & mandatur do-
mos, terras, vineas, ſyluas, nemora,
lucus, olïueta, aquas, ſeruitutes, mon
tes, paſcua, & alia pertinentia, & pro-
prietates, ac cœtera oĩa, cum duob⁹
laicis, agricolis ab eis eligendis, iure-
iurando præmiſſo, perſonaliter vi-
deant, dimetiãtur, & examinent di-
ligenter, limitibus diſtinguãt, ac di-
iudicent, quãta eccleſię perſoluẽda
ſit penſio, ſingulis annis, & omnia, &
ſingula ab ipſis perſpecta, & diligen-
ter explorata, & in ſcripturã redacta
ab ipſiſq; ſubſcripta, prædicto offi-
ciali remittunt. Poſtremò, officialis
epiſcopi defert iuramentũ partibus,
vel idoneis eorum procuratoribus,
*Que na dita apeegação, & aſsinação de pen-
ſam, & cõtracto, não entreueo algũa manha
ou fraude, cõtra o proueito da igreja,* & tũc
d. officialis interloquitur, q; fiat in-
ſtrumentum emphyteuticum, & in-
terponit decretum ſuum, & aucto-
ritatem, & deindè, iuxta formã ſup-
plicationis, & viſoriæ, expeditur
emphyteutica conceſsio, ꝑ eundem
ſcribã, Cameræ, vel quemuis aliũ ad
id deputatum. Cum verò bona ad
monaſterium, collegiũ, ſeu capitulũ,
ſpectãt, prius, res in conſultationem
deducitur, & congregato capitulo,

ſeu collegio, deliberatur, vtrum expediat rem in emphyteuſim, de nouo concedi, vel renouari, habitoq́; diligenti tractatu, & explorato cedere in euidentem eccleſiæ vtilitatem, eliguntur, vnus, vel duo, ex canonicis, de capitulo, qui obſeruata forma prædicta, vident nemora, terras, poſſeſsiões, limites, omniaq́;, & ſingula, inſcriptis redigunt, & tandem decernunt, renouationem faciendã, & inſtrumentum emphyteuticu expediri iubent, vt latiùs conſt. 1. Vlyſsipponenſi, tit. 18. explicatur, iuncto. § fi. incip. *E quanto aos cõtractos*, & conſtit. Bracarenſi, § fin.

Cum autem, huiuſmodi fit renouatio bonorum, quorum dominiũ ſpectat ad dominos ſeculares, non tam exacta, & diligens obſeruatio cuſtoditur, niſi cum ad capellam, ſeu maioratum, vel hoſpitale, vel alium pium locum ſpectant.

Illud tamen, meminiſſe oportet, in renouatione emphyteuſis, taxatã ab arbitris electis penſionem, diminuendã non fore, ſed integram preſtandã, vt conſtitu. Bracar. ſancitum eſt, conſt. 1. tit. 19. §. *E porem defendemos*. quod ita paſsim receptum eſt.

3 Itẽ nihil pro ingreſſu, ſeu introitu accipiendum eſt, ꝗ conſtit. 3. Bracarenſi, tit. 19. ſancitum eſt, tum etiã Vlyſsipponenſi, tit. 18. conſt. 5. vbi id etiã prohibitum eſt, & nos ad id notabilem Ordin. Reg. habemus, lib. 4. tit. 66. in hæc verba: *Nenhũa peſſoa q̃ terras da coroa de noſſos Reinos trouxer, nem adminiſtradores de capellas, nẽ de morgados, nẽ comẽdadores, de qualquer comẽda q̃ ſejão, que poder tenhão pera afforar os beẽs da coroa, capella, morgado, ou comenda, poderão leuar, nem leuem dinheiro algum, nẽ outra couſa algũa, de vãtagem, aos foreiros, por lhes aſsi fazerem os ditos contractos de afforamentos, ora ſejão em perpetuo, ora em certas peſſoas, ou por lhes innouar os contractos ja feitos. E fazendo o cõtrario, aquelle que aſsi der o dito dinheiro, por entrada, perca o preço, & pague de pena outro tãto & o tal contracto fique nenhum, & de nenhum vigor, nem força.* Quod & in Regnis Caſtellæ, paſsim receptum eſt, vt pro ingreſſu, nihil exigi, aut recipi poſsit, nec præſtari debeat, p l. pen. tit. 8. Par. 5. quod ita obſeruauit Oroſcius, in l. iurisgentium. §. quoniã, nu. 43. ff. de pact. & ſequitur doctiſsimus Valaſ. de iure emph. q. 10. n. 1. ad fin.

Cœterùm, dum lex Regia ſupra relata, in his Regnis, præceptores militiarum, ſeu commẽdatores, nec non Maioratuum, atq; Capellarum, poſſeſſores, quamuis liberã habeant bonorum adminiſtrationem, & ea in emphyteuſim concedendi poteſtatem, atq; etiã poſſeſſores bonorum Regię coronæ, ne pro ingreſſu exigere quicquã poſsint ſtatuit: vtiq; ſatis manifeſtè colligitur, cum eas perſonas, ſpecialiter excipiat, in cõtrarium conſtituendã eſſe regulam, ſcilicèt ꝗ quilibèt alius dominus, ꝑ ingreſſu precium, ſeu quicquã aliud exigere, & recipere, abſque vllo pœnæ metu põt, ꝗ nullã habet dubitationem. Non tamen, ea exactio neceſſaria erit ad emphyteuticæ conceſsionis ſolemnitatem, quoniam illud à neotericis auctoribus, frequẽtius admiſſum eſt, de ſubſtantia emphyteutici contractus, non eſſe hãc pro introitu exactionem, quãuis ſi interueniat, cum contractum reddat, verè, & realiter, oneroſum, ad inſtar emptionis, & venditionis, ab omni gratia, & beneficio alienum, ſecundum Bar. in l. ſi mihi, & Titio, poſt n. 4. ff. de verb. oblig. quem cœteri nouiores probant.

4 Item, debet emphyteuſis eſſe finita, & omnino extincta, per mortẽ renun



renunciationem, aut litem, aliter renouari non põt. Quod apparet ex conſtit. Bracarenſi, 1. tit. 19. ibi: *Daqui em diante não fação algum emprazamento, de couſa eccleſiaſtica, ſenão for vaga per morte, renunciação, ou demanda*, quod iuri conſẽtaneũ eſt. Ideoq́; inueſtitura ſeu renouatio emphyteuſis, vel feudi, durante alia prima, alteri facta, eſt nullius momenti, vt tradit Deci. conſi. 302. nu. 12. & conſi. 185, nu. 11. & 144. col. 1. & eſt tex. in c. 1. quo temp. miles, ibi: *Pro non facto habeatur*, & ibi Afflict. nu. 1. & tradit Gozadin. conſi. 1. n. 8. (vbi n. 35. limitat, ſi primus emphyteuta incidit in commiſſum, de quo etiam Carolus, in conſuet. §. 6. gloſſ. 3. nu. 12. cum ſeq.) & prædictam ſententiam, tradit Boer. q. 111. ante nu. 23. idem Gozadin. conſi. 20. num. 10. & probat Curtius de feudis, 2. p. q. 3. princip. n. 10. cum ſeq. fol. 161. vbi probat, infeudationem, ſeu inueſtituram, de re aliena, & alii conceſſa, factam non valere, neque à principe confirmari poſſe, per l. auctoritate, C. vndè vi, & l. 2. C. de fund. & ſalti. rei domini. lib. 11. & idem tradit Gozadinus, conſi. 8. num. 13. vbi aſſerit, apoſtolicam confirmationem, vires non tribuere huiuſmodi inueſtiturę, niſi fiat de plenitudine poteſtatis.

5 Sed in puncto iuris verius eſt, ſecundam inueſtituram, durante prima, non eſſe ipſo iure nullam, ſed annullandam, quatenus primò inueſtito nocet, ita videtur intelligere Afflictus, in c. 1. de nat. feudi, num. 17. in fi. Etenim, cum eius præiudicium conſideretur, ideò eius cõſenſus, in ſecunda inueſtitura requiritur, quo omiſſo actus eſt nullus, probat Pariſ. conſi. 97. vol. 4. & tx. in c. 1. de locato, & ibi notat Panor. n. 7.

6 Ex quo Bal. in c. 1. §. ſiquis fuerit, quo tempo. mil. n. fin. aſſerit, dominum non poſſe expellere, ſecundum emphyteutã, ſi in poſſeſsione ſit cõſtitutus, ſequitur ibi Aluarot. vt firmat Deci. conſi. 144. ante n. 2. verſic. neq; obſtat, ſequitur Præpoſ. d. §. ſiquis fecerit, & eſt ratio, quia contra factum ſuum nõ põt eccleſia venire Regula, quod ſemel, de reg. iur. Suadetur etiã, ex notatis per tex. in cap. moribus, & ibi DD. ſi de feudo fuer. controu. vbi tenet, valere infeudationem factã in euentum, quo res ſit ad dominũ reuerſa, & ibi Præpoſ. & in c. 1. qui ſucceſ. tenean. col. 4. & hãc defendit Bal. in c. 2. de feudo dato in vicem leg. cõm. in prin. tradit Bal. in l. 1. qñ plures vna ſent. col. antep. tradit Socin. conſi. 167. n. 23. vol. 2. vbi firmat valere, Pariſ. conſi. 22. n. 41. vol. 1. & Socinus, conſ. 4. n. 25. vol. 3. Idem q́; eſt, ſi concedatur, emphyteuſis primo emphyteuta incidente in cõmiſſum, ꝗ firmat Alex. vol. 1. cõſi. 130. n. 2. Ex quibus cõſtat, hãc ſecundam inueſtiturã, non eſſe oĩo nullã. Aliàs enim, non cõualeſceret per tractum tporis, per l. ꝗ ab initio. ff. de reg. iu. & ſatis hoc probat Deci. conſil. 144. quatenus in caſu, de quo ibi, negat recõualeſcẽtiã, quia inueſtitura fuit oĩo nulla, ex defectu intentionis cõcedẽtis, qui tanq̃; vacãtẽ rẽ cõceſsit, cũ nõ eſſet, & ſic inquit, non obſtare opin. Baldi, quã aliàs obſtare fatetur.

7 Facit etiã Curt. Iunior, de feud. 2. par. q. 2. prin. nu. 35. vbi in terminis dicit, ſecundã inueſtituram conualeſcere, ſi per annũ primus emphyteuta, non contradixit, ac dñs ſecundum ignorantem inueſtiuit, & ſibi tradidit poſſeſsionem, ſciente primo, ac tacẽte, quod ita tenet Iacob. de Ardizo, in tit. quibus mod. feud. acquir. in rubri. quando duo inueſtiti ſunt, ſeparatim, & in titu. de contentio. feudi. §. fi. & eandẽ opinionẽ ſequi-

ſeqr̃ Aluarot.in cap.ſi facta,de noua for.fidelit.adducens tex.in c.Titius, ad fi.ſi de feu.fuer.cõtro. & eſt ratio, quia per annum vr̃ adhibitus tacitus conſenſus. Pro qua ſñia facit,nã nullitas actus inducta propter fauorem alicuius ceſſat,ſi ipſe id nõ petat,nec agat, vt in decreto irritante tradit Probus,in c.tibi,de reſcr.lib.6.nu. 7. Rebuf.in tract.nominat.q.10.nu.17. & ita olim vidimus iudicatum in Bracarenſi Curia(vbi per plures annos, honorabili aduocatiõis officio functi ſumus) & fuit deciſum in cauſa Prothonotarii Ioãnis da Guarda.

8 Poſtremò,illud pro pragmaticis omittendũ nõ cenſeo,ꝙ ſi finita emphyteuſi,directus dñs eccleſiaſticus, deſcendenti vltimi poſſeſſoris,renouationem denegaret,põt ipſe appellare ad ſuperiorẽ,ab iniuria denegatæ renouationis, ex Bartoli recepta ſñia,in l.1.§.ꝑmittitur.ff.de aq. quot. & æſt.quarè,vt ſuperiori cõſtet, interppoſitã fuiſſe appellationem,poterit ipſe petens renouationẽ adhibere,tabellionẽ,ſeu notariũ,ex iudicis auctoritate, ſeu decreto, qui de iuſta petitione,&appellationẽ fuiſſe interpoſitã,fidẽ faciat,requirentiſq; ꝓteſtationẽ inacta redigat,vt perindè traditũ parti appellãti inſtrumẽtum,corã ſuperiore præſentetur, ꝙ aliqñ ita obſeruari vidimus. Ego tñ, hãc praxim minimè approbarẽ, niſi ad effectũ cõſtituendi dñm in mora, & annalis tp̃ris præſcriptionis interrũpendæ,ſi vera eſt eorum ſñia, qui opinãtur,ꝑ extraiudicialẽ interpellationem,ſeu denunciationem,præſcriptionem interrũpi, quæ fuit ſñia gl.dubitãtis tamen,in l.2.verbo, interdictus eſt, & ibi notat Alber. C. ſeruit.& ſuobſcurè glo. à nõnullis citatur,in l.arboribus.§.idem tractat. ff.de vſufr. Erit igitur hoc vtile,ne anni tp̃us renouationi præfixum, ei cui renouationis ius cõpetit, præiudicium pariat, & dãnum afferat, ne videatur ex taciturnitate,ſalubri renouatiõis remedio, excluſus,qui intra terminũ legis petiit,& ꝓteſtatus eſt,& appellauit,ex his quæ diximus ſupra.q.12.n.9. Cœterùm,ego in hac materia renouatiõis emphyteuticæ, in qua ann⁹ ad petẽdã renouationẽ, vel à lege,vel ſtatuto,vel ſynodalib⁹ cõſtitutiõibus præfixus eſt, ad interrumpendã præſcriptionem annalẽ, nõ ſatis eſſe opinor,interpellare extraiudicialiter dñm, vt renouationẽ concedat,maximè,ſi ipſe, in rei poſſeſſione exiſtat,vel finita generatione,poſſeſsionem vacãtem apprehẽderit,quoniã denunciatio,ſeu interpellatio extraiudicialis præſcriptionem legalẽ,ſeu ſtatutariã, interrũpere nõ ſolet.l.alienã, & ibi Bart. Bald. Dyn.& Alberi. ff. pro empto.c.olim cauſam,de cenſib.glo.in l.vlt. verbo, acquirat,& ibi Bal.col.1.&Alex.verſ. ꝑ renunciationem.ff.de eo,ꝑ quem factum erit,idem voluit Bar.in l. naturaliter,col.2.ff.de vſucapio. & latè Card. Alex.in c.ſolicitudinem,de appel.idem voluit Imola.in l.ſi ſeruum Stichum.§.ſequitur, & ibi Alex. col. 2.ff.de verb.obli. tradit idem Imola, in c.vlt.de præſcr.&Iaſ.in §.pœnales n.119.inſt.de actio.cum aliis adductis à Tiraq.de retract. conuentio. §. 4. gloſſ.6.num.38.

9 Quarè tutiùs,& conſultius fore exiſtimarẽ,dñm requiri,& interpellari,vt renouationem cõcedat, quã ſi denegaret cõſulerem, vt ſuceſſor vltimi emphyteutę,dominum in ius vocaret,& actionem pſonalem, aduerſus eum, ſi pacto renouatio promiſsa eſt, ex pacto intentaret, vel etiam ex æquitate, & iudicis officio proponeret, & ipſum ordinaria



lite pulſaret,quo caſu litem motam, ſuper renouatione,annnalis tẽporis pręſcriptionẽ,ſicut in cœteris quoq; cauſis, interrumpere ambiguum nõ eſt,ex Ordinat.Reg.lib.4.tit.80.§.2. & ꝑ ea quæ tradit Guid. Pap. q. 416. nu.2. Lis autẽ inducitur etiã per ſimplicẽ citationẽ,tradit Ioach.Miſing. deciſ.Imper.obſeruat.26.cent.4.vbi bene explicat,qualiter litis pendentia inducatur, quę tũc dr̃,cum cauſa fuit cõmiſſa, citatioq́; decreta à iudice,tradit Staph.in tract.de gratiis, & expecta.§.ſpoliatus,n.13 Ant.Grauatius, in additionibus ad Octauianum,lib.4.c.1.n9.Quãobrèm,per huiuſmodi citationem,& iudicialẽ interruptionem præſcriptionis, ipſa actio nõ perpetuatur in 40. annos, ſed ſimpliciter interrumpitur ipſa præſcriptio annalis, adeò vt ex die citatiõis,noua,qualis erat prima tãti tp̃oris inchoetur. Litè autem conteſtata, actionem perpetuari, vſq; ad 40.annos,extra cõtrouerſiã eſt,l.fin. C.de præſcr.30.vel.40.anno.gloſ. & Bar.in l.cum notiſsimi,C.eod.tradit Guid.Pap.deciſ.416.n.4.Ioach. Myſing.deciſ.51.Cameræ Imper.cent.1. vbi reſoluit,per litis cõteſtationem, actiones temporales ꝑpetuari. Nulla enim inuenitur in iure pręſcriptio,tã fauorabilis, quæ ſaltem ꝑ litis cõteſtationem non interrũpatur ſaltem in effectu,l.moræ,C.de rei vĩd. l.pen.ne de ſtatu def.cum notatis in c.illud,de pręſcr. ita tradit elegãter Coſmas Guimier,in Prag.ſãct.tit.de pacif.poſſeſſ.in §.lis autem, in gloſſ. terminorum,fol.299.verſo.

10 Licèt autẽ,ꝑ hãc litis cõteſtationem, tp̃s quadriẽnii, implorãdæ reſtitutionis,nõ perpetuetur ſecundũ gl.verbo,proponitur,ad fi.in c.2.de off.iud.& l.Papinianus, ff. de mino. in hoc tñ praxis, contrarium obſeruat,nã reſtitutionis agitatę,lites etiã lõgo poſt quadriennium interuallo deciduntur, ꝙ & obſeruat Camera Imperialis,vt per Myſing.vbi ſup.

11 Quod autem ſupra diximus, ita intelligendum eſt,niſi ex cõuentiõe partium,citra legis, vel ſtatuti prouiſionẽ,ad petendã renouationẽ breuius,vel lõgius tp̃us foret præſtitutũ, quoniã tunc extraiudicialis interpellatio,atteſtatione emiſſa, corã teſtibus præſcriptionem interrumpit,ac ius renouationis, ſeu deſcendentis emphyteutę conſeruabit. Nam qñ à cõtrahentibus apponitur tp̃s, cauſa finiendę,ſeu limitãdę, obligationis, eius tp̃oris lapſus, ſeu præſcriptio, ꝑ ſolã extraiudicialem interpellationẽ interrũpitur.tx.in l. ſi mãdato Titii.§ item illi,iuncta glo.ff.mãdati.quã ad hoc dicit ſingularẽ Paul. Caſtr. in l. eum qui ita.§.qui ita.l.1.ad med.ff.de verb.obl.Balb.in tract præſcrip. 3. p. 6.& vlt.par.prin.n.42.& voluit Soci. in l.vlt.in prin.col.3.verſi.quartò limita.ff.de eo,per quem factũ erit, & Tiraq.de retract.cõu.§.4.gl. 6. n.37.

12 Vltimò dubium eſt elegãs, an interruptio præſcriptionis, annalis temporis,ad petendã renouationẽ, facta per vnum proſit aliis? Finge hypotheſim,ꝓximior agnat⁹,ad quem renouationis ius ſpectabat, eã petere neglexit,petiit ali⁹ remotior, vel petiit, vnus ex filiis vltimi emphyteutę,infra annum,qui lite cõteſtata moritur,nullo hærede relicto, vel à lite deſtitit,quæſtio eſt,an præſcriptio interrupta per vnum ꝓſit aliis? & an ſequentẽ fratrẽ, vel ꝓximiorẽ agẽtem,ad renouationẽ dñs exceptiõe,lapſus tp̃ris remoueat? Et in hoc exiſtimo litẽ motã,aliis nõ prodeſſe, nec quoad alios oꝑari, ſuũ effectũ. Solùm enim ꝓdeſt agenti,ſicut interruptio ciuilis, ſolũ prodeſt actum exer-

exercenti,quaſi reſtringatur actꝰ ad certã perſonã, tex.adhoc,in l. intra quatuor.ff.de diuerſis, & temporal. præſcr.vbi I.C. Papinia. *Intra quatuor* (inquit) *annos vacãtiũ bonorũ delator facta denunciatione deſtitit,poſt quatuor annos ſecundo delatori venienti, prior nũciatio,quominus præſcriptione tẽporis ſubmoueatur, nõ proderit, niſi prioris præuaricatio detegatur,quo declarato,nõ ſolùm præſcriptio, ſed & negocij quæſtio perimetur,* notatur in l. cum notiſsimi, C. de præſcr.30.an. & in §.põt,16. q.3.& in d.l.morę.vbi dd. Bar.in l.naturaliter, ff.de vſucap. Bal. in l.2. C. de ſeruit. Ant.in c.illud.de præſcr.tradit Coſmas,in prag.ſanct.tit. de pacif. poſſ. §.lis autẽ,verbo,terminorum, verſi. quęritur an motio.fol.300.&Gome. in reg.Chãcel.de triennali, q. 22.in prin.& Böer.q.24.Rebuf.in tract.de pacif.poſſ.nu.167.pro qua ſñia vltra prædicta eſt tx.in l.Fulcinius.§.vtrũ, verſi.ſed illud.ff.quib.ex cauſ. in poſſeat.vbi ille ſolus põt impetrare venditionẽ bonorum,cõtra latitãtem,ſi aduerſus eum latitet,ſed alii nõ,ſi cõtra eos nõ latitet, & is qui precariò fundum rogauit,vti poteſt aduerſus oẽs,præter eũ quem rogauit,vti poſſidetis.l.qui precariò.ff.de precario, & facit l.maiore.ff. de verb. ſig. & lis duorũ primi,& ſecũdi,nõ facit rẽ litigioſam cõtra tertiũ.l.1.§.1.ff.de litig. ibi: *Quia is qui mihi vendidit, nullã litẽ habuit.* Ex quo infertur,litẽ motã,ꝑ vnũ aduerſus poſſeſſorem pacificum, ſuper beneficio, nõ ꝓdeſſe oĩbus aliis impetrãtibus,& ſic interruptionem triẽnalis poſſeſsiõis,nõ interrũpere, quoad alios,vt nihilominꝰ pacificus dicatur poſſeſſor,quoad illos, qui litem nõ mouerunt. Effectus enim litis cõteſtatæ,tanq; actus ciuilis,non porrigitur de lite ad litẽ, nec pacifica poſſeſsio,dr̃ deficere,reſpectu aliorũ nõ litigãtiũ. Cũ quoad tertiũ pacificè, & ſine lite poſsidere dicatur, ita reſoluũt Coſmas,Rebuf.d.n.167. licèt contrariũ opinetur Gomez. d. q.22.verſi. ſed iſtis, quem & meritò, improbat Rebuf.d.n.167. Ex quibus cõcludo,in ꝓpoſita ſpecie,litẽ motã ab vno ex cõſanguineis, vel deſcendentibꝰ, ſuper renouatiõe aduerſus dñm,eo deſiſtente, vel cedente liti & cauſę,nõ inducere interruptionẽ, lapſus annalis tp̃ris,quoad alios, nec ꝓdeſſe aliis,ſed eis ad agendum viã, oĩo intercludi: nec poſſe deſcẽdẽtẽ, vel cõſanguineũ excipere, de lite ꝑ alium mota, ſuper renouatione, ex quo hæc exceptio nõ fundat opponentis intentionẽ,l.fi.C.de rei vind. quoniã quoad iſtos dñs,liberas ædes habet,l.loci corpus.§.cõpetit.ff.quẽadm.ſeruit.amit.nec litigium vnius afficit,ius renouationis, ex l. 1. & ibi glo.& Bar.ff.de litigioſ.vbi vitiũ litigioſi eſt perſonale,nõ reale,not.in l. vitia.C.de acq.poſſ.l.1.& ibi Bar. de præſc.lõgi tẽporis,tradit Ang. in auth.de litigioſ.§.1.coll.8.& Bal.in l. fi. C.eod.tit.& facit ꝙ tradit Anchar.in c.1.de præſcr.in 6.vbi reſoluit, ꝙ nõ ſolùm de iure ciuili,ſed etiã de iure canonico, ille qui habet malã fidẽ, quoad vnum, & bonã fidem, quoad alium,põt præſcribere cõtra illum, cõtra quem habet bonã fidem, allegat tx.in l.qui balneum,ff.qui pot.in pig.hab.eſt etiã tx.in l.aut qui aliter. §.ſiquis dũ putat.ff ꝙ vi,aut clam. & ibi Bar. Sed iam ſat prata biberunt. Accipe lector optimè,has noſtras vigilias grato animo, & maiora indies expectes velim,ſiquid autem hic dictum,factumvè eſt cõtra ſanctorum patruũ decreta, & orthodoxę fidei præcepta, infectum & indictũ eſto, omniaq; iudicio,& cenſuræ Catholicæ eccleſiæ ſubiicimus.

LAVS DEO.